
Epistolae
haereticorum
To. 5e










Lettres de divers



1.

PRAESTANTI PIETATE SAPIENTIA
Eruditione doctrina uiris Martino Luthero
Philippo Melanch: Joanni Bugenha: Cas,,
paro Crucigero DD & PP & amicis
nostris omni obseruantia colendis

S. Quam bonum sit & iucundum consensio fra,,
terna, proponit considerandum diuinae fidicen Lyrae
Atque haec est profecto una res, qua efficitur ut exili,,
um in hoc mundo et fluctuans Ecclesia durare
possit, quae cum hoc tempore uariis turbis exagita,,
tur & multiplices habeat aduersationes, magnopere
gaudemque Dei beneficio similem uel potius eandem es,,
se doctrinam Academiae nostrae atque uestrae. Haec
cum non solum omni diligentia nobis conseruanda,
sed aliis etiam declaranda & ut ita loquar osten,,
tanda esse uideatur: Cumque his diebus aucturi
simus Theologorum collegium: uehementer petimus
ab humanitate uestra ut festiuitatis illius solennem actum
(qui est indictus ad diem 10 mensis Octobris) uestra
praesentia ornatiorem, & illustriorem & nostram con,,
iunctionem testatiorem reddere uelitis. Etsi autem
nihil hoc officio humanitatis uestrae gratius accidere
possit,

posit, ij tamen quorum haec causa apparantur.
tanto desiderio tenentur aduentus uri, et ita de
hoc laborant ut maximam partem honorum et ex-
istimationis suae, in illo positam sibi persuaserint.
Cum autem uestrae humanitati perspecta sit obser-
uantia et cultus et amor etiam horum erga uos,
omnium tantam expectationem et spem et cupidita-
tem eorum ne frustremini, uehementer etiam atque etiam
petimus. Vertit Philippus Melanchton initium psal-
mi, cuius paulo ante mentio facta est hoc modo.

Exiguas addit uires concordia rebus
Et mala quassatas fulcit et auget opes.

Nunc autem profecto sustentatione indigent Ecclesiae
atque scholae, ut cum maxime neque de nostra solum
loquimur, ubique n. omnes cum maximis difficultatib.
et durissima fortuna conflictantur. Sed haec mo-
nere nos sapientes uiros nihil opus est. Quapropter
ter id quod restat omni cura, labore, contentio-
ne uestram humanitatem iterum oramus ut nobis
et mox futuris collegis nostris uiris optimis et uestrae
dignitatis studiosissimis hoc officio aduentus uri li-
benter gratificari uelitis, utque a nobis atque il-
lis

lis grati animi constantissimam memoriam expectetis: non fallemus opinionem vestram. Dabitis autem operam (quam impetrasse iam nos speramus quod oravimus) ut pridie indicati supra diei in oppidum Lipsense veniatis et in aedes Georgij Helferichij cognomento Longi, nostri civis, divertamini, ubi vobis hospitium paratum sit, curavimus. Valete in Dno nro J. Chro. Lipsiae 9 Octobr.

Facultas Theologica in
Academia Lipsensi.

RESPONSIO.

Et promiseramus viro clarissimo D. Bernardo Cregelero petenti communi omnium nomine ut ad renunciationem publicam gradus sui et collegarum veniremus. Et acceptis literis vestris gravissime ornatissime scriptis magis etiam movebamur et morigerari vobis cuperemus. Nam etsi in hac maestitia temporum de his congressib. nostris malevoli quidam secus iudicaturi erant, tamen illa causa cuius fit mentio in literis vestris honestissima est. Et quod significationem ostendi non solum consensus nri sed

etiam

etiam uerae beneuolentiae mutuae prosit. Sed casu
praeter opinionem nram hic retinemur, q̄ Erasmus
Alberus eodem die, qui uestrae pompae destinatus est,
adducturus est huc amicos suos ad spectandam gra-
dus sui renunciationem. Nec aliqua dies illis subito
iam significari poterat. Cum igr aliquos adesse
ex collegio necesse est, dolemus nos gratificarj nobis
non posse, ac oramus ne retineri nos ulla alia
causa existimetis. Veniam autem necessitati pro
uestra sapientia & aequitate dabitis. Consensum au-
tem nostrum et amorem mutuum alijs maiorib. of-
ficijs saepe declaratum esse speramus, & omni stu-
dio (deo iuuante) tueri ac ostendere deinceps
conabimur. Nam et per sese res necessaria est, con-
iunctio recte sentientium praecipue eorum qui Eccle-
sias & studia doctrinae gubernant, ad tran-
quillitatem utilissima est. Nec uero authoritas mi-
nisterij nostri retineri posit si inter nos ipsi erra-
re petulantia, κὶ λογομαχεῖν quod Deus pro-
hibeat reciperemus. Fuit igr pergrata nobis
illa tota commemoratio uestrae de concordia nostri
ordinis.

ordinis. Ac Deum aeternum patrem Dnj nostri Je-
su Christi oramus toto pectore, ut in his Ecclesijs per-
petuo tueatur recte sentientium coniunctionem. Lauda-
tur igitur dictum quod Plato citat. οὐ χρυσὸς ἀγλαὸς
οὐδ᾽ ἀδάμας ἀστράπτει τόσσον ὄψεσιν ὡς ἀγαθῶν
ἀνδρῶν ὁμοφραδμόνων νόησις. Vere hoc quidem &
durissime dictum est. Vere & illud Basilius Non tam
sinistrae opus est dextra quam Ecclesiae concordia docto-
rum. Sed satis scitis multas sententias diuinas simi-
les quibus utinam mouerentur omnes utrinque qui uerae
doctrinae studium profitentur. Et tamen saepe tanquam
in naui fortissimis tempestatibus perniciosas seditiones ex-
citant, conturbant dogmata, dissipant Ecclesias, quibus
ex rebus existunt in populo aut superstitiones aut Dei
contemptus, ac odium religionum omnium, disciplinae
perturbatio, factiones, distractiones principum, ciui-
um caedes & infinita uastitas. Quid cogitari tristi-
us his malis potest. Quare & Deum oremus ut ani-
mos omnium doctorum aeternis uinculis uerae sen-
tentiae & spiritus sui copulet Et nos ipsi consi-
lia συμβιβαστικὰ amemus & actiones nostras ad
con

communem tranquillitatem referamus. Ut autem in prae-
sentia studium etiam nostrum vobis ostenderemus cum uni-
versis adesse non liceat, iussimus ad vos et nostro et suo
nomine amicos nostros Doctores: Casparum Crucigerum
Et M Paulum Eberum quos sciebamus vobis cum
propter ipsorum virtutem et in omni officio diligenti-
am tum vero etiam propter privatas et veteres ne-
cessitudines vobis iucundissimos fore. Bene valete Vite-
bergae postridie Non: Octob. An: 1543.

RESPONSUM PHILIPPI.

ad postulatum Marchionis Electoris.

Uff des durchleuchtigsten hochgebornen Fursten
und herrn herrn Joachims Marggraven zu
Brandenburg, Churfursten, hertzogen zu Stetin,
Pommern, etc, und in Slesien zur Crossen etc und
Burggraven zu Nurnberg meins gnedigsten
herrn gnedige schrifft und anzeigung dabey
durch den wirdigen herrn Georgium gethan ist
diss mein untertheinige antwort.

Erstlich danck ich untertheniglich seinen C. F. G.
das sie itzund und zu allen zeiten nu lenger
dan XX jar mir viel gnaden ertzeigt, bit
auch seine C. F. G. wollen furthin mein gne-
digster herr sein und bleiben, den ich als ein
ge-

geringe person in meiner Vocation auch treulich
gearbeit habe, vnd hab ihrer l. f. G. kirch=
en vnd leuten gern gedienet, vnd bin noch also
gesinnet. Mir ist auch leyd das ich in meynem
ersten ziehen von Torgaw mit der Schuel ge=
zogen, wie ich mit andern meinen guten freun=
den zugesagt, bin aber verhindert worden durch
des herrn Doctoris Martini gelassne witfrawe
vnd kinder, Zum andern so viel betrifft
erklerung ob ich gen Franckfurt ziehen wol=
le, oder nit, darauff ist mein vnterthenige
antwort, das ich mich zur dieser zeit nit weiter
dan also erkleren kan. Dieweil mich diser
Vniuersitet wittberg gejamert, das ich gern zur
widerauffrichtung der Studien an diesem ort ge=
holffen hette, vnd bedacht habe, das diese per=
sonen, wie wir viel dar beysammen gewesen, zu
pflanzung loblicher kunsten vnd christlicher
lahr, nutzlich gedienet haben, bin ich also bei=
derseits in guter hoffnung anher gezogen,
wiewol nu die Vniuersitet nicht fundirt, vnd
kein gewiss ordnung mit einkhomen oder
Personen nachmals beschlossen, so wil ich
doch

doch itzund in abwesen des durchleuchtigsten hoch
gebornen Fursten vnd herrn, herrn Moritzen
hertzogen zu Sachsen, Churfursten, etc meines
gnedigsten herrn nit hinweg ziehen auch kein
endrung mit mir furnemen, auch die zeit nie=
mand noch dienst zusagen.
Ich hab auch andere mehr grosswichtige ursach=
en, das end des Reichstags mit gottes hulff
zu erwarten, welche ursachen ich als der dem
durchleuchtigsten hochgebornen herrn, herrn Jo=
achim Churfursten zu Brandenburg etc M. G. H.
selb anzeigen wille, mit weiter vnterthenigster an=
zeigung ob ich alhie bleiben werde, oder nit.
Das aber seine C. F. G. gnediglich sich also ver=
nemen lassen, mich nit allein als einen Legenten
zugebrauchen, sondern mir andere mehr beuelh
in der Vniuersitet ufl zulegen, wie wol itzund
nit dauon zu reden, will ich dennoch seine C.
F. G. mein vnuermogen zuuor berichten, Es ist
nit ein geringe sach Christliche vnd andere Stu=
dia die furnemlich der kirchen notig sind
zu regirn vnd ist der Christenheit gross dar=
an gelegen, darumb die hohen Fursten bil=
lich guete achtung darauff geben solten, zu

disem

9

diesem werck soll man vieler erfarnen Personen
radt gebrauchen, So weiss ich auch dz in Franck-
reich viel furnemer gelerter und weiser menner
sind, die da dir zu radten wissen, was ich nu als-
den, neben den selbigen thun khunte, dz were ich
dir thun schuldig, Ich bin aber viel zu gering
dazu, dz ich mich solt mit einem besondern Be-
fehl beladen lassen.
Diese meine unterthenige antwort wollen seine
C. F. G. von mir gnediglich annemen, in
gnediger und Christlicher betrachtung dz ich vor vie-
len Jaren seiner C. F. G. gesagt habe dz ich
mich darumb auss dieser Universitet nit habe
wenden wollen damit nit grosser gebrech da-
durch erregt wurde.
Auss dieser ursach hab ich auch iczund kein ei-
nich verendrung furgenomen, und so viel mir
gott gnad verleyhet will zur Christlicher einig-
keit der kirchen in diesen landen treulich die-
nen, Mein gemuet ist auch in dieser Christlich-
en lehr, die ich biss anher klar geschrieben,
nit zu endern.
Der almechtige Ewige Gott Vatter unsers
heilands Jhesu Christi, wolle jhm gnediglich
ein

ein kirch und christliche regiment in diesen lan-
den erhalden.

Datum am XXV Nouembris welches der tag gewesen daran Macabeus vor M.D CC.LX Jarn den Tempel Gottes widerumb erobert, und die abgötterey ausgeraumbt hatt mit welchem Tempel Gott und auch trost und angezeigt, das er seine kirch retten und erhalten wolle.

Philippus Melanthon
manu propria

AD ELECTOREM SAXONIAE,
nomine alterius praescripta. Aº 1545.

Gottes gnad durch seinen eingebornen Sohn Ihe-
sum Christum unsern Heiland zu vor, Durch-
leuchtigster hochgeborner gnedigster Churfurst und
Herr. E. C. F. G. bitt ich umb Gottes willen,
diese meine unterthenige supplication gnediglich
anzunemen, dazu mich das gross elend meiner
Schwegerin, die im elend und verjagt ist nu in das
dritt Jar, und ist nit allein der ferligkeit
des leibs, sondern auch yhrer seel, verursacht,
Einer genant Vincentius Richter zu Colpin der
ampt Sliben, hatt seine tochter Anna, einem
jungen Gesellen Bastian Jörg auch zu Colpin
zugesagt, welche zwo personen doch dem drit-
ten

ten gelied mit blutfreuntschafft ein ander
vertraut sind, und wie wol ich an sie geschrib-
en und diesen heiradt widerradten habe. so ist
doch mein schrifft zu spat khomen, dan ge-
dachte Anna ist die zeit schwanger gewesen,
nu ist baiden ernach diese straff uferlegt, dz
sie aus E. C. F. G. land weg ziehen solten,
welchs sie gethon, und sind nu drey Jar auss,
und sind nicht beysamen, und helt sich gedachte
Anna züchtiglich und unsträfflich, zu diesem E.
land der kinder sind beyde vater aus kum-
mer gestorben, und wie wol die mutter noch
leben, so sind sie doch zu solcher betrübnüs dz
es zu erbarmen ist, und kommen die guetter
nu nicht erhalden, dewil den gemelte per-
sonen Bastian und Anna nu drey Jar lang
gestrafft sindt, und nach dem fall nu besser
were dz sie ehrlich beysamen wonten,
bitt ich umb gottes willen E. C. F. G. wol-
le gnediglich diese elende personen wider-
umb zu E. C. F. G. land zu den muttern
und ihren guetlein kommen lassen und hier-
in auch ihrer seelen seligkeit betrachten,
und dz geschlagne rohr nit ganz zerschmettern,
sondern nu mehr nach dem fall, und nach der

straff

straff gnad erzeigen, als ein hochloblicher Christ-
licher Churfurst der das recht mit gnaden zur
besserung der elenden, und nit zur sterckung
der straucheln, auss furstlicher und christlicher
gutigkeit zu lindern geneigt ist, Es ist auch
diesen Personen dieses Elend derhalben zu schwer,
das sie an andern nicht angenomen werden, also
das sie nit bey kirchen sind da sie gottes wort
und trost ihrer seelen haben möchten, welch-
es ein gross hertzleid ist einem betrubten
verlassnen weib, das nit gott betrachtet, auss
diesen grossen ursachen bitt ich abermal umb
gottes willen E. C. F. G. wollen gnad
erzeigen dan ob gleich ergerlich ist, so nah
freyen, so wissen doch E. C. F. G. das bey
E. C. F. G. steht in diesem grad ein dispen-
sation gnediglich zu willigen, zu dem ist das Er-
gernuss durch die straff gelindert, und wie
wol ich schuldig bin, als der ich in E. C. F. G.
land geborn, und das Euangelium darin geler-
net und gepredigt habe, ehe ich durch ein
brandtschaden weg khomen, fur E. C. F. G.
allzeit gott zu bitten, wie ich solchs mit
warhafftem hertzen thue, so werden doch E. C.
F. G.

E. G. meim gebet des empfinger und werker nach-
en, so ich dise gnad erlangen würde und werden
sich gemelte personen hinfuro in aller unterthenigkeit
still und christlich halten, der Ewige gott vatter
unsers herrn Heilandts Jhesu Christi bewar E.
C. F. G. allezeit gnediglich,

D. LUTHERI Geleidt.

Carol von Gottes gnaden Rö: Keiser.

Ersamer lieber andechtiger, Nach dem wir und
des H. Reichs stende itzt hie versamlet vorge-
nommen und entschlossen der lehr und bücher
halben, so ein zeitlang aus dir gangen sein von
dir erkundigung entpfangen, haben wir
dir hieher zukommen, und von dannen wider-
umb an dein sicher gewarsam unser und des
Reichs frey getrack sicherheit und gelait ge-
geben, darumb wir dir gebietten, du wolst
dich forderlich erheben, also das du unter XXI tag
zu solchen unserem gelait bestimpt gewislich
hie bey uns seist und nit aussen bleibest
dich auch keins gewalts oder unrechtens be-
sorgen, den wir dich hie bey diesem obgemel-
ten

ten ordnung ernstlich handhaben wollen, und auch auf solche deine zukunfft eigentlich verlassen, und thust daran unser ernstlich meinung. Geben zu unser und des Reichs Stad Wormbs ahm 6 Mar-tij Jahr XXI unserer Reichs Im 2 Jar.

CLARISS: et DOCTISS VIRO.
Dno Dauidi Chytræo, sacræ theo-logiæ et optimarum artium Doctori.
et Academiæ Rostokiensis primario professori D. Præceptori suo obser-uandiss

S. Clariss: uir et præceptor obseruandiss: Lite-ræ tuæ 16 Martij scriptæ mihi 23. Junij red-ditæ sunt, quæ etiam tanto mihi suauiores cæ-teris, quo a te tali uiro profectæ sunt. Poste-riores autem meas, quas 9 Martij hic datas, Monauij nostri literis incluseram procul dubio etiam iam accepisti. Pro oratione illa tua de statu Ecclesiarum, mihi missa omnis generis ago gratias, quam cum diligentia una cum quibusdam amicis meis euoluam, mirum quantopere ipsius lectio nobis dulcescat. Sic enim statuito tem illa conscribenda singulari aliqua sorte incidis-se

se in uiros probos & ueraces, qui nihil temere
narrarunt, quod non oīs αὐτόπτης aequus cen-
sor, qui haec loca cum iudicio aliquo contem-
plarit, idem affirmare audeat nisi si qs perperam
curiosulus censor, uel uariabiles & infinitos ritus
hic omissos qritet, uel de numero Ecclesiarum &
ruinis urbium (quorum etiam quantum ex pen-
tioribus hic audio recte meministi) ex sua solius
opinione contendat. De purgatorio non solum
hodiernae Eccl. Graecae nullam faciunt mentio-
nem. Sed inter caetera hoc ut plurimum a Ro-
manis dissentiunt, affirmantes non sine summa im-
pietate & scandalis haec dici posse. Lectionem
librorum philosophicorum olim Graecis interdictam
crediderim, nunc uero in hoc deprauato Graeciae
statu cum & philosophiae & Theologiae stu-
dia, barbariae quadam & secura ignorantia se-
pulta iaceant, in philosophicis tamen euoluendis,
ij q aliquo ingenio ualent, plus industriae, quam
in theologicis uidentur, & in primis sane biblio-
rum sacrorum maxime hic est neglectus, nec usquam
aliquid ex biblijs uernacula lingua repente, sicut
aliquid his puerile addam, sub primo Constanti-

nopolin

nopolin aduentu, cum uiderem graecos monachos
& alias Ecclesiasticas, imo plerasque etiam ex uul-
go, comam quandam oblongam in occipite gestare,
uenit mihi in mentem hos homines uere reliquias esse
eorum graecorum, quibus S. Paulus de decoro scri-
bendo, comam capitis disuasit. adeo ut haec uni-
ca exterior res mihi argumento fuerit, eos non
solum non euoluere sacras literas, sed pleras-
que maiorum suorum superstitiones tanquam per manus
acceptas, inepte & sine iudicio imitari. quod si in
istis leuiusculis exterioribus & quae facile sine ul-
lius offendiculo tolli poterant, contra mandatum
seu iudicium apostolicum labuntur, qualis de reli-
quis futura est opinio. Sed haec ego fortasse
minus hic commode.

Armeniorum Patriarcha Constantinopoli residet,
et horum Ecclesiae, eo quod populum in Sacrorum
administratione lingua uernacula docent, aequiores
esse Graecis uidentur, nisi quod ubi diuersitate
rituum ita inepta quadam disputatione cum Grae-
cis contendant. Saluatorem nostrum, nec uere
comedisse aut bibisse multo minus digessisse. in quo
fortasse reliquias Eutychianae doctrinae hic uidere licet.

An

An Pretegani Patriarchae quem turcae Ftebesh for-
tasse ab abissinorum nomine uocant, suam confirmationem
ab Alexandrino accipiant nondum hic cognoui, imo
Constantinopolitani graeci aiunt, eos magis Romanis quam
graecis ritibus addictos. Urbe Damasco in toto orien-
te ferè nihil amaenius et fertilius, passim pro mul-
tis cognoui. Alcairum nec magnitudine neque popu-
li frequentia superare Constantinopolin, aut Lu-
teciam Parisiorum (quae etiam meo iudicio non mi-
nor est Constantinopoli, populosior certe) pro mul-
torum et sermonibus et literis qui haec loca uide-
runt, cognoscere soleo. Aiunt in Egypto extare,
quasdam ruinas, quarundam cauernarum frumen-
tariarum, quas adhuc hodie turcae Josepho tribuunt.
Et haec quidem occasione tuae orationis, quare ego
optarem omnibus in haec orientalia loca profecturis,
tanquam filum ariadneum in hoc hodierno grae-
cae labirintho sibi quam commendatissima habere.
Gratum tibi fuisse Persicorum Regum seriem à me
missam gaudeo. De tartaricis etiam uolente Deo
aliquid mittam, et uti puto exquisitius, etiamsi in
Aulam tartarici Imperatoris per nostros merca-
tores mihi scribendam esset. De Georgianis
haec.

hæc accipe. Cum nuper ubi scripseram duo isti Prin-
cipes huc ad Sultanum profugissent, & illustriss: D.
Oratorem Cæsareum per suos hoïes salutassent, pla-
cuit Dnõ Oratori eosdem per me resalutare: ac
quemadmodum ipsi diligenter de Germaniæ statu, ita
ego de Georgianiæ ipsorum inquirebam. Comperi
autem eos illa loca ueteris Iberiæ incolere, &
prouinciam diuersis principibus sine summo aliquo
capite parere, quorum pleriq ritibus & opinionibus
ab aliis diuersi, licet suos Episcopos ubi ipsi uo-
lunt complures & unum generalem Catholicon ha-
beant, qui licet orientalium Ecclesiarum Patriarchæ
Byzantino primatum tribuat, & se græcam reli-
gionem sequi affirmet, non tamen illi ipsius iuris-
dictioni aut reformationi subijcitur quemadmodum
& Thiurtij Mesopotamiæ incolæ, olim liberi
nunc turcico iugo subiecti consimili forma suos
habere dicuntur Episcopos. Et hæc quæ de Geor-
giania scribo ex duobus istis principibus cognoui.
quorum alterum in apostasiam hic prolapsum,
alterum in patriam remissum & in itinere ue-
neno sublatum cognouisti. De potentia quidem
Georgianiæ, multa illi, sed quibus non per om-
nia

assentire uoluj gentem ip tamen bellicasam esse
ipsi furiae fatentur et euentus nostro tempore com
probauit. Nam q de clade turcarum anni supe=
rioris in confinio Iberiae et armeniae scribis,
ea ita euenisse uerissimum est, sed non tantope=
re uti fortasse remotiores narrant. Cum .n.
40 triremes contra has et uicinas Colchidenses,
et utenglenanas atque Circassas, q etiam sua
quam capita habere dicuntur, missae essent. et
nonnulli horum domiti et castellum quoddam
in flumine fessa aedificatum et ab eo ita cog=
nominatum esset; Praefectus maris partim ratus
tunc a se satis gestum, partim ab apparatum
classis hispanicae contra lusitanas. Constantinopo=
lim redijt, et breui post de ruina castelli suj
et non mediocri suorum caede cognouit: q qua=
lis fuerit mihi certo non constat. et alioqui in
numero libenter errare. hoes consueuerunt. Hoc
mense Maio elapso, 11 triremes et 5. minores
naues in eadem loca mittuntur. Ex Persico
bello, Mustapha est reuocatus substituto in eius
locum Sinano, q an: 72 hispanis Gola=
tam

11

tam expuerat. Tu Argyron fortasse pro Arsrum
nominas. q ciuitas est metropolis Assiriæ, & ab
ea hodie tanti tractum a parte Assyria cognomi-
nante, a qua munitio illa Kars orientem uer-
sus, octo dierum itinere distare dicitur. Bella
Persica in confinijs Assyriæ & Mediæ geruntq ubi
Tiflis et Taurio urbes sitæ sunt. Et ui-
dantq turcæ his bellis nimium iam esse satiati,
et nonnulla de subsecutura pace spargunt. Præci-
pue cum nostra confinia nunc non nihil inquieta
ra fuerint. q ipsi si modo commode fieri pos-
set, libentiq quam alia loca turbarent. DEUM
oro ut quemadmodum Ecclesiæ suæ sinceritatem, ita
authoritatem et concordiam principum Christia-
norum q sunt pars Ecclesiæ tueatur, ut non modo
inuictam Dei ueritatem contra blasphemias Mah:
uerbo Dei tuean, sed etiam concreditum sibi gla-
dium non frustra contra huius hostis temerita-
tem gerere queant. Bene & felicissime uale et
festinationi ignosce. Datæ Constantinopoli 4
Julij. An. MDLXXX.

Tui obseruantiss:
Wences. Budowetz.

GENEROSO & MAGNIFICO VIRO,
Dn. Andreæ Dudithio, Cæs. Mtis Consi-
liario, Dño & fautori suo colendo.

S. Lætabor, Vir Clariss., si Amplitudini tuæ, ope-
ram suam Quirinus probauerit. Adeo nostri osten-
dunt fratres nostri quæ sit causa schismatis. Dolen-
dum est illos ipsos, qui debebant sanare Ecclæ vulnera,
hoc est, theologos, ea infligere, & subinde refricare,
ne coire possint. Sed si in terra nobis non erit
locus, in cælo erit, in domo illa Patris nri, in qua
habitationes multæ sunt. Quæstionem tuam, ut volu-
isti, Dn. Lanchio exposui. Is te reuerenter sa-
lutari iussit, &, suo nomine hoc responderi.

I Homo ueritatis intelligens, in illis Ecclesijs, in quib9 de-
fenditur publice, opinio de corporali præsentia Chri in
pane Eucharistico, non potest bona conscientia ad cœnam
Dnj accedere, dissimulata sua confessione, multo min9,
simulata cum aduersarijs confessione. Facit enim se
suspectum approbationis falsæ doctrinæ & idololatriæ;
contra præcepta; Fugite Idola: Ore fit confessio
ad salutem: Qui me confessus fuerit coram hominib. &c.

Ore,

praebet ergo scandalum datum infirmis; et Deo honorem debitum non tribuit. Malum enim nec facere, nec simulare fas est.

Cum tamen idem fundamentum salutis & idem cultus doceatur in illis Ecclesiis, qui in nostris, praesertim Ubi novi errores, de Ubiquitate Corporis Christi, non accedunt & defenduntur publice; etiamsi aliqui defectus & naevi in illis haereant: Cumque autoritas atque Usus Sacramentorum, sicut totius ministerii, non ex personis ministrorum pendeat, neque illorum falsae opiniones aut peccata possint recte utentibus institutione divina, obesse aut praeiudicare: potest in illis Ecclesiis homo recte institutus pie communicare, positis his Conditionibus.

Si Ecclesiam & ministerium purius, in loco in quo Vivit, aut circa illum, non habeat aut invitus ab eius Usu arceatur: sicut hoc tempore in his locis, interdicitur recte sentientibus, communione in Ecclesiis puriorbus, sub poena proscriptionis. Si Comunio cum errantibus non habeatur & exigatur tanquam symbolum approbationis falsae, & improbationis Verae doctrinae: Ut nunc fit in nostra Vicinia. Si prius quam accedat, apud ministros edat suam confessionem, aperte, ingenue, sine ambiguitate & involucris, & ex ipsis cognoscat, an velint & possint eum,

salva

salua ipsorum Conscientia, in hac Confessione persistentem, admittere, et pro uera Ecclesiae membro agnoscere: atque huic ipsius postulationi illi assentiantur. Si eandem Confessionem Veritatis, etiam apud alios, suo loco non defugiat neque dissimulet, sed eam edat apud omnes postulantes ab ipso fidei suae rationem, siue priuatim siue publicè, secundum Petri Praeceptum, 1 Pet. 3: Idque facturum se, etiam apud ipsos ministros ostendat, salua tamen dilectione et modestia et ἐπιεικείᾳ Christiana, et praecepto Domini, Ne margaritas Porcis, nec sanctum Canibus obijcite. Nam ad Veritatem, necessariae Confessionis tempore, dissimulandam, nemo se debet obligare.

4

III Quod si ministri sic facientem recusent ad S. Caenam admittere, potius abstineat, patienter ferens iniuriam, quàm superstitionum et errorum societate laedat conscientiam, aut sine profectu se et alios turbet. Interea tamen ad confessionem, pro loci et officij sui ratione, edendam semper sit paratus. Culpa enim, quare careat comunione, non est ipsius, sed ministrorum iniustè ipsum excludentium. Et Sacramenta sunt homini Christiano necessaria, tanquam digna, Videlicet, quando secundum institutionem diuinam illis

Vti

Vti permittitur, non autẽ sicut ipsæ res dignatæ, sine quib. salus non consistit. Non enim priuatio, sed contemtus sacramenti damnat. Et licet graue sit homini pio, si Sacramentorum usu cogatur carere: tamen in hac exclusione hoc est commodi, quod liberatur à molestia Ceremoniarum & opinionum, quib. usus legitimus Cœnæ dñi, ab aduersarijs obscuratur: ideoq minus ægrè uidetur esse ferenda; & acquiescendum in promissione Christi: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam quia saturabuntur

IIII Si vero dicatur, hac abstinentia præberi scandalum, videlicet, occasionem aduersarijs criminandi, infirmis autem, & rem ignorantib., suspicandi, eam fieri ex contemtu sacramentorum & ministerij. Respondetur, hoc scandalum non esse datum, sed acceptum duntaxat, siue arreptum. Quando .n. offenditur aliquis abstinentia à Sacramentis necessaria propter vitationem Idolatriæ, non is qui offendit peccat, sed is tantum, qui offenditur bono, quod per se causa offensionis non est: Si modo is qui abstinet, vbicunq occasio fert & postulat, causam veram abstinentiæ suæ, & suum, si permitteretur ipsi, accedendi desiderium non dissimulet.

V. Sin autem è contrario, volenti accedere, ministris nimirum & Ecclesia permittentib., obijciantur Vitiosæ

sæ Ceremoniæ, falsæ opiniones, insectationes Veritatis
& similia, quæ sunt apud aduersarios, quasi ex his con-
tagium aliquod superstitionis contrahat, & scandalum
præbeat infirmis, qui suspicentur, eum probare ipsorum
opiniones, atque ita in his confirmentur: Respondetur,
etiam hoc esse scandalum acceptum & non datum:
si modo is, qui fert illam seruitutem externam,
fruens interea libertate Christiana, non omittit neque
apud ministros neque apud alios, confessionem Verita-
tis, & aperte profitetur, qua de causa, qua con-
ditione, qua fide & quo fine communicet, quoque
loco instituta Christi, quo item Ceremonias & tradi-
tiones humanas habeat. Sic n. omnis iusta
offensionis causa tollitur. Neque uero polluitur recte
sentiens, cum utitur ministerio errantium & Cere-
monias etiam humanas seruat, si modo errores di-
serte & constanter improbet, & neque uerbis neque
factis aliquid palam aut per se impium & Verbo
Dei repugnans committat, & humanas traditiones
pro cultu Dei se non habere profiteatur. Sic prophe-
tæ & alij sancti in Veteri testamento, & ipse
Christus et Apostoli utebantur ministerio sacerdotum,
qui multis modis corrumpebant doctrinam & cul-
tum

tum Dei; sed interea nihil ipsi faciebant, per se Idololatricum aut prohibitum à DEO, errores autem Pharisaicos & Sadducæos, apertè & acriter taxabant. Sic Paulus obseruatione ceremoniarum, accommodabat se infirmis ne auersarentur eum tanquam hostem legis & moris patrii, Et hac re non peccabat. Iisdem accommodat Se Petrus, & à Paulo seueriter reprehenditur. Causa erat: quia Paulus adiungebat, Petrus autem omittebat necessariam confessionem & doctrinam Veritatis. Idcirco Petrus dabat scandalum infirmis & errantes confirmabat in errore. Paulus Vero minimè.

Postremò, tametsi hac possunt consuli sapientib. ad Cœnam D. accedere: tamen si quis putet ea Conscientiam suam non liberare omni scrupulo, is melius fecerit, si abstineat, quàm si dubitante Conscientia accedat. Quidquid enim non fit ex fide, peccatum est. Omnino tamen debet ille causam abstinentiæ suæ, pro Vocatione & occasione non celare ut vitet scandalum & opinionem Contemtus Sacramentorum. Hæc sunt quæ Dn. Zanchius suo nomine tibi rescribi voluit. Contuli de eadem quæstione olim Tiguri, cum D. Petro Martyre Vermilio,

Sanctæ

sanctæ memoriæ, non mea, sed aliorum Causa, à quibus consulebar: nec diversa fuit ipsius responsio. Horum sciens sententiam, non est meam quod quis requirat. Interrogatus tamen, ab ea me non dissentire, libenter profiteor. Addebat Dn. Petrus Martyr, cum primum venisset in Angliam, & dogma Corporalis præsentiæ ad-huc ibi vigeret, idem se fecisse, & cum ministri quam-uis dissentientes ab ipso, tamen cum hac Confessione, non detrectarent eum admittere, ad Cœnam accessisse, nō obstantib. sibi illorum Ceremonijs, licet ipsi molestijs. Sic uidi facientem Philippum Melanthonem, piæ memoriæ, Witenbergæ: qui tamen propter superstitio-num improbationem, rarius accedebat: quod ego quoque feci in patria, sed edens meo loco confessionem, prop-ter quam etiam nunc absum à patria non inuitus. Si uero duriores alicui uidentur istæ Conditiones, eum existimo facturum melius, si tacitus abstineat, quam si approbatione Idololatriæ simulata accedat. Talem n. simulationem ex Verbo Dei excusandi rationem ego non invenio. Sed tibi pro excellenti pietate, & Sapientia, non deerit consilium. Eandem sententiam probat Dn. Daniel Tossanus, qui & ipse te reuerenter salutat. Publica tibi quam mihi notiora sunt: Et

nostras

nostras iam veterascentes miserias narrabit Carolus.
Feliciter Vale Neustadij. 8. Viibris An. 80.

Amplitudinem Tuam

Reverenter Colens

Zacharias Vrsing.

Reverendo, & Clarissimo Viro: Dno. Henrico Mollero, Sacrosanctae Theologiae Docto,ri suo Dno, & amico pl. col.

S. Reverende & Clarissime Vir, Domine & amice pl. col. Vtrasque tuas accepi: sed priores tardiss. integro nempe anno, si paucos dies excipias, elapso; postquam a te istic his exaratae fuissent. Posteriores huc ad me misit frater meus ante menses quatuor circiter, aut amplius. Quamuis igitur unum & idem argumentum in utrisque illae tractarent; hoc tamen commodi haud vulgaris accessit: quod nonnulla in posterioribus uberius & commodius exponerentur; quae in alteris illis, credo circa alia occupatus, strictius attigeras. Itaque tibi certo persuasum esse volo: hoc tuum studium ex vera & sincera benivolentia haud dubie profectum, mihi longe gra,

gratissimum accidisse. Quoniam tamen de nonnullis
capp. diligentius inquirenti, scrupuli aliquot occurrerent:
Visum est meam de his ipsis opinionem, qualis qualis
ea sit, tecum libere communicare saltem ut, si alicu-
bi aberro, abs te, quem libenter magistrum agnosco,
benigne in viam revocer. Principio itaque, quod
locum illum ad Corinthios attinet, geminam illius
interpretationem recenses: quarum posteriorem, alte-
ra illa repudiata, tibi nunc magis arridere significas.
Est vero, quod in utraque illarum desiderem: idque non si-
ne probabili ratione, ut arbitror. Nondum enim sa-
tis assequor, quomodo βαπτίζεσθαι ὑπὲρ νεκρῶν,
recte converti possit: baptizari iamiam morituros?
Vix namque puto, Graecorum verborum proprietas id ad-
mittit. Praeterea nec sensus ipse, quem potissimum ex-
primere velle haec interpretatio videtur, satis est propo-
sito scopo conveniens: cum Apostolus hoc in loco non
de animorum resurrectione a peccatis; sed de corporum po-
tius resurrectione e mortuis loquatur. De more illo
sub finem vitae baptizandi, aeque incertum est: an
quo tempore D. Paulus ista scripsit, iamtum usu recep-
tus fuerit. itaque una tecum hanc expositionem bona
cum gratia libenter dimitto. Sed tu illius loco mox
sub-

substituis aliam; quam etiam ipsi Dn. Philippo b. m.
ad extremum non displicuisse ostendis. hac sane quamuis
per se absurda non sit: haud tamen scio, an plus fir-
mitatis quam prior illa habeat. Nititur enim imprimis ritu
quodam, homines super sepulcra mortuorum baptizandi;
de quo idem fortasse, nec minus uere, dici queat; quod
tu nunc de priori illa iamiam morituros baptizandi con-
suetudine pronunciaras: illam nempe non tam Aposto-
lorum temporibus quam aliquanto post in Ecclesiam inuectam
fuisse. Cedo enim quibus argumentis contrarium probari
possit? Illud sane quod ex libello quodam nuperrime
foras dato adducis; etsi tibi libenter concesserim: ad pro-
positum tamen quadrare eam ob causam negauerim;
quod Apostolorum, aut Paullini temporis, quo ea de quibus
quaeritur scripta sunt, non meminerit. neque etiam uspiam
in sacris noui foederis libris, quantum diligenti lectio-
ne hactenus assequi potui, tale quid perscriptum ex-
stat. Johannes sane primus baptismi minister in Ber-
sabara trans Jordanem baptizabat: quo in loco CHRISTUM
etiam ab eo baptizatum uerisimile est. Philippus
Apostolus Eunuchum reginae Aethiopum in praeter flu-
entem immergebat. Petrus, Paullus, et caeteri Apostoli,
prout res ferebat, undecunque allata aqua homines
et ipsi baptizabant. neque in his exemplis omnibus

uel.

uel uerbulo aliquo sepulcrorum de mortuorum hom. fit men-
tio. quamobrem hypothesi istâ, ceu fundam.o sententiae tuae
sublatâ: reliqua omnia, quae ipsi innituntur concide-
re necesse est. immò, ut maxime detur, consuetudinem illam
tantum in Ecclesiâ viguisse: ualdè tamen dubium sit;
quomodo uerba haec ad illam applicanda sint. Nisi n.
fallor, dicendum foret in hoc sensu; non ὑπὲρ τῶν νεκρῶν:
sed potius ὑπὲρ τοὺς νεκροὺς in 4.o casu, h.e. super
ipsos mortuos; aut mortuorum cadauera, sepulcra &c:
quod tamen apud Paullum secus habet. Posteaquam igitur
haec incommoda, quae unam & alteram interpretationem
consequuntur animaduerterem; diligenter cogitare cepi: Num
qua ratione, commodiore aliâ explicatione in medium al-
latâ; illa deuitari possent. Venit tandem in mentem:
ὑπὲρ τῶν νεκρῶν exponendum esse, non pro; sed super
mortuos, aut mortuis. idque tali quodam sensu; ut Apo-
stolus Corinthios suos grauiss.e perstringat, & tantum non
ad surdum deducat: quod mortuorum resurrectionem (: &
in his etiam, ut ipsemet colligit Paullus, CHRISTI :)
negando; nihilominus se super mortuos baptizari pa-
tiantur. Quòd si, inquit, negatis mortuos resurgere:
necessariò CHRISTI etiam resurrectionem negatis. atque sic
ipse quoque CHRISTUS inter mortuos adhuc erit; & ex his
unus: super quo tamen, ut super cuius nomine, bapti-

zari uultis? quid uero hoc aliud est, obsecro: q̃ super
mortuos h. e. mortuorum quemuis baptizari? nempe, quia
super CHRM baptizamini qui unus est ex mortuis illis:
immo reliquis omnibus mortuis par, & per oia similis;
siquidem, quod ex uestra hypothesi sequitur, nondum
adhuc resurrexit. Frustra itaq; super illum utpote mor-
tuum, & ab aliis mortuis nil differentem, baptizamini:
nec quicquam interest, utrum super illum; aut super
quemuis e mortuis alium baptizemini. in quo sane uis
tota argumenti huius; & mutationis numeri, quae mag-
no artificio facta est, consistit. Si rationes, quib. in hanc
sñam inductus fuerim, ex me queras; hae sunt praecipuae.
Scopus nimirum disputationis Paullinae; qui ex toto con-
textu h. e. antecedentium & conseqq.um dextra colloe-
emitur. Cum enim ex CHRI resurrectione nostram dedu-
cere uelit: ut illam euidenter demonstret; praecipue
allaborat. Ac primum quidem affirmatiue argumentis
a testimoniis tum Scripturarum; tum eorum qui resur-
gentem illum oculis suis uiderant sumtis, utitur. Dein-
de ad absurda, quae negationem consequerentur, obli-
que transit: & ita etiam Corinthios ex sua ipsorum
opinione & conscientia refutat; peruersitatisq; haud
Vulgaris accusat. Qua intentione etiam Vo. ema. in
Vsu 29o pro transitus significatiua partic. interpre-
tari

tari malo: ut sit Caeterum, aut porro; non autem alio,
qui quamuis ne hoc quidem alienum fuerit ualde. Sic
igitur ista emerget stat. Caeterum (aut etiam, si placet,
Alioqui) quid facient inceptabuntue (οἱ βαπτιζόμενοι
ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, ii qui super mortuis baptizantur;
si omnino vel universim non excitantur mortui; nec
Christum uidelicet, nec alij quicunque? repetit iterum, ut
eos magis urgeat: τί καὶ βαπτίζονται (οἱ βαπ-
τιζόμενοι subauditur) ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ ἀναδίπλωσις
eiusdem uerbi; quemadm. etiam Mathei 7 Ps. 16:)
ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; Quid uero insuper adhuc bap-
tizantur (ii nimirum qui ex uobis baptizantur: seu
infantes, seu adulti:) super mortuos; aut etiam super
nomen illorum h.e. in illorum gratiam siue honorem?
haec enim omnia particula ὑπὲρ apud Graecos desig-
nare potest; sicut & uocula על apud Ebraeos: ut
plurima exempla, quorum recitationi sponte super-
sedeo, utrobique testantur. Principali huic argumento quod
uel solum probandae thesi nostrae abunde sufficiat, ad-
iungi possunt, si placet, & alia nonnulla: utpote
quod a potestate articuli τῶν sumitur. quem quidem
temere hoc loco additum nec ipse facile dixerim;
sed potius quo Christum ipsum (ceu digito demonstret,
ad

ad quem postea reliquos mortuos omnes sine except°
aggregat; atq; ob id multitudinis num° consulto utitr.
Deniq; partic.a ὅλως idem quoq; non obscure indicat:
nempe quod CHRM etiam mortuorum illorum mentione com-
plectitur; ut a quib9, nisi resurrexerit, nihil prorsus
differat. Quamobrem parum aut nihil quoq; interes-
se censet: siue super CHRM jam mortuum Corinthii
se baptizari dicant; siue super mortuos alios quoscunq;.
quandoquidem νεκροὶ ὅλως οὐκ ἐγείρονται h. e. nemo
prorsus ex uniuersis mortuis suscitatur uel resurgit.

Verum in quo firmam° praecipue acquiescam; modo
dictum est. Hanc porro sententiam nostram, dum a me for-
sitan obscurius expositam non penitus assequeris: fit ut
parum consentanea mihi tribuas. Non enim quantum re-
cordor unq; τὸ ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, in uernaculo inter-
pretatus sum; Vor todte teuffe (id enim, ut opinor
esset: pro mortuis) sed potius: auff die todten,
od. in auff todter leuter nahmen, und gleichsam
ihnen zu ehren. h. e. ut paullo ante quoq; dixi,
super mortuos, aut super nomen mortuorum; in illorum
nempe gratiam, ac uelut honorem. Hinc ad opinionis
meae euersionem te accingis, duab. potissimum utens
rationib9: quarum altera ex ui articuli, ex numeri
potestate altera petita est. Quod prius illud attinet,

eadem

equidem non magno in discrimine posuerim: siue ad-
datur expresse articulus; siue non. eo quod non semper
articulo additus ἐμφάσιν habet: sed interdum etiam
absolute positus reperitur, καὶ ἀορίστως, ut plurima
exempla testantur. Et in hoc ipso capite, ne longius abea-
mus, vox νεκροὶ aliquoties usurpata, modo articulum
adiunctum habet; modo illo caret. Cum articulo quidem
legitur uersibus: 29. 35. 42. & 52°. Sine illo autem
caeteris in locis, utpote uersibus: 12° 13. 15. 16.
20. 21. & 29°. unde τὸ ἀδιάφορον huius atque illius
usurpationis manifeste cuiuis apparet. Alia uero
longe ratio est earum, quae demonstratiuae appellantur, par-
ticularum tum apud Graecos, tum etiam apud Germanos.
Non enim parum inter se differunt ista in Vernaculo
nostro: si dicam, Auff die todten indefinite: Vel
auff die, od dise todten δεικτικῶς, quemadmo-
dum tu uelle uideris. Et sic similiter in Graeco etiam
sermone inter articulum τῶν, & pronomen monstrans
τούτων permagnum discrimen intercedit. Tibi uero
si quod intendis obtinere uis, probandum fuerit
necessario: Articulum apud Graecos nunquam inde-
terminate & absolute poni, sed determinate καὶ
ἐμφατικῶς semper. quod haud scio an ita facile cuin-
cere queas. Equidem ut maxime Vim aliquam peculiarem
ar-

articulo hoc in loco attribuere uelim: qua ratione putemus exponendum, quemadmodum uelut obiter indicauimus. Alterum quod tibi dubium de interpretatione nostra mouet; est numeri ipsius mutatio. Cum enim hic, qualis in praes. occurrit, ex sua natura plures denotet; improprie admodum uni CHRISTO accommodari uidetur. Cui obiectioni ego respondeo, Etsi sub appellatione rex regum CHRISTUM Apostolus praecipue intelligi uelit, utpote de quo principaliter agitur: propter tamen similem rationem, qua omnibus alijs mortuis CHRISTUS ex hypothesi par constituitur; multitudinis numero uniuersos complectendo, uti, & ita Corinthiis euidentius absurditatem, quae ex illorum falsa persuasione consequitur, demonstrare maluit. sicuti quoque etiam de paraphrasi Verborum Apostolicorum a nobis allata satis colligitur. neque hic de signo uniuersali expresso, omissione lis ulla moueri debet. Etenim quaecunque de tota specie dicuntur, etiamsi infinite ponantur; uniuersali tamen enunciationi semper aequipollent. Cum igitur omnes mortui, quatenus non resurgunt, hactenus paris conditionis sint: nihil sane retulerit, siue unum ex iis CHRISTUM e.g. siue multos; siue etiam cunctos nomines. quemadmodum eadem prorsus ueritas permanet, seu homo est animal, dicas, seu omnis homo est animal, seu denique in multitudinis numero Omnes homines sunt animalia. Praeterquam

quod

quod etiam in communi loquendi consuetudine simili locutione, permutando scil. numerum, uti persaepe solemus. quemadmodum si aliquem cum homine v. g. mendace & vano frequenter conversari videam; recte eum huncce in modum compellare queam: Miror te, quisquis es, tantopere hominum mendacium & vanissimorum consuetudine delectari. quippe non hunc solum, qui occasionem reprehendendi dedit, intelligo: sed alios quoque omnes ipsi in mendacio & vanitate similes; quorum familiaritate illo amico meo hac orationis formula pariter interdictum volo. Est sane hoc genus apud Comicos, quando hypothesin ad thesin transferunt, vulgatissimum; & ita Paullus hoc ipso in loco Corinthios quoque obiurgat. Si super CHRISTUM se baptizari sinant, CHRISTUM autem in mere mortuorum numero habeant: idem prorsus ipsos facere ac si super reliquos etiam mortuos, aut super horum quemvis sese baptizari sinant. Atque haec quidem nostra est dicti Paullini interpretatio: quae an alicui alteri in mentem venerit, ignoro. Ubi primum vero ab illa discedo; Francisci Junii prae caeteris mihi sententia arridet: qui in translatione sua ex idiomate Arabico verba illa Graeca, ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, si recte recordor (libellum enim ad manus nunc non habeo) interpretatur: ὑπὲρ τοῦ τοῖς νεκροῖς ἐγερθῆναι id quod illatio in mox seq. membro manifeste comprobare

bare uidetur. Secundum haec igitur erit; Caeterum quid facient qui baptizantur super mortuos h. e. super mortuorum resurrectione: si, ut quandoquidem mortui omnino non resurgunt? ut quid etiam hi tales baptizantur in spem futurae mortuorum resuscitationis? Durinscula censeri queat, fateor, haec expositio; propter ἔλλειψιν uerbi quod aliunde, aut ex proxime sequenti saltem commate assumi necesse est: sed tamen nihil incommodi infert; et sensum gignit a scopo Paullino non abhorrentem.

Erasmica et Vulgata uersio habent: pro mortuis. quod minus probatur: cum, etiam teipso teste, ad Martionitarum errorem; et, ut Cyprianus uocat, clinicorum baptismum plane superstitiosum, quodammodo accedat. Retinet tamen uerba eadem, quod miror, doctissimus quoque Beza: quamuis commoda interpretatione illa emollire et sanare studeat. nec multum dissimilem esse uim opinor in Syris uocib. [illegible] quib. [illegible] redditur. Verum nimis jam diu in dicti hujus Paullini expositione satis controuersa haereo. itaque cum opinionem meam recensuerim, et mediocriter rationib. stabiliuerim: commodum nunc ad reliqua epistolae tuae capita conuertor; e quib. etiam paucioribus uerbis, quantum omnino concedetur, me expediam. IN dicto apud Johannem quinto, indicatiuum modum retinere ideo magis placet; ut uerba illa tria, quae in hoc 39o. et seq. uersu ponuntur, ex παραλλήλου sibi inui-

cem

cem respondeant: τὸ ἐρευνᾶτε nempe τὸ δοκεῖτε, καὶ
τὸ θέλετε. alioqui nisi hoc fiat, ἀνακόλουθον com-
mittere: & consequentiam in sensu minus apertam deprehen-
dere. Nec obstat: quod hac ratione Pharisaeis plusculum
quam par est, attribui censes. Etenim alias quoque Christus Pha-
risaeorum doctrinam populo commendat: cum eos in cathedra
Mosis sedere palam affirmat, auditoresque suos hortatur,
ut quae praecipiunt (ex Mose scil. & Prophetis) ea ser-
vent & faciant; minime in opera eorum, quae cum doctri-
na saepe mirifice pugnant intenti. Paullus quoque Aposto-
lus, quando coram Agrippa Rege Pharisaeum se esse
gloriatur: Exquisitissimam illam sectam gentis et religionis
Judaeorum, (τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν τῆς ἡμετέρας θρη-
σκείας) appellare minime veretur. Atque ut maxime res
secus habeat (quemadmodum plurimos pudendos errores
hinc inde Scribis & Pharisaeis in Evangelica historia obji-
ci videas) nihil tamen absurdi committitur, si dicamus
Christum hoc in loco ex propria Pharisaeorum persuasione lo-
qui, & ita ironice illis tribuere, quod ipsi de se
credi serio volebant. Quo sane modo salse & ingenio-
se vanam illorum praesumtionem, qua turgidi erant,
perstringit: & simul tacite atque occulte ad maiorem
diligentiam in scripturis perscrutandis adhibendam il-
los cohortatur. Cum quidem nondum id, quod praeci-
puum est, Messiam vidit, in Mose, qui de illo
testi-

testimonium fert, apprehenderint. Sic iterum quaedam in illis laudando; ad cetera quoque alacrius persequendum stimulos subdit: quandoquidem laudata virtus, ut est apud Poëtam, crescit; & immensum gloria calcar habet. Quod si hunc in modum, astipulantibus Grammaticorum praeceptionibus, interpretari verba illa placeat: ad nos quoque utilitas inde haud exigua emanabit. ut videlicet nos etiam CHRISTI monitu, non minus quam Pharisaei olim, diligentiorem operam scrutandis scripturis impendere; & quem illi incautè praeterierunt Messiam verum è Mosis scriniis, sublato velamine detectaque illius facie, eruere attentè discamus. id quod jam ad eum sensum, quem tu sequeris; quique ex Syra translatione colligitur, accedit propius. Sed tempestivum videtur etiam de postremo literarum tuarum cap. aliquid afferre in medium. Tractat autem illud de dicto apud Zachariam: in quo vertendo non tantum LXX illi, ut putantur, & hos secuta Vulgata Versio; sed etiam multi alij pij & docti Viri à Verborum germino intellectu, qui è fontibus hauritur, plurimum recessisse deprehenduntur, creduntur. Et quidem prima dubitatio est de voce נושע in versu nono occurrente: quam magno consensu servatorem aut salvatorem omnes transferunt: cum tamen ex sua natura videatur sonare non σώζων ἢ σώζουσα sed potius σωζόμενος ἢ σεσωσμένος. Chaldaeus sanè paraphrastes pro צדיק ונושע Ebraeis nominibus; habet in vernaculo suo זכאי ופריק hoc est innocens seu

seu mundus, & Redemptor. Graeci interpp. transtulere:
δίκαιος καὶ σώζων αὐτός. Vatablus, Seruator ipse, in
contextu ponit; in margine verò, qui se seruat: quasi,
qui se seruare potis est; alios etiam tantò magis serua-
re valeat. alij alijs verbis in conuertendo utuntur. In
sensu quidem ipso nulla penitus est discrepantia (nemo
enim piorum non verè & rectè CHRISTUM Seruatorem nostrum
dici agnoscit.) Sed tamen de vi vocabuli Ebraei sine sce-
lere quaeri potest: quomodo in passiua forma actiuam
illud significationem inserat? Tu in dubitatione tali ad
coniugationum Ebraicarum discrimen confugiens, asseris: Ni-
phal h. e. passiuam primam coniugationem significare
passionem ab ipso agente profectam; & ita נושע esse serua-
tum, à seipso videlicet, non autem ab alio. Mihi funda-
mentum hoc, ne quid dissimulem satis videtur lubricum:
eò quod exquisitius & subtilius ab Ebraeorum magistris
tradita sit distinctio illa, quam ut usum aliquem evidentem
habeat. haud enim scio, an ubique in scripturis ἀκρίβεια
ista seruetur: & an non potius maiori ex parte indis-
criminatim usurpentur tum Paul, tum Niphal; tum
verò etiam Pual, & hophal, ut multis exemplis, si hoc
ageretur, declarari posset facilè. Taceo interim: Reci-
procam illam significationem, quam huc loci assumis, ma-
gis

gis conuenire 4tae coniugationi hithpáel appellatae; quam ipsi Niphal. etsi quidem inter has duas communicantiam quandam intercedere ipse quoque affirmes. His igitur de caussis Tremelij conuersio magis placet: qui, ut passiua significatio aliquatenus animaduerteretur, uocem Noscha transtulit; salute praeditum. Nos, si licet, ἐμφατικώτερον una uoce reddamus, salutarem (recipit enim quoque hoc uerbi παθητικόν ti apud Latinos; quemadmodum ferè σωτήριος apud Graecos.) aut etiam nouè salutosum h. e. salute et redemptione, quam miseris mortalib. impertiret, à DEO patre abundanter instructum, ac uelut oneratum. unde et Johannes Apostolus sub initium Euangelij sui illum πλήρη χάριτος καὶ ἀληθείας eodem sensu nuncupat h. e. plenum gratuitis, et ueris ac minimè fallacibus bonis. Quidam amicorum meorum, Vir doctus et linguae sanctae bene gnarus, cum quo et ipso nuper de his per literas contuli; distinctionem afferebat non inconcinnam: qua difficultatem interpretationis in hoc dicto penitus sustolli posse putabat. Aiebat enim; Messiam regem respectu quidem nostri uerè esse ·ו ·מושיע liberatorem, ac saluatorem nostrum: respectu uerò modi istius liberationis et saluationis nostri, merito ·נושע ereptum, saluatum, aut seruatum dici.

Id ergo ita accipio: quòd Christus et saluator, et sal,

saluatus sine ullâ contradictionis implicatione nominari
queat. Salvator quidem, siue σωτὴρ, uel JESVS ratio-
ne finis & effectus: eò quòd, sicuti Angelus praenunci-
at, Verè seruet & liberum faciat pop. suum ab omnib.
peccatis ipsius. Saluatus uerò & ereptus, ratione medij;
per quod nos seruauit, & pristinae libertati restituit.
Etenim non sine acerr.a pugnâ, & maxim.is periculis Ty-
rannicae Satanae captiuitati nos eripere; Deoque unici-
ci asserere potuit. In quo sanè praelio, etsi sanguinem
profundere, mortemque oppetere cogeretur: & ipse tamē
ad extremum diuinâ ptâ seruatus ereptusque est; &
posteà gloriosè Victoriam adeptus nos similiter serua-
tos & ereptos, inuiolatosque praestitit. Caeterùm Euan-
gelistae Mattheus & Johannes, cùm dictum hoc Zacha-
riae Prophetae in descriptione ingressus CHRI in urbem
Hierosolymam allegant; uterque uerba ista (Zaddik
Ve nôscha hu) omittunt. & pro עני h.e. pauper
vel miser, Mattheus reponit πραῢς mitis aut man-
suetus; ac si in Ebraeo, unius literae mutatione scrip-
tum esset ענו Anau. Johannes autem eâdem libertate,
dum sententiae nihil decedat, usus, pro גילי מאד h.e.
Exsulta uehementer, habet: Μὴ φοβοῦ ne timeas κατ'
ἀπόλυτα figuram sic Graecis uocatam; quam Vulgò cor-
ruptè Aptoton nuncupant. in quae tamen in praes.ti am-
plius

plius inquirere non est propositum. Hoc semper excepto;
altera de uersus undecimi interpretatione occurrit diffi-
cultas: in qua plerisque in locis tibi libenter assentior;
caeterasque opiniones, quas deinde adducis, una reijcio.
Neque enim satis causae est: Cur nos a via regia ad auia
nescio quae adduci patiamur: aut tot seculorum et
exemplarium fide contestata lectione posthabita; alias
nuper adeo excogitatas consectemur. Quamobrem par-
ticulam [illegible], ita ut scripta est, simpliciter in foeminino
genere interpretor: defectum uero seu eclipsin nominis
& uerbi, ex uersu nono et decimo enim uelut in parenthe-
si ponitur supplco. Cum enim ibi filiam Sionis & Iero-
solymorum h. e. ueram Ecclesiam tanquam per celeusma ad
gaudium, exultationem, & iubila propter aduentum Re-
gis sui Messiae iusti & salute pleni exsuscitasset; ac in
decimo uersu illius ptam & dominatum, in pace magis
quam armis consistentem, magnificis uerbis descripsisset: nunc
in isto undecimo uersu denuo per apostrophen filiam illam
Sionis & Hierosolymorum compellat, & foedus cum Deo,
sanguine symbolico qui uerum a Messia effundendum
repraesentabat intercedente, initum illi in mentem reuocat;
simulque ad solidam laetitiam (ut consequentia demonstrant)
exhortatur. Etiam tu (inquiens, filia Sion & Hierosoly-
mae, exsulta & iubila) [illegible] propter sanguinem foe-
deris



deris aut pacti tui; quod scil. tecum pepigi asperso
uitulorum sanguine, ut Exodi 24°. scriptum est. Emisi (.n.)
Vinctos tuos, et quae seqq. Vatablus Verbum [illegible]
seruaberis, extrinsecus assumit, aut saltem ex nomine
[illegible] in uersu nono, non incommode deflectit, eadem
permanente utrobique sententia. Tremellij expositio
nimis exquisita uidetur; quam ob id s. l. relinquo.
Verum interim dum haec scribo, aliud quoque in mentem
uenit, nimirum: non fore ita absonum ex proxime prae-
cedenti versu, huic loco idoneum Verbum mutuari.
Quod in isthoc, uersu nempe decimo, de capite seu Spon-
so CHRISTO dixit: id ad corpus ut etiam sponsam
eius Ecclesiam hic pariter accommodat. Affirmat enim
Propheta in versu decimo, Messiae regnum non fore mun-
danum aut terrificum; quod in armis curribus, bellicaue
apparatu (quae Deus sese amoliturum significat) con-
sistat: sed spirituale potius, et mite atque benignum fore,
quod annunciatione pacis et salutis absoluat, et tamen
nihilominus longe lateque diffusum, omnes gentes atque populos
ad fines usque terrae complexurum esse. Hoc ipsum iam in
undecimo uersu ad Ecclesiam quoque applicatur: utpote
quae et ipsa gloriae huius et potentiae Sponsi sui quodam-
modo particeps futura sit. Etiam tu (inquit) filia Sionis,
et Hierosolymorum; sponsa atque Regina mea) in XX

propter



propter sanguinem pacti aut foederis tui, tecum nempe
gratuito initi, loqueris pacem h. e. annunciabis laetum Euan-
gelij nuncium gentib. ad me conuertendis, et una mecum
dominaberis, per omnes terrarum partes seu angulos disper-
sa. Emisi namque uinctos tuos e cisterna vel lacu, in quo
non est aqua h. e. feci te cum ueris membris tuis libe-
ram e dura illa Satanae captiuitate, in qua antea
tristissimam seruitutem seruiendo nullam recreationem (
hoc n. aqua in scripturis saepe denotat) sentiebas. In
hac expositione, si nil aliud, illud certe commodi inest:
quod uerbatim nomini respondens minus longe, atque in
caeteris fit, petitum est. Sed tamen cum nouitatis aliquid
prae se ferat, tuum etiam iudicium de ea cognoscere
percupio. Quae posthac pro Graecorum translatorum de-
fensione affers, aequitatem sane tuam in aliorum erroribus
benigne interpretandis arguunt: haud tamen scio, an
admitti usque quaque debeant. Facile n. et merito excusa-
tione tali digni illi forent: si in hoc solo, aut alijs per-
paucis locis impingerent. Verum quando passim tanta
tamque supina eorum in conuertendo negligentia apparet,
ut, quemadm. in prouerbio dicitur, aliud quidem pes,
aliud Cythara sonet h. e. aliud in Ebraeis uerbis,
aliud rursus in eorum interpretatione insit: qua tan-
dem ratione patrocinium horum iure suscipiemus?

Minus

Minùs uerò opinione meâ falli; aut iniquè et temerè de illis me pronunciare compenes. Si (quod haud dubiè antea persaepè abs te factitatum est, et adhuc quotidiè fit) conuersionem eorum cum fontib. attente contuleris. im,,mò hoc, in psalmis praesertim Dauidicis, non semel obser,,uarj: Vbi Ebraeae voces ambiguitatem aliquam habent. eos plerumquè (quod mirère) significationem illam quae minùs praesenti loco congruit, commodiori alterâ prete,,ritâ, mordicùs arripere. Vnde apud me persuasissimum est, quod itidem alijs multis doctissimis uiris placere ui,,deo: LXX illorum interpretatione tantoperè decantatâ, ex quâ apud primitiuae Ecclesiae Scriptores quos Pa,,tres uocant, Epiphanium nempè, Theodoritum, Athana,,sium. Clementem, Basilium, et reliquos quaedam adducta supersunt nos hodiè irreparabili cum damno carere: hanc uerò de quâ sermo est, in germanae illius locum nescio quâ occasione quaue fato irrepsisse. cum quidem imaginabile uix sit: Septuaginta illos ex omni pop. Judaico delectos Viros, et Ebraeae linguae sibi Vernaculae, patriaeque religio,,nis peritiss.os tam pudendos ac saepè pueriles errores in in,,terpretatio committere potuisse. Verum haec plenius de,,ducere, alterius loci est atque temporis. A nobis uerò nunc eò tantùm proferuntur: ut quantum fidei Graecae trans,,lationi tribuendum sit scientes; cautius ad eorum tribunal pro,,

prouocemq. Audiamq tamen, quamnam excusationem
Græcis illis interpp. pares. Ais igr, probabile tibi ui=
deri ipsos non oscitantes Ebræum codicem inspexisse; nec in=
scitia linguæ lapsos: sed usitatam tunc in scholis Ebræorum
hanc lectionem, in qua verbum nomini ritè responderet,
fuisse. Rectè sane; si ita se rem habere certò constet. At
ego profectò hac in parte Iudæorum Masoræ collectorum dili=
gentiæ plurimum non immeritò detulerim; qui quidem
exemplis, quotquot inuenire uspiam potuerunt, attentè inter
se collatis, et singulis etiam apicibus consideratis; si quæ in
illis discrepantia occurreret, religiosiss. annotarunt. Apud
hos, sicut etiam Auenarius annotat, non reperio nisi 47
loca ex uniuersis biblijs; in quib. Iod in fine paragogicè
ascriptum non legit. Sunt quidem in his duæ illæ, quas ex
Ezechiele adducis, dictiones: cæterum huius, de qua inter
nos modò quæstio est, nulla prorsus fit mentio. ut inde
manifestò appareat: culpam in lectionis codicum diuer=
sitatem frustrà transferri. Ne quid de eo nunc dicam;
de quo doctissimi quique, et linguæ sanctæ peritissimi Vi=
ri (inter quos Munsterum quoque honoris gratiâ nomi=
no) consentiunt: Græcos scilicet illos interpretes codice E=
bræo usos esse; qui punctis vocalibus substratis (quorum ua=
rietate se illi alioqui munire possent) in uniuersum
careret. id quod nimirum allucinandi occasionem illis
persæpè præbuit: quemadm. ex infinitis Scripturæ locis,

quæ

quæ sponte prætereo, coniectura assequi non est difficile.
Johannis porro Draconitæ audacia, ut tu quoque recte iudi-
cas, veniam vix meretur. Præclare enim alicubi Basilius:
οὐ προσέχειν τοῖς τῶν λέξεων, ἀλλὰ τὸν λογισμὸν ~~τοῖς~~
τοῖς [illegible] ἐφαρμοστέον. Magnæ igitur perversitatis fuerit:
scripturam ad nostras cogitationes, quam has ad illam dirigere
et aptare malle. Et præterea per se minime tutum
est, hanc textus corrigendi licentiam, quam in profanis
scriptoribus multi nimis intemperanter utuntur, in sacram
quoque paginam inferre: ne tandem incerta fiant omnia;
et alia incommoda plura subsequantur. Quæ postremo
loco de voce צמח disputas; hanc unam ob causam sus-
pecta videri queant: quod præter necessitatem nimis
longe petita sunt. Etenim nec in hoc toto capite nec in
duobus aliis proxime præcedentibus; sed in tertio demum ab
hinc nomen illud germen significans reperitur: ubi nimi-
rum Vulgata versio legit; Ecce Vir, Oriens nomen
eius, et quæ sequuntur. Quamvis vero apud Jeremiam
eo in loco quem allegas, pronomen relativum quod
voci צמח in sequenti versu respondet, in fœminino gene-
re positum esse non inficier: si tamen Grammaticorum
regulis credimus; et ex terminatione, et pluralis nu-
meri formatione, per se masculinum potius esse nomen hoc
colligitur. ac, nisi fallor, sic etiam aliis in Scripturæ lo-
cis

cis sæpe eo usurpat. Verum satis iustam epistola hæc
iam assecuta est magnitudinem. Nihil igitur de dicto illo ex
primo τῶν ἐπιδημιῶν libro in præsens addo. Abs
te autem, vir præstantissime vehementer peto: ut mea
ista, quæ opinione longius excreuere, sine molestia per-
legere non dedigneris. Nemini sane præiudicare vel mini-
mum cupio: sed cogitationes duntaxat meas qualescunque
in medium proferre; et de iis iudicium tui exquisitissi-
mi censuram cognoscere, animus fuit. Quod si erroris ali-
cuius in his commisi abs te conuictus fuero: tum demum
et operam sane utiliter me collocasse; et profecisse plu-
rimum, existimabo. B. et f. Vale, et me, ut ce-
pisti, beniuolentia tua prosequi perge. Pragæ Boje-
mo. Idibus Octobris. Aº. CIↃ IↃ XXC.

Reuerendæ digni-
tatis tuæ

Obseruantiss.

P. M. D.
aulæ Cæsareæ
Medicus.

S. Placuit propter argumenti similitudinem hoc quoque
scriptum (quod Hispanus quidam theologus, alioqui
doctissimus, de dicto ad Corinthios nuper admodum ad me
direxit) literis istis adiicere. non quidem quod illud pro-
bem

bem (quid n. sentiam apertè satis & plenè in epist: ostendi :) sed saltem ut uideas, quàm uariæ sint hominum eâdem de re sententiæ, & quàm suum cuique pulcrum uide, atur. In dictum tamen Hieronymi: & alterum quod ex Ecclesiastico citat, te inquirere uelim. quid item S. Ephrem Syro hac in parte sentiendum sit, scribe, rum Vale.

ὅπερ ἐχάψας

ביהודה

Alioqui quid facient, qui baptizantur pro mortuis; si omninò mortui non re, surgunt. &c. 1 Cor. 15.

Fieri pro mortuorum peccatis in ueteri lege baptismata, ex hoc loco apertè constat. Et quemadmodum Iudas Machabeus, quem saltem Virum, bonum, & in lege Moy, sis eruditum, ne aduersarij quidem negare poterunt, pro mortuorum peccatis sacrificia fieri didicit: ita etiam Paulus pro iisdem Lotiones, baptismata, siue asper, siones. quod si ille in lege Mosys eruditus, pro mor, tuorum peccatis Sacrificia obtulit, neque contra Legem, quicquam ad misisse, nec nouum ritum induxisse putan, dus est: ex eodem ille fonte didicit, unde etiam Pau, lus. pro iisdem Lotiones nimirum, ex lege nam quod ait: Si mortui non resurgunt, ut quid baptizantur pro mortuis: ex eo, quod ritu Solenni, iuxta legem fiebat, probat, resurrectionem esse. Nam τὸ: quid baptiz,

an,

neminem unquam fore arbitror, qui ita accipiendum pu-
tet: Nostri (inquam) diuinis oculis oraculis instructi, & di-
uinitus eruditi; qui ritum hunc, si diuinis literis contrarium
putaret, tantum abest ut frequenter usurparent; ut etiam fue-
rint omnino repudiaturi; Nostrae inquam, gentis homines,
nos Judaei, solenni atque confirmata adeo consuetudine (Vi-
deo enim hoc loco ad inuidiam declinandam modestiaeque causa
Paulum noluisse prima persona. Ut quid baptizamur isti:
Sed tertia baptizantur: quemadmodum David ad Achime-
lech, cum se & suos mulierum congressu abstinuisse dicit,
non ait Sumus sancti; sed sunt vasa, siue corpora puerorum
sancta.) Ut quid baptizamur pro mortuis; si nullus ha-
rum rerum sensus eos attingeret? An is mos in populo
Dei unius cultore & adoratore obtinuisset; si nil ad vi-
ta functos ista baptismata pertinere existimarent? Ne-
que vero in hoc argumento minus esse virium puto, quam
in eo quod sequitur: Ut quid nos periclitamur omni ho-
ra? Ut quid ad bestias pugnaui Ephesi? quid mihi pro-
dest; si mortui non resurgunt? hoc enim dicit: si mihi tot
laborum, tot angorum, & sollicitudinum, tot pericu-
lorum nullus est alius portus, exitusue, quam inanis gloria,
& cum hac uita mihi omnia extinguuntur, nihil est me
miserius. cur enim illud potius non amplector: Mandu-
cemus & bibamus; cras enim moriemur. quod si haec,
ut subdit, colloquia praua sunt, quae bonos mores cor-
rumpunt

rumpunt, neque ille frustra pugnabat Ephesi, animamque
suam (ut cum Hebraeis loquar) portabat in manibus suis:
sed quod spem sibi & coronam immortalitatis sciret
esse propositam, ad eandemque gloriam corpus etiam uocan-
dum, sperabat. Eadem enim his uerbis proposita est Pau-
lo consolatio, quae Jobo, cum ait: Etiam si corpus & caro,
& morbis & tineis ac Vermib. sit attrita; tamen ea una
consolatione erigi se, quod in carne mea uidebo Deum
Salu. quod, nisi carne resumta, fieri non poterat.) Er-
go neque populus ille Judaicus, cum solenni ritu pro mortuis
baptizabatur, aliud significabat, quam futuram resur-
rectionem. quorsum, enim pro mortuis Viui baptizarentur;
Si nullo modo huiusmodi baptismata ad Vita functos per-
tinere crederent? Sed tu istam consuetudinem negas.
Ego Paullum Verba illa Numer. 19 ante oculos habu-
isse puto: Qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc
septem dieb. fuerit immundus, aspergetur ex hac aqua
die tertio, & die Septimo. Si die tertio aspersus non fue-
rit; Septimo non poterit emundari. Deinde addit: Omnis
qui tetigerit humanae animae morticinum, & mortuus
erit sine hac emundatione: polluet tabernaculum Domi-
ni, & peribit ex Israel, quia aqua expiationis non est
aspersus pro peccatis. Ergo horum, qui cum pietate alioqui
mortui erant, sed sine huiusmodi baptismatibus siue as-
persionib;

persionib; alij postea, opinor, imò certus sum, quid de eis
soliciti erant, baptizabantur, id est aspersiones illas sine qb.
illi à uita recesserant, sibi per sacerdotes, Legis adhibe-
ri curabant; Vt pro ijs aliquo usq; satis facerent. quod,
nisi illud crederent: omnes nos manifestari oportere an-
te tribunal Christi; non erant facturi. Itaq; illud, ut quid
ergo baptizantur pro mortuis, ita accipio: quorsum Judæi
mundantur à Sacerdotib. Secundum legem pro peccatis
eorum, qui mortui sunt sine mundatione, si mortui non re-
surgunt? Atq; ita hunc locum interpretatur S. Ephrem
Syrus author vetustissimus: οἱ γὰρ (inquit) τοῦ νό-
μου ἱερεῖς προσδοκίᾳ τῆς ἀναστάσεως ἐν μνημείῳ ὄν-
τας κεκλεισμένους καθαίροντες εἰς τὴν μέλλουσαν πίστιν
ἀναλυθῆναι καθὼς ἀνέγνωτε ὅτι ἐν προσφοραῖς
καθαίρουσι περὶ σκανδάλων οἱ ἐν νόμῳ ἱερεῖς. Vides
hic sacerdotes Legis, propter spem resurrectionis in
oblationibus populum mundasse. Huius S. patris scripta,
ait Hieronym. post lectionem scripturarum publice quon-
dam in quibusdam ecclesijs recitari solita. Itaque
cum ait Moses; Si mortuus fuerit sine mundatione: os-
tendit post mortem rationem aliquam fuisse mundi-
tiæ et immunditiæ. cumq; multos sine eiusmodi mundatio-
ne mori contingere potuerit: Veri simile est, ac prorsus
necessarium remedium aliquod illis adhibitum fuisse, quod

ego

49

ego Paulum dixisse, et explicasse puto, cum ait: Ut quid baptizantur promortuis (Neque vero promortuis, vel super mortuis, ob est quidquam. Utro- n- modo libet verteris τὸ ὑπ vel τὸ ὑπὲρ ad scrupulum eximendum parum habet momenti:) eodemque, si bonus interpres coniectorque sum, respexit auctor Ecclesiastici cap. 7: Mortuo ne prohibeas gratiam. de qua enim alia gratia mortuo exhibenda loqueretur: quam de ea, qua mortuus sine mundatione caruisset?

REVERENDO ET CLARISS.mo VIRO:
Dn.o Jacobo Fabricio, S. Theologiae
Doctori, et inclytae scholae patriae
Rectori suo amico pl. colo.

S. Quod differtur, aiunt vulgo; non aufertur. Quamuis igitur hactenus satis diu praeter morem meum tacuerim: nolui tamen committere, mi opt.e Fabrici, ut nihil omnino respondendo, tibi sinistre tandem de me suspicandi occasionem praeberem. Fecit migratio in aulam, et nescio quae aliae occupatiunculae; quemadm. inter initia fieri solet: ut de scribendi assiduitate nonnihil remitterem. Verum ut illud in posterum corrigatur; sedulo operam daturus sum. De tua gratulatione, quam multis verbis in proximis prosecutus es; magnas ago gratias: et Vi

Vicissim Deum precor, ut tibi etiam novo, ut audio, mu-
nere & dignitate nuper ornato clementer adesse, omnesq
labores & studia tua ad felicem atq salutarem Ecclesiae
& Reip.ae finem dirigere dignetur. Quod disputt.es
nostras attinet, quid de priorib. tribus dictis, ex Proph.a
nempè Zacharia, Evangelista Johanne, & Apost.o Paul-
lo ad Corinthios sentirem; quantum potui accuratiss.e ad
Cl. D. Henricum Mollerum perscripsi: atq à fratre meo, ut
eadem epistolas librarij sui operâ descriptam tecum commu-
nicaret, rogavi. Tu, postq acceperis, quid de ijs videatur,
liberè & audacter mihi aperies. In Zachariae, & Johannis
dicti explicatione nos prorsus concordare, animadverto. Ter-
tij illius ex epist.a ad Corinth interpretationem, à me
fortassè obscurius recitatum, te non assecutum arbitror.
unde etiam exquisitius, q cuperam, propugnare sententi-
am meam, à te videlicet mihi attributam, niteris. Neq
enim assero aut directè concludo, Nos non tantum in
CHRI; sed & piorum defunctorum hominum nomen &
honorem baptizari: Verum illud duntaxat tanq ad Co-
rinthiorum hypothesin consequens assumo. Tua tamen
explicatio in alijs multis Scripturae dictis locum habere rectè
pt. Quae de spirituali animorum à peccatis resurrectione,
ex collatione sexti ad Romanos capitis, posteà affers;
Verè & praeclarè dicuntur omnia: haud tamen scio an
ad praesentem Paulli scopum satis accommodatè; cum
quidem

quidem de corpore è mortuis resuscitato potissimum hoc
in loco, de quo quaeritur, agat. Restat vero quartum
è Paralipomenis dictum: in quo enarrando paullo
longius quam in caeteris, inuicem absumemus. Tu quidem sen-
tentiam tuam ante propositam nunc pluribus uerbis et
argumentis defendere; et meas simul obiectiones refelle-
re sedulo conaris. id an etiam omnino assequare; mini-
rum non nihil adhuc ambigo. Haud paullo sane melius,
ne quid dissimulem, quam in praecedentibus places: ac ego quoque
tibi nunc in plerisque lubens assentior. Cum praesertim nihil
magis coactum mihi uisum fuerit, quam quod vocem
המעלה à proximo praecedenti nomine האדם contra
Grammaticae scilicet dirimeres: et praeterea extrema uerba
יהוה אלהים cum prioribus per figuram, Appositionem nun-
cupatam, coniungeres. Horum utrumque nunc caute deuitas,
et tamen nihilominus idem, quod alteri illi quos te aemu-
lari apparet, consectabantur, obtines: excellentiam nem-
pe diuinam huius adam, seu huius hominis. Verum
tamen cum omnia considero; longe simplicius et Gram-
maticae praeceptis magis consentaneum mihi esse uidetur:
Voces illas המעלה יהוה אלהים astruere non ad sub-
iectum; sed praedicatum. hoc est ut de eo accipiantur
qui respicitur; non qui respicit. in talem quendam sen-
sum: TU DOMINE DEUS prospexisti mihi secundum con-
ditionem aut modum hominis, seu hominum excellenti-
um. ut scil. ego, quem tam benigne respicis, talis sim;

in

in max.ª dignitate & eminentia constitutus: non uero, ut
tu Deus, propter dispositionem hominis excellentis, CHRI-
nempe, me respicias. Determinant enim Verba hæc, ut
paullo ante monui, prædicatum; seu id de quo, & ad quem
agitur: non autem subiectum; aut eum qui dicit, VX pro-
mittit. in quo sane præcipue erroris occasionem consistere
autumo. Atque ita etiam ſ האדם quam uis in singulari
num.º ponitur, de tota tamen specie accipio: sicut sæpissime
alias in sacris literis usurpatur. המעלה autem seu as-
censionis & dignitatis vocem, ex illis uerbis interpretor,
quæ 2. uersu 6.te occurrunt, cum Deus Davidi pro-
mitteret: se ipsi nomen facturum, 2dm nomen mag-
norum in terra. h.e. ita famam nominis eius, in solium
regium ipsum collocando, longe lateque propagaturum: ut
in uniuerso terrarum orbe inclarescere incipiat. Unde eti-
am haud dubie in hoc gratiarum actionis membro simul
ad uerba illa, modo adducta, Davides noster respexit.
De particula ב cum ea non solum sicut VX secundum;
sed etiam, propter, significet: nolo tecum litigare amplius.
quoniam cum ista cognata inter se sunt & affinia; age
Iurecoss.torum regulam seruemus: quæ parum distant, ea nihil
distare uideri. Sed tu mox totis uiribus ad id proban-
dum te conuertis: CHRUM utriusque naturæ respectu
recte dici המעלה ſ האדם id est hominem ascensio-
nis. Et quod non tantum sit ψιλὸς ἄνθρωπος seu
nudus

nudus homo; ut in humiliationis statu apparebat. Verum etiam homo, ita enim loqueris, transcendens h. est aliorum hominum conditionem longe exsuperans; quippe qui et verus Deus sit, et Rex aeternus. Quae sane sicuti per se recte & pie dicta lubens accipio: ita quomodo ex iis istorum verborum, de quibus controvertitur, erui; et ad praesentem scopum applicari commode queant, nondum satis video. Quamobrem id, quod in vulgari proverbio est, mihi affirmare liceat: Glossam seu interpretationem textu meliorem esse. Quae enim ad Davidem proprie et principaliter pertinent; qui Dei beneficio sese ex humili loco in altissimum erectum esse agnoscit: ea improprie CHRISTO tribuuntur. Hic namque secundum divinam naturam (cuius respectu ascensionem seu dignitatem illam ipsi potissimum assignabas) non ascendit aut exaltatur: et officii mentio, quod utramque naturam complectitur, nimis condita est. Quae meis obiectionibus tribus (quartam enim auctarii loco tum et adiecisti) respondes: iis magna ex parte acquiesco. Nam et mihi idem illud esse ius volo: ut rationum firmissima momenta potius, quam hominum, etiam doctissimorum autoritatem sine ratione sequi cogar. Est autem in verbis textus expresse, non בתור sed כתור h.e. secundum formam aut conditionem; non enim in forma seu specie hominis. Deinde vocem utramque scilicet האדם & המעלה nomini substantivo תור in regimine coniungi Grammaticae

regulae

reggª & ipsa linguæ sanctæ proprietas evincit ut planè
ὁ λοιχού (?) committatur; si vocabulum המעליהי ad sequen-
tia a יהוה is astruere velimus: non aliter ac si scriptum esset,
המעליהי in hiphil .i. ô Tu DOMINE DEUS faciens
ascendere, seu qui exaltas; vel etiam in excelsis collocatus
es. De Lutheri Versione, cum ea ad manus non sit;
quid pronunciem, non habeo. Videtur tamen duisuscu-
lum, Davide excluso; de solo illius semine promissio-
nem hanc interpretari: cum quidem & ad ipsum Davi-
dem; & ad eius posteros, CHRISTUM inprimis illa pertineat.
Sed nolo mihi de omnibus interpretibus censuram sumere:
ad reliqua potius, quæ restant, pergo. Ut igitur sententiam
tuam magis munias & stabilias; ex præcedd. verbis,
quæ in hoc ipso cap. occurrunt, subsidia insuper petis.
affirmasque, Etsi verba illa; Ero ei in patrem &c De
Salomone typicè accipi possint: nequaquam tamen consequens
esse, ut reliqua etiam quæ eodem Vaticinio continentur, omnia
de Davide aut Salomone similiter interpretemur. Im-
mò particulam Versus duodecimi, de solio in seculum
duraturo, ne posse nos quidem salva pietate aliter
quam uni & soli CHRISTO accommodare; cuius nempe so-
lius regnum perpetuum fore Prophetica Vaticinia plu-
ribus in locis testantur. Qui ergo fit, Fabrici, quod
immediatè præcedentia (ipse mihi ædificabit domum)
& mox seqq. verba (Ego ero ei in patrem &c)
de

de Salomone tanquam in typo nos interpretari permittis: ista autem paucula quæ interiacent. Confirmabo solium eius in seculum, non permittis? Inquies fortasse: quoniam ut hoc fiat, rei natura non patitur. Salomonis enim, qui CHRISTI typum gessit, temporale regnum fuit: ipsius vero CHRISTI siue Messiæ, æternum & perpetuum. Vnde cum hic æterni regni mentio fiat: necessario id CHRISTO, eoque solo; nequaquam vero de Salomone accipiemus. Teneo, quid dicas. At ego te uicissim usitatam illam interpretandi regulam animo perpendere uelim: quam si sequare; facilius, ut opinor ex difficultate ista nos explicabimus. Inquit autem regula illa uere aureola: Verba intelligenda esse secundum subiectam materiam; seu, ut Epiphanius loquitur, καθ' ἑκάστης ὑποθέσεως τὴν δύναμιν. Quod si igitur de Salomone & posteris, de illo autem ceu typo Veri illius Salomonis atque Regis pacifici inprimis, Verba hæc accipiamus: tum עד־עולם seu לעולם non æternitatem proprie denotabit; sed tempus duntaxat longissimum, uel potius determinatum in arcano Dei consilio (est enim a radice עלם abscondit) præfinitam periodum. sicuti sæpe alias Ceremoniales quoque & politicæ populi illius leges עד־עולם siue in seculum ut communiter uertunt duraturæ dicuntur Et לעולם עבד (seruus seculi) in

in Deuteronomio appellatur seruus, qui ad Jobel seu iu-
bilæum usque seruire Domino suo tenetur; non autem in
æternum mancipatus. immò, ne longius abeamus, hoc ipso
in loco quod [illegible] Nathan dixerat עד־עולם i. in secu-
lum id Dauid in formulâ gratiarum actionis repetens,
in vocem למרחוק commutat; quæ nihil aliud sonat, quam
in longinquum. ut tanto minus nos de falsitate interpretis
huius coarguere merito queas. taceo quod etiam de ipso
Salomone loquendo, nihilominus regnum illius æternum seu
perpetuum dicere possumus: quatenus scil. in CHRO, tanquam
vero Dauidis (super cuius solium, ut Scriptura loquitur,
sedit) semine, vaticinium hoc omnibus suis numeris com-
pletur. atque sic etiam Dauid ipse qui ait: Deum elegisse
sese de universâ domo Patris sui; ut esset Rex super Isra-
el עד־עולם h. e. vel longissimo. & à Deo definito tem-
pore, ut paullo ante: aut ita ut typum gereret veri
Regis Israëlis Messiæ in æternum regnaturi. Sin ad
antitypum CHRM ipsum, verba illa עד־עולם (quem-
admodum Epistolæ ad Ebræos autor manifeste facit)
accommodemus: tum quidem nemini dubium erit; quin
infinitas seculorum, adeoque ipsissima æternitas indicetur. In
CHRO namque IESV vero id, quod in Dauide, Salo-
mone, & posteris tanquam in obscurâ imagine adumbra-
tum fuit, adimpletur. Non possum tamen, quin in prae-
ex

ex te quæram; quoniam altera illa uerba, quæ in 2o Samuelis libo. capite 7o. in recitatione huius Prophetiæ occurrunt, referenda existimes: Qui si inique VX per, uerse egerit; arguam eum Virga Virorum, et plagis filiorum hominum, quæque exinde seqq. ad CHRistum inquam; an ad Salomonem; an uero ad utrumque distincta ratione? Epistola quidem ad Ebræos ea, quæ proxime in Versu hoc præcedunt: Ero ipsi in patrem, et ipse erit mihi in filium; CHRisto expresse accommodat. Id si admittis; ut admittendum omnino est: quomodo hæc quoque Verba, quæ immediate consequuntur, de eodem non interpretabimur? cum quidem relatiua particula alium referre non possit; quam de quo modo actum est. Psalmus item Octogesimus nonus hanc promissionem totidem Verbis, immo pluribus etiam, repetit: quæ tamen de CHRisto ferme omnes dicta accipiunt. eo quod in Versu XXXo. scriptum sit: Et ponam in seculum semen eius; et thronum illius tanquam dies cæli item Versu 37o. Semen eius in æternum erit; et solium eius seu C in conspectu meo etc. Repugnat tamen his iniquitatis seu peruersitatis mentio: quæ CHRisto, nulla peccati labe contaminato siue scelere tribui uix posse uidetur. Quid nisi hic ex ratione illa interpretationis supposita in mentem ueniat, optime nosti; et idem etiam doctissime.

Martyni

Martyri alicubi, placuisse video: attamen tuam strami,,
ne quid praeiudicem, ante cognoscere valde cupio. Inte,,
rim non satis mirari queo te ita ausum scribere: Verba
illa Versus duodecimi (Et confirmabo solium eius in secu-
lum) nullo modo ad Salomonem referri posse, ne'
quidem ut ad typum; sed de solo CHRO non ty,,
pice, sed simpliciter et nude intelligi oportet, cum
tamen quod duob. locis evidenter diversum appareat.
David n. 22º cap. huius libri ipse haec oraculi
Verba (Confirmabo solium regni eius super Israel f.
עד עולם in aeternum) ad Salomonem filium, ceu Veri illius
Salomonis et Regis pacifici typum nominatim dirigit. Item
mox 28º. capite iterum Verba Vaticinij huius repetens,
inquit: Dixit JEHOVA; Salomo filius tuus aedificabit
domum meam, et atria mea. Ipsum n. elegi in filium;
et Ego ero ei in patrem: Et firmabo regnum eius (
Salomonis nempe) in seculum, si perseveraverit facere
praecepta mea, et iudicia mea, sicut et hodie. His quid
potest, obsecro, dici expressius? Nihil ergo amplius
obstat, opinor: quo minus nos quoque Sacrosanctae Scripturae
exemplo (Pythagoricum illud αὐτὸς ἔφα pie
imitati) haec de Davide et Salomone quidem tanquam
in typo; de CHRO autem ceu vero antitypo dicta
accipiamus. Quod n. de ταυτολογίας praeterea
affers; iam ante quoque a nobis responsum est:

Ex,,

Expolitionem illam τῇ αὐξήσει potius, acuendæque attē-
tioni nostræ servire; quemadmodum sæpe alias. Et tamen
sic quoque (quod tu præcipue et toties urges) gratiarum
actio ad singula promissionis membra accommodata est.
Non .n. tantum pro iis gratias agit Davidi quæ suam
personam privatim concernunt; utpote q. ex humili
in altiorem, atque adeo altissimum locum, seu dignitatem
regiam subiectus sit: Verum etiam pro filio Salomoni,
et posteris ipsius (inter quos Messiam 2dm carnē q;
culdo comprehendit) hoc idem beneficium liberatiss.
et clementiss. promittitur. Unde etiam in versib. 23.
24. 25. et 27° mentionem domus seu familiæ
suæ, ex qua nasciturum esse Messiam certo noverat,
tam frequenter ingeminat; et ut adventus illius acce-
leret. atque promissio hæc quamprimum opere impleatur,
ardentib. Deum votis precatur. Neque sequitur, ut
tu colligere videris: si in hoc 17° versu beneficium
illud summum mittendi Messiæ David non celebret,
propterea necess. memoria lapsum et illius prorsus
oblitum esse. Dico .n. in sequentib. versibus, quos modo
nominavi; illud ab ipso fieri satis aperte. Ppter,
quam .n. quod Scripturæ usitatum est, sub corporalibus bene-
ficiis spiritualia simul depingere, et quodammodo re-
ptentare: etiam in 25° versu non obscure indicat David,
se propter hanc promissionem de ædificanda ipsi do-
mo

domo seu familiâ suâ; tantò magis spe plenum esse, & cor suum reperire (ita sonant uerba in 2° Sam. cap. 7°) h. e. animum recipere: ut ad Deum maiori cum fiduciâ accedat; preces coram eo fundat; seseq exaudiri (propter promissum scil. Messiam) firmiter credat. Mox verò etiam Deum lætitiâ animi summâ gestiens, velut celeusmate facto, exhortatur: ut quod pollicitus est bonum uerè præstet, ac domui & familiæ Dauidis in seculum benedicat. Ipso n. benedicente semper & perpetuò hanc fore benedictam. quæ sanè nisi de semine illo benedicto, in quo non Dauid tantum & posteri eius, sed omnes etiam familiæ terræ benedicendæ sunt; intelligi aliter nequeunt. Vt ita nullam amplius causam habeas: cur aut ταυτολογίαν h. e. inanem repetitionem nobis obijcias; aut præcipuum beneficium obliuione præteritum esse clamites. Eodem scilicet prorsus ordine, quo à Nathane Prophetâ commemorantur; à Dauide beneficia illa rursus assumuntur: & ad Jehouam autorem gratiarum actio pro ijs dirigitur. Verum de isto quidem dicto in præsentia satis. Neq enim mihi doctoris personam assumo: sed tantum cogitationes meas liberè, ut fert consuetudo nostra, propono; tibiq perpendendas subijcio. Quod si illas tibi non displicuisse cognouero; est cur mihi gaudeam. Similiter

ter, quod tamen futurum non confido, visum tibi
fuerit; de eo quoque me certiorem facies. De cete,,
ris reb., quae voles, ex fratre meo cognosces. B.
& f. Vale.

Pragae Boiemor. Eidib. IIXbris A° XXC°.

Tui studiosissi,,
mus

Petrus Monavius D.
aulae Caesareae
Medicus.

Habes simul ἀνέκδοτον ex literis Mollerianis,
ipsis KL. Junij hoc anno Hamburgi exaratis.
De loco in Paralip. scribam alias: nunc propter
morbum coniugis, cui assidens haec scribo, cogor esse
brevior. Video sane non commode satis, si Grammati,,
cae Praecepta urgeas, elici eum sensum ex dicto posse;
quem Dn. Praeceptor in Usu expressit. Est tamen sententia
pia & orthodoxa. Ego vero existimo Davidem illud
maximum beneficium celebrare: quod ex humili
loco ad summam dignitatem erectus, et in regnum
solium a Deo esset collocatus. ita quidem ut typum
gereret Messiae, qui pop. erat promissus. atque ad
hanc sententiam verba recte, ut puto, accommodari possunt.
Hactenus ille: a quo te non facile dissensurum confido.

Iterum

iterum atque iterum Vale & salue.

II THEOD. ZWINGGERUS GERVASIO

Marstallero Archiatro Brunswicensi etc.

S. Gratissimae mihi fuerunt literae tuae, uir doctiss. tum quia te amicitiae nostrae, quae optimarum literarum studiis Patauii coaluit, adhuc memorem esse uideo, tum quia Veteris & antiquae medicinae h. e. ipsius ueritatis te studiosiss. esse reipsa comperio. Itaque ad ea, quae petis, etsi respondere difficile est, tamen amicitia tua fretus tibi hac quoque in re obsecundabor, ut uel hinc intelligas te mutuum in amore habere. Quandoquidem igitur de Theophrasto Paracelso, eiusque scriptis iudicium meum requiris, sic habeto: plurimos adhuc, eosque non uulgares testes in urbe nostra extare, qui germanice profitentem audiuerunt, & cum illo quoque familiariter uersati sunt. Illi cum Theophrasti maluuiem & impietatem cum crassa quadam, uerum audaci ignorantia coniunctam norint, mirari satis nequeunt, quosdam homines eo amentiae uenisse, ut eum et pietatis & eruditionis nomine non recentioribus tantum, sed ipsis quoque ueteribus conferre atque etiam praeferre audeant. Et quidem de moribus illius uerba facere hic superuacaneum existimo: neque enim eruditioni quicquam uel addunt uel adimunt: de pietate uero id unum possum testari, multa de religione

cum

eum scripsisse (quae apud sectatores eius adhuc ὡς κει-
μήλια ἱερὰ servantur) cum interim manifestum Atheis-
mum pro se ferret. Nota est illius vox, cum publice pro-
fiteretur & remediorum formulis incantationes quoque ad-
misceret, reprehensus à quodam quod parum Christiana haec
essent, inflatis buccis respondit. "Wil Gott nit, so helf-
fe der Teuffel. Cum etiam vocatus ad aegrum quen-
dam, cum vix tandem crapulam hesternam edormisset,
accessit: Verum ut sacrosanctam eucharistiam eum pau-
lo ante sumpsisse cognovit, indignabundus abijt in haec
verba prorumpens "Hast tu einen andern helffer
gesucht, so darff ich dein nicht. Quo quidem in-
humano facinore, ne dicam impio territus Oporinus, cum
per biennium integrum eum passim per Alsatiam secutus
esset (Basilea namque profugerat Theophrastus quod libe-
rius et petulantius in magistratum fuisset invectus)
ei vale dixit, & in urbem reversus, relicta medicina
ad literas humaniores se contulit. Haec & ego et mul-
ti alij ex Oporino saepe audivimus. Iam vero quantum
ad scripta illius attinet, si convicia & maledicta eximas
pauca certe supererunt, atque etiam quidem talia, ut à
somniante potius, quam à vigilante concepta videantur.
Veterum doctrinam & authoritatem levissimis ratio-
nibus elevat: sua figmenta interim nulla ratione sed
Chymica tantum fretus experientia, nobis obtrudere conatur.
Aristo-

"Si Deus nolit, iuvet nos diabolus.

"Si quaesijsti alium auxiliatorem non eges mea ope

Aristotelica tria principia reijcit quod ex incorporeis corpus componi nequeat. At si vel primis tantum digitis in Lyceo potius, quam in fumosis Chymistarum fornacibus versatus esset, et facile hoc argumentum et multo ante confutatum cognovisset. Elementa tanquam nimis remota principia sub medici considerationem non venire asserit. Et tamen ille idem in gradibus medicamentorum assignandis ex elementis ordinem assignare nititur. Humores quatuor in corpore quidem reperiri concedit, verum non solis, sed quamlibet corporis partem proprium suum et peculiarem humorem habere author est. Quo ipso satis indicat ignorare se quod primi quidi sint in corpore humores, quae natura, quis usus humorum. Ipse interim tres substantias primasque corpora statuit ex quibus omnes corporis partes constent, sive humorosae sint, sive solidae, sive spirituosae. In omnibus enim reperiri aliquid, quod sulphuri proportione respondeat ardendo, Mercurio exhalando, sali subsidendo, et haec quidem oculos rudis et imperiti medici effugere. At Chymistae sensibus comprehendi. Denique medicum ex igne probari et omnia medicamenta, in ignis resolui debere. Dicit multa, pauca probat, neque in toto Paramiro (in quo omnes ingenij sui nervos intendisse videtur) aliud praeter λόγον ἄνευ λόγου serere videtur. Legi librum illum et quidem diligenter legi: possem quoque Theophrastaeam theoriam, si insanire placeret methodo comprehendere: sed ingenue fateor, multum sulphuris ardentis h.e. conviciorum et calumniarum

niarum, plurimum Mercurij fumantis h. e. ambitionis et κενοδοξίας salis uero minimum eo in libro me reperisse. Quae uero insania haec est, naturalium rerum artificialia constituere principia? Aut si ignis artifex ille est, qui occulta haec principia sensib. conspicienda exhibet, cur non in magno etiam mundo sublimationes istas uidemus? Meteora certe plurima indies contingunt, neque tamen ullus unquam uel salem, ut Sulphur, ut Mercurium in sublimi natum asseruit. Quod si ea quae ardent sulphurea, quae congelantur in aquam Mercurialia meteora esse dixerit, quid prohibet, quo minus ego similiter in nubibus lucidam, et pro tribus illis puluerem, pinguedinem et rorem substituam? Nam et in magni mundi partib. saepe occurrunt et magis generalia uidentur esse. At uero ut concedamque Chymica haec esse principia, quoniam hi mutationis artificialis, quae quidem ab igne fiat termini sunt, num idcirco naturalia esse fatebimur? quod si cogamur, pari certe ratione carbonarius a nobis exiget ut omnia ex carbonibus constare dicamus, cum omnia uehementer ui ignis in carbones resolui possint et non minus carbones quam sulphur et Mercurium in metallis reperiri, ipsa demonstret experientia. Ex his ipsis iam Paracelsus infert Morbi naturam non in humoribus 4 consistere, sed in aliqua trium substantiarum ut puta uel resoluto sale, ut sublimato ☿, uel incenso sulphure; Uno absurdo concesso, innumera alia sequi consentaneum est.

In-

In hydrope sal resolutus est & ille quidem expelli debet.
Si sal resolutus, an non sulphur quoque & ☿ necessario se-
parabuntur. Nam cum 3 ista corporis naturam constituant,
certe uno aliquo soluto, et reliqua duo concident. Dein-
de vel totius corporis salem resolutum esse oportebit, ut ali-
cuius partis. Si totius corporis, & ille expelli debeat, pro-
fecto incurabilis erit hydrops, quia simul etiam reliquae
duae substantiae separabuntur. Sin vero partis alicuius, quae-
nam illa est? aut n. ad vitam necessaria est, aut non est.
Si illud, resoluto sale tota certe pars illa interibit. Quo-
modo ergo superuivet animal? Sin hoc, quomodo lethalis
erit morbus? Sed quid ergo in istis ineptiis diutius immo-
ror? Idem esto iudicium de temperatura, quam corpo-
ris vivi accidens esse arbitratur, & manifeste indicat
Medicorum sententiam de temperatura (unde scilicet ge-
neretur, & qua ratione forma mixti corporis appelletur)
sese nunquam intellexisse, vel certe malitiose interpretatum
esse. In morbis qualitatum rationem habendam esse ne-
gat, proinde non contraria contrariis, sed similia simi-
libus curari debere asserit. Philosophiae ignoratio in quan-
tas tenebras Theophrastum induxit? Elementorum trans-
mutationes non intelligit, nec quomodo intensis vel re-
missis qualitatibus formae accedant aut recedant, asse-
quitur. Itaque ne mixtorum quidem corporum altera-
tionem intelligere potuit. Forma sanitatis & aegritu-
dinis sibi mutuo succedunt at mediis qualitatibus ~~fit~~,
fit, quantum alterius qualitatibus accedit, tantum alterius successio ista.
quia

qualitatibq detrahitur & sic sensim formae diversae intro=
ducuntur. Poterant hoc chymistae ex imaginario suo la=
pide Philosophico discere, qui metalla ex specie in spe=
ciem qualitatum & accidentium aliorum quorum libet trans=
ferre dr. Ignorant tamen boni illi uiri omnem morbum ha=
bere formam suam, suam quoque materiam & eam duplicem
in qua & ex qua: Nam si haec ex ipsis fontib. didicissent,
nunquam profecto ad tam absurdas imaginationes devoluti
essent, ut morbum homini similem esse dicerent, qui cura=
ri non possit, nisi similem medicinam nactus fuerit.
Similitudinem autem illam ab Anatomia essata, quae
in cineris perficitur petendam esse. Ex innumeris certe
locis Paracelsus ipse sibi ipsi contrarius convinci potest,
in quib. contraria contrariis adhibet. Itaque uel medi=
corum dogmata & rationes non intellexit, uel certe
studio contradicendi nova quaedam inuehere uoluit:
Ut si quando rationes deficerent & calumnias & bach=
icos clamores ueluti ex subsidiis in aciem produceret. Iam
uero si praxin Theophrasti consideremus feliciter pro=
fecto in ea uersatus esse perhibetur. Testatur hoc Opo=
rinus individuus olim illius comes. Testantur & alii per=
multi. At saepe et infeliciter ei cessit. Et quid mi=
rum? Exempla prae oculis habemus quotidiana, eunde
morbum à diversis medicis per eadem remedia cu=
rari & uni quidem omnia prospere succedere, alteri ue=
ro non item. Hoc est à Qaror illud quod in medico
Galenus requirit. Dona dei opt. max. uaria sunt,
&

& ut in eccla olim, non qui in sacris literis versatissimi, ij-
dem quoque sanationis dono clarissimi: ita quoque non necessari-
um est, ut qui felicissime praxim exercent, ijdem quoque doctis-
simi sint medici. Atque ut concedamus (id quod negari non po-
test) Chymistas solertiores esse ceteris in parandis medica-
mentis, num id circa rationem quoque administrandorum me-
dicamentorum melius ceteris noverint? Vetus error est
coquinariam cum medicina confundere velle. Praestat illa
quidem medicinae operam, non tamen imperat. Profi-
tetur Theophrastus in suis libris omnes morbos a medico
curandos esse. At si exempla proferantur, Theophrast-
um certe medicum non fuisse convincemus, ut qui ver-
bis omnes, reipsa rarissimos ex deploratis curarit. Neque
quis forte parum interesse putat, promittat quis aliquid
an praestet. In medico certe solo curationem morbi posi-
tum esse quodam in loco non obscure profitetur Theophrastus
ea tamen conditione, si medicamenta opportuna nove-
rit. At quid hoc aliud, quam nimium viribus suis tribue-
re, & a divino auxilio implorando medicos avertere, cum
illis persuasum sit, non minus in medico curationem mor-
bi sitam esse, quam in sutore conficiendi calcei potestatem?
Habent medici prognostica sua, tum salutis quam mortis.
At ea semper causae superiori subijciunt, & Hesiodi
illud subinde instillant θεοῦ μεγάλοιο ἕκητι. At noster
iste tanquam Briareus aliquis, ipsi etiam Iovi uncula nisi eductu-
rus ἄνδιχα absque conditione ulla certo temporis spatio
morbos quoslibet se profligaturum profitetur. Norunt
hoc

hoc et quoque discipuli, & praeceptorem suum pari nec
feliciore successu imitantur. Illud unum addo pharmacum
quoddam Laudani nomine Theophrastum circumtulisse, eoque in
desperatissimis morbis tantum fuisse usum, triumque Cicerum
magnitudine, saliva prius subactum exhibuisse, Medicamen
to devorato aegros levis somnus corripiebat a somno meliusque
habebant semper, non tamen omnes convalescebant. Vim
quandam soporiferam in eo fuisse, somnus ipse indicat. Neque
tamen usum illius tutum, quandoquidem indeploratis tan
tum eo utebantur, absque discrimine. Qui eo usi fuissent &
convaluissent, post aliquot menses gravioribus morbis cor
reptos nonnulli testantur. Ut ut sit narcoticum miru arte
tempatum esse oportuit. Oporinus certe spe huius medi
camenti allectus Theophrastum integro biennio secutus est.
Verum cum eum promissis non stare videret & nova illa
(quam supra recitavi) exacerbatio accessisset, reliquit
illum cum Laudano & spagiricis praeparationibus, por
tione tamen Laudani prius ab eo donatus, qua postea
semetipsum Oporinus servavit, cum pillulis de precipita
to devoratis (quas in usum habebat Paracelsus) co
piosam aquam frigidam bibisset, & toto corpore intumu
isset, ut & deploratus haberetur. Narrat & illud
Oporinus Theophrastum integro biennio sese nunquam ex
uisse noctu: Bene potum media nocte surgere & gla
dio (quem à carnifice quodam emerat) hinc inde
parietes impetere solitum ac si cum cacodaemone ali
quo pugnaret. Profusus aliqui & pecuniae contem
tor

tor, non quidem pauperibus erogans aliquid sed ebriis
rusticis: Et haec quidem de Theophrasto. Quod si iam
eius sectatores aggredi fas est, digni certe praeceptore discipu-
li esse videbuntur, et ut in proverbio est κακοῦ κόρακος
κακὸν ᾠόν. Adamus a Bodenstein ante biennium, ni
fallor, cum nihil adhuc dum ex Theophrasti scriptis edi-
tum esset, collegio medicorum in hac urbe libellum quen-
dam obtulit, ut si dignus videretur in publicum exiret.
Medici igitur nostri ne forte invidia tantos thesauros sup-
pressisse viderentur (iam enim celebre erat Theophrasti
nomen, et nescio quae arcana mysteria ampullosis et ses-
quipedalibus verbis iactabantur) quamvis ipsa σκοτεινὰ
ἐκεῖνα non intelligerent, ut tamen ederetur permiserunt,
sperabant semper meliora, et ea quae sequebantur clario-
ra et aperta magis fore arbitrabantur. Diversi postea
libelli eiusdem authoris absque authoritate nostri colle-
gii in vulgus prodierunt, quos veritatis cognoscendae
studio medici nostri aequo animo pertulerant. Caete-
rum cum omnia Theophrasti scripta eiusdem fere gene-
ris esse iam constaret, medicorum collegium Adamo
severe interdixit, ne quid amplius similis argumenti ut in
urbe ut alibi suo nomine edendum curaret: Nam
neque rationes solidas ullas subesse, neque calumnias il-
las diutius perferri posse. Pariturum sese ille professus est.
Ego certe illo familiariter in caeteris rebus utor, in-

me,

medicina non item: Eaque causa est, cur gravius aliquid
de illo scribere nolim, in praxi praeceptorem suum imitans.
Promittunt certe medici, praesertim Theophrastei sed nihil magis
ab eo hactenus praestitum vidi, quod non item a Galene secta-
toribus minore cum sumptu ac periculo praestari potuerit.
Exempla odiosa sunt, quorum tamen aliquot proferre possem.
Verum enimvero inimico fortassis animo haec scribere vide-
bor. At quam inimico nosti? Velim ego atque adeo pue-
lim et Theophrasti medicinam et Adami pollicitationes
veras esse, quantum putas compendii studiis nostris ac-
cederet? Studiosos quin etiam vos hortor, et hortabor ut
Chymicam hanc parandorum medicamentorum rationem dis-
cant et observent. Sed illud multo magis ut Methodum
illis utendi non ex fornacibus Chymicis, sed ex scholis phi-
losophorum et λογικῶν ἰατρῶν petant. Plurima cer-
te medicamenta Arabes invenerunt: neque tamen idcirco
a Graecorum placitis recesserunt, praeterquam in paucis.
Thessalus olim methodum quandam in caelis habitan-
tem fingebat. At quod seculi nostri ut infelicitas ut amen-
tia est. In tenebrosis pannosorum Chymistarum fornaci-
bus latitantem Theophrastus eruit. Credamus hoc illi,
licet nunquam reipsa experiemur nisi quis forte novum
hominem, nova ratione utentem introducere velit.
Nam qui haec monstra fingunt satis aperte portentosa
sua produnt ingenia. Et tamen ut maiorem scriptis
suis

suis authoritatem concilient, et tanquam ex adytis mea oracu-
la locuti videantur, vocabulis graecis, hebraicis, et Arabicis
utuntur, quaeque ne ipsi quidem satis intelligunt, biantibus disci-
pulis obtrudunt. Theophrastus certe, si quando ab audi-
toribus de re quapiam difficili interrogaretur tam ambigue
et obscure respondebat, ut facile cum Delphico Apolline
certare posse videretur. Peculiare hoc semper fuit magis
et omnibus aliis qui vetitas artes exercerent, aut qui sub
honestae scientiae praetextu monstrum aliquod alerent, ut ig-
notis vocabulis sapientiae existimationem apud rudem ple-
beculam venarentur. Id ipsum ex haeresiarcharum rebus
gestis videre licet. Ego certe si sectam aliquam ordiri
aut fovere in animo haberem, non graeca et hebraea
verum Turcica quoque ac Tartarica verba intermiscere
possem. Eodem consilio Theophrastus barbaris vocibus
Ilec et adec et Scaiolis, monstrosis, quum etiam diver-
sarum linguarum compositionibus sua scripta ceu flosculis qui-
busdam exornavit, et imperitis crucem simul cum laqueo
suffigeret. Interim tamen, si dis placet, Medicorum Luthe-
rum illum appellare asseclae eius non verentur. Quod si no-
vitate usque adeo delectantur, et veterum scripta absque
ulla ratione contemnunt et huius insaniae authorem
habent Theophrastum, illis quidem Lutherus esto, et vide-
ant interim ne eos, qui maxime dissimiles sunt, temere
et absque ullo iudicio comparare inter se convincantur. Nam

sacro

sacrosancta euangelia (quorum fides sola authoritate constat) Lutherus reiecit? num aduersarios suos absque ratione oppugnauit? Minime. At Theophrastus et ueteres contempsit et noua quaedam dogmata ἄνευ λόγου proposuit. Ergo Lutherus medicorum appellari debebit? Quod si nimis longe petita est metaphora, sit certe nouus quidam Thessalus non Thralliang sed Eremitanus. Et haec quidem de Theophrasto et eius Atace dicta sunt quae ut uera sunt, ita me illorum neque pudet neque pudebit unquam. Veritatis enim potior habenda est ratio quam ullius ut gratiae ut amicitiae. Ratio et tyronum habenda est, qui his ueluti decipulis facillime illaqueantur, ut ardua uerae uirtutis et eruditionis uia relicta ad planam illam atque patentem errorum et ignorantiae semitam declinent: Nulla fuit unquam tam absurda haeresis, quae non suos habuerit fautores. Quod si hoc in religione accidit, cuius errata aeterna morte coercentur, quid de Medicina mirum esse debet, in qua et φιλοτιμία et φιλοχρηματία homines ad quaeuis etiam maxima scelera incitare possunt. Erit fortasse aliquis qui utriusque medicinae collatione et ueteris illius et Theophrasticae nouae ueritatem tueri aggredietur.

Iam uero quod in fine epistolae de matris tuae ualetudine subiungis id quoque mihi tuo noe molestum est. Neque uero ego ut ad illam uocatus ut unquam ea de re compellatus fui. Judicium tuum de tabulis nostris in Galenum cum quia ab homine docto tum quia ab amico syncero non ab adu-

adulatore profectum, est mihi iucundissimum accidit, sed
uereor ne ex abundantia quadam amoris erga me plus mihi
quam oporteat tribuas. Primus ille rudisq; foetus fuit: qui
sequentur politiores fortassis et eruditiores erunt. In Ethicis.
polit. et Oecon. Arist: resoluendis nunc totus sum, nec minus
hac ratione me de communib. studiis bene mereri posse confi-
do, quam si uel medica tractem, praesertim cum Cyclopes
nostri non medicinam tantum, uerum etiam philosophiam
uniuersam ut inanem et methodo carentem uituperare
non erubescant, atq; id agant, ut quae multis seculis uix
dum in ordinem redacta sunt, et constituta, ea rursus in cha-
os antiquum reuoluantur. Sequentur fortassis, Deo dante ta-
bulae in totam artem medicam ordine compositiuo traditae.
Plura non addo, ne nimium pollicendo nihil uidear polli-
ceri. Joachimus Senensis praxis medica, opus eruditum
à Perna typographo non ita pridem in lucem emissum est.
Oporinus prae manib. habet Cardani coment: in aphorismos Hip-
pocratis, quam doctos, autor ipse uiderit. Harmoniam quoq;
Graecorum posteriorum, ut puta Aeginetae, Oribasii, Aetii et
similium, à Massario editam. Crato Periochen in metho-
dum Galeni compendiosissimam et utilissimam euulgauit.
Gesnerus in historiam stirpium totus est. Haec ego ad te pro-
lixius fortassis quam pro epistola: uerum ita existimes,
Marstellere doctiss. ut nihil amicitia tua uel gratius uel
optatius mihi accidere potuit, ita quoq; hoc ipso tempore,
quo tecum per litteras colloquor nullum aliud magis iucun-
dum



dum contingere posse. Tu modo, quae tua est humanitas,
rudi, & incondito stylo primum, deinde rerum tenuitati ueni-
am des: quandoquidem haec ipsa, quae multa tamen longiorique
consideratione indigebant, perscriptare καὶ αὐτοσχεδιάζειν festi-
na nuncij abitio coegit. Alias de his plura. Uale amicorum
Suauiss. & eruditiss. atque a nobis omnia ea quae ab amico animo
expectari possunt, officia, iure tuo, flagitare & exigere
perge. Basileae VII Jan. M.D.LXIIII.

Obtulit Adamus a Bodenstein ante menses aliquot collegio
nostro libellum Theophrasti de peste: in quo sui similis est
Theophrastus in calumnijs atque figmentis φορτικώτατος.
Eum igitur supprimendum esse medici censuerunt. Perlegi ego
totum & quae ἀμεθόδως ac confuse a Theophrasto dicta
sunt in ordinem redegi, typoque descripta ad te mitto ut
uel hinc si opus sit studiosi discant Theophrasti scripta
a Galeni quoque sectatoribus legi, eo quidem iudicio, ut quod
nec Theophrastus ipse, nec eius asseclae potuerunt ut po-
terint unquam in his artificium quoque didascalium inuenire
& obseruare queant. Leguntur igitur a Viris doctis Theo-
phrasti scripta, uerum cum iudicio, & propterea illi non ac-
quiescunt, non quia a Deo non sunt illuminati, sed ob illud
ipsum, quod a Deo sint illuminati h. e. quod ea rationis
perspicacia sunt praediti, ut uerum a falso discernere possint.
Tu ergo uir doctiss. ex breui ἀνατομῇ Theophrasteae
medicinae, quam in peste obseruauit, caetera quoque cog-
nosce; ex uno crimine disce omnes reliquas ineptias.
Vale iterum. Pestis seminaria non obscura in urbe
nostra

nostra grassante, nemo tamen quod sciam ut magna pollicen-
tem Adamum consuluit, nisi forte, ut ille ait, virtutem inco-
lumem odimus, sublatum ex oculis quaerimus invidi. Atqui nemo
est qui tam certo periculo plus suis affectibus quam suae saluti da-
re malit. Vos ergo isthic acutius Adami excellentiam diiudica-
re potestis, quam nos hic, tantum homo homini praestat.
Hoc certe habet Adamus, quod sua mysteria non cuivis
communicat, nec nisi et precib. et precio magno solicitatus.

T. Zwinggerus.

Vive libertas.

Ulricus Hutten Eq. Petro Mosellano.

S. Da veniam, si et paucioribus quam consuevi rescribam
tibi, et epistola non te digna. Hodie n. Ferdinandum
accessurus ex eo, curarum plenus maximarum. De conditio-
ne nova nondum est ut gratuleris. Tamen ubi respondebit
huic animo, certiorem faciam, ut communi literatorum omnium
causa gaudeas nos mihi eum evasisse locum, ubi possim vo-
bis consulere. Recte arbitraris adfligendum Leum. Ad-
fligetur n.; adfligetur per Christum, idque acriter. Sed prius
consistendum est. Praeterea susceptum contra pontificalem
tyrannidem negotium nulla cessatione intermittetur mihi.
Decretum est mihi omnem eventum prosequi, et forte pulcherrima-
rum dabunt se initia rerum. Ad quod ceptum, utinam
fidem facere possim bonis omnibus quam sim animo expe-
ditus, et quam fere satis, quod hoc excitent nobis incendium.
Adurente n. improbi, adurentur, etsi conflagrare me si-
mul

72.

simul oporteat. Vos confidite & omni postergata imbe-
cillitate, spem sumite nobis plenam, & aliquando au-
dite nonnihil & ipsi. Luthero scripsi, sed pro oportu-
nitate breuiter. Excitate hominem, si languet, sana-
te si laborat circumsistite, si nutat. Fulcite si labat. Con-
solamini, si maeret. Praesidium est illi in Francisco, si non
satis confidit istis defensoribus. Audio hoc moliri eos ut ab-
ducant Romam uinctum. Hoc patietur Germania? Hoc
mundus feret? O audaciam improborum nullis expiabi-
lem suppliciis. Et tamen sunt qui probent. Adserenda li-
bertas est, & uindicanda. Hoc qui agit, tuendus ue-
nit, & seruandus. Saluta qui mihi salutem adscripserunt.
Othonem Pacchum. Jo. Apellum & reliquos, causamque stu-
diorum nostrorum age strenue. Erasmo te commendabo.
Vale libere ex Moguntia iii nonas Junii. Non. reuidi, con-
cerpe. Scripsit ad me Andreas quidam Francus Episto-
lam satis doctam. Sed tempus non est ut respondeam. Ex
Brabantia tamen rescribam. Interim familiariter ex me sa-
luta hominem: plura scripsi quam institueram.

Vlricus Huttenus.

ULRICHUS DE HUTTEN EQU.

Martino Luthero theologo S.

V. L.

Si quod ad ea, quae magno istic animo paras, ut uideo
impedimentum tibi intercedit, necessario & amanter doleo.
Nos hic promouimus non nihil. Christus adsit, Christus iuuet,
quam

quandoquidem eius stata asserimus, eius obscuratam ponti-
ficiarum caligine constitutionum, in lucem reducimus doctri-
nam, tu feliciter, ego pro virib; utinam aut omnes haec sentiant,
aut se ultro isti agnoscant, ac in viam redeant. Ferunt excom-
municatum te. Quantus ergo o Luthere quantus es, si hoc
verum est. De te dicent n. pii omnes, captabant animam iusti,
et sanguinem innocentem condemnabant. Sed reddet illis ini-
quitatem ipsorum, & in malitia eorum disperdet eos dominus De-
us noster. Haec nobis spes, haec esto fides. Redit ab urbe Ec-
cius, beneficijs a pontifice et pecunia, ut aiunt auctus.
Quid tum? laudatur in desiderijs suis peccator, nos in
veritate sua dirigat Deus. Atque igitur oderimus ecclesiam ma-
lignantium, & cum impijs non sedebimus. Circumspice tamen
& oculos pariter ac animum habe ad illos intentum. Vides
si nunc cadas, quae sit publicae iactura. Nam ad te quod perti-
net, eo esse te animo scio, ut malis sic mori, quam utcunque
vivere. Mihi quoque insidiae sunt. Cavebo quantum licebit
Si vi ingruent, vires erunt adversum, non tantum pares,
sed ut spero, superiores etiam. Utinam me contemnant. Ec-
cius me detulit, ut tecum habentem, in quo falsus non est.
Semper n. in ijs, quae intellexi, tecum sensi. At nulla fuit pri-
us consuetudo nobis. Nam id quod idem dixit, conspirasse pri-
us nos, hoc mentitus est in gratiam Ro. Episcopi. O hominem
impudenter malum. Sed videndum est, ut illi reddatur
quod meretur. Tu confirmare, & robustus esto, nec va-
cilla. Sed quid moneo, ubi opus non est? me habes ad-
stipulatorem, in omnes etiam eventus. Itaque consilia omnia

tua

tuam audebis post hac credere mihi. Vindicemque communem libertatem, liberemque oppressam diu iam patriam. Deum habemus in partibus. Quod si deus pro nobis, quis contra nos? Proscriderunt te Colonienses & Lovanienses. Hae illa sunt diabolica, adversus veritatem conciliabula, sed perrumpemus, perrumpemus, adiuvante Christo strenue. Illos vero decuit nunc re potius, ubi negotium incideret & libere iudicare. Quo nomine monui eos quadam in praefatione quam leges. Mittet eam Capito. Hodie ad Ferdinandum abeo. Quicquid ibi pro tero, nostro bono, non cessabo. Iubet ad se venire N. C. Franciscus (Sickingensis) te, si tutus istic satis non sis, habiturusque pro tua dignitate liberaliter & adversus omnes quis inimicos defensurus strenue. Hoc ter aut quater iussit, ad te scriberem. In Brabantia invenient me tuae literae. Ad me scribe, & amanter Vale & in Christo. Moguntiae raptim ii. Nonas Iunij Anno M. D. XX. Melanchthonem salute dicito, Facchum, ac bonos istic omnes, itemque Vale.

PHILIPPO MELANCHT. VERE
docto theologo amico. sal. Huttenus

V. L.

Moguncia discedens ad Lutherum scripsi, & Tyllmanno Kreych Moguncinati Cardinalis ceremoniario perferendam epistolam dedi. Ea si reddita est quaeso te iube respondens ad Erasmum literas mittat. Nam me is in regia aula norit. Scribat autem & quid agat & qua spe. Tum Romanenses quid proxime effecerint, aut nunc quid conentur. Audio excommunicare eos & Huttenum quod nescis mi Philippe, neque credes facile quantum referat ut

ab

ab illis fiat. Sic enim mitia dabuntur rebus (quas pard) longe pulcherrimis & huic nationi salubribus. Igitur magni emen dum hoc existimo omnibus quotquot sunt, quibus tyrannis istorum grauis est. Haec amico tibi scribo, ita ut ne diuulges. Satis est cum Luthero uno haec retrectari. Is ausit (non) tantum quid faciat, sed quid penat et aperire mihi, quod ut faciat autor esto. Hic risimus biduum iam sororem Louaniensem non satis puram hanc saltatricem, ita nuper ei Lutheri con demnatione pudoris fines transiluit. Vale strenue & audi nos hanc iterumque aleam sibi considerter iam iterumque uale.

BARTHOLOMAEO ANDREADAE.

Carissime Bartholomaee, Accepi tuas literas quibus mihi curas & molestias quibus in nouo matrimonio adficeris, in genere tantum significas & à me consilium aut leuationem aliquam expetis. Ego autem etsi consilio non abundo, nec satis intelli go, quae sit praecipua maestitiae tuae causa, tamen rescribendum aliquid putaui. Existimo autem in isto ocio & solitudine hominum literatorum te ingenio liberali & alacriore praeditum melanch olicis cogitationibus quae non inconcinne Balneum diaboli à sapientibus appellantur, magis quam ullo reali ut ita dicam, malo adfligi. Quod enim tandem malum esse potest, quod te ingeniosum & liberali doctrina instructum de pristinae alacritatis gradu tam cito deijcere possit, aut ita animo torquere, ut onus Aetna grauius sustinere tibi uidearis? Intelligis Dei beneficio doctrinam ecclesiae, quae de summo & perpetuo bono firmissime nos erudit de uoluntate Dei. Ex qua certus es, te hominem à Deo con ditum & filij Dei beneficio redemptum, Deo curae esse,

&

& ab eo respici atque curari, quod sciens Dauid in ærumnis
maximis exclamat Ps. 73 Wan ich herr nur dich habe
so frage ich noch himmel vnd erden. Deinde considera
reliqua diuinitus tibi concessa bona; Es ciuis Estæ, &
eruditione Dei beneficio non pœnitenda instructus, qua tibi
& alijs seruire potes atque prodesse. Obtigit & uxor tibi
ætate & forma excellens & quod maximum est tui serio amans
& parata quocunque uoles terrarum tecum proficisci. Nec po-
terunt tibi deesse commodæ conditiones, modo constituas apud
animum qualem expetas, & res tuas Deo commendes, eumque
expectes. Is certo daturus est tibi petitiones cordis tui, ut
scriptum legitur. Nec ut arbitror ea est inopia tua ut condi-
tionem expectare non possis idoneam. Hæc omnia cogitans ui-
dere non possum, quod tibi iusta causa sit tantæ mæstitiæ quan-
tam literæ tuæ præ se ferunt, nisi quædam animi imbecillitas
quæ facit ut incommoda matrimonij fremens consideres, obli-
tus interim maximorum bonorum, quibus te ad hoc usque tempus
benignissime Deus cumulauit. Es iam nouus miles in genere
uitæ Deo placente & honestissimo. In hoc si sunt quædam
initio molesta, sapientis & pij hominis est, neque plures,
præter quas ipsum uitæ genus habet, molestias, melanch-
olica imaginatione addere & augere, & illas quas hr
sapienter & commode ferre. Quis autem uitæ ordo non
suas habet curas? incommoda? molestias? E mundo
& uita emigret oportet cum Epicuro, qui nil nisi de-
licias suauitatis, risus ineptias in uita quærit. Tuæ autem
non tam curæ quam iugum insuetum, aut imaginariæ mo-
lestiæ, cum omnibus bonis, pijs & honestis uiris tibi commu-
nes

nes sunt à quib. peculiarem tibi optare fortunam, atq; immu-
nitatem, quantæ essent molliciei? carcerem aut labyrinthum
uocas coniugium. Ex sto fortasse sukenis Ethnici, de quo inquit
pater apud Comicum. Oes qui amant grauiter uxores ferunt.
At tu cogita diuina dicta. Uxor bona datur à dno. Et
illud hæc est caro ex carne mea, & os ex ossib. Sunt in
omnibus reb. initia grauiora, sed hæc moderatione animi
digna eruditis & sapientibus, & precatione atq; fiducia di-
uinarum promissionum, quas hic ut ordo uitæ amplissimas, le-
nienda sunt, non Melancholicis cogitationibus exasperanda.
Ne igr labyrinthos tibi somnies sed uersus & uiri & poetæ
optimi & tibi in multis similis ueteris amici mei Stigelij
crebra & pia cogitatione tibi subijce, qui tibi noti sunt.

Coniugium humanæ quædam est Academia uitæ
In qua nemo satis se didicisse putet.
Sed sapit ille tamen q finem nouit & usum
Autoremq; Deum discit ubiq; sequi.
Huic Deus ad latus est, hunc cum consorte fuete
Illius & pessum non sinit ire domum

Et q præterea sunt in ea Elegia tibi non ignota uelim hoc
tempore relegas, nec tam uersuum pulchritudine quam rerum
ura & ueritate animum à tædiosis cogitationibus abdu-
cas. Quod ut facias maiorem in modum te oro. Quod si etiam
nascetur tibi ut spero breui paruulus Andreas, q te patrem
ore referat, oia fient dulciora & magis Dei præsentiam
in hoc gne uitæ q ingressus conspicies & admirabere
cum lætitia & incredibili animi uoluptate. Quod de uxoris
morbo scribis, eum ego salutem esse coniicio, & agnosco signa
propediem futuræ puerperæ. De cæteris reb. uelim te

mle

ante divisionem hæreditatis securo animo esse. Deliberabimus una coram quamprimum una esse poterimus. Interim hac pre= catione utitor quā ego in dubijs reb. sæpe me erigo & Philippus uti solebat. συμβουλὴν ἀγαθὴν καὶ ἀξιομνημόνευτον χάρισαι συμβουλεύοντα ἐμοὶ δὸς πατρὸς ἀϊδίου.

Certe n. a Deo solo & consilium salutare & felix, & actiones & successus peti & expectari oportet, & dari ab eo, boni experiuntur. Ac de me idem affirmare possum cum totum uitæ curriculum retro considero. Quare & tu mi frater sub= ditus esto Deo & ora eum, & dabit tibi ut dixi petitiones cordis. Alia omnia consilia & remedia, crede mihi, inania sunt & infelicia quæ h. sapientia suppeditare potest in spe= ciem splendida sed euentu semper tristia & exitiosa. Experto crede Roberto. Consulo etiam tibi ut in isto ocio, cum ue= teribus Musis in gratiam redeas, & illis secundum Deum te oblectes, & aliquod illarum opificium ad nos mittas. In his mea secundum Deum summa uoluptas est, quæ sæpe mihi non ocium modo quod diu iam nullum habui, sed negotia quoque mea suauia faciunt. Denique tu qui tibi miser, mihi beatus uideris, tantum tribuas considerationi bonorum diuinorum, quæ in te sunt, quantum indulsisti hactenus melancholicis cogitationib. incommoditatum pauculorum tum uero non erit necesse foris leuamen ijs quæ= re quod certe si rem penitus consideres, abundas domi. Si= mul autem Pindaricum illud sæpe de ui ordine uitæ hu= manæ uerissime dictum tibi persuade. Pythiorum 3.

ἓν παρ᾽ ἐσλὸν πήματα σύν
δύο δαίονται βροτοῖς
ἀθάνατοι. τὰ μὲν ὦν
οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν
ἀλλ᾽ ἀγαθοί, τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω.

Vinum mixta bonum, mala duo dat hoibus Deus. Ea igr
non possunt stulti cum modestia ferre, At boni q bona st uer,
tunt foras. Nullus n. usus est gelidae maestitiae, ut inquit non
solum Homerus noster Il. ω. οὐ γάρ τις πρῆξις πέλεται
κρυεροῖο γόοιο. Et Menander λύπαι γὰρ ἀνθρώποισι
τίκτουσι νόσους. Maerores hoibus pariunt morbos. Sed
etiam ueritas diuina inquit. sicut tinea uestimento, & uer,
mis ligno. Ita tristicia uiri nocet cordi. Prouerb 25.
Ideo praecipit Syracides. Μὴ δῷς εἰς λύπην τὴν ψυχήν σου.
Et sapientissimus mortalium Salomon Eccl. 9. Perfruere vita
cum Uxore dilecta. Haec n. est pars in uita & labore tuo
sub sole, & quodcunque potest facere manus tua pro uiribus
facito. Postremo ut uirum decet, forti & sapiente animo
fer partem aerumnarum humanarum qb. ne in caelibe qdem ui,
ta quisque uacat, & studio ac animi moderatione, ut excul,
tum doctrina hoem & Deum recte inuocantem decet dili,
genter caue, ne uituperatione uel fastidio ordinis diuini,
cuius contumelia ad ipsum Deum pertinet, irrites benig,
nissimam alioqui erga te uoluntatem Dei & Erynnias ali,
qua temeritate aduersus te concites, sed potius sapienter
& humanissima coniectione te & coniugium tuum & re,
liquum uitae cursum Deo commendes eique pie in obus ae,
rumnis obtemperes, nec Melancholico maerori, in quo
hostis Dei & hominum suauiter delitiari solet locum da,
re uelis. Haec ad te mi Bartholomaee fr carissime. in,
ter uarias occupationes meas effudi potius quam scripsi
ut aliquo modo leuarem maestitiam tuam iis remediis
quibus ipse in meis aerumnis & doloribus uti soleo, quibus
si tu quoque uti uoles Crede ferent aliquam tibi pharma,
ca

ca nostra salutem, cum sint petita non ex Podalyrij aut Machaonis Myrothecijs, sed ex cœlesti et uera phia, quam certe non discere solum, sed uiuere debemus quantum possumus. Adest autem Deus infirmitati nostræ et robur animis addit componentibus se ad ipsius uoluntatem. Sicut Nazianzeni dulcissi. dictum meministi. πᾶν τὸ καλὸν δυνάμενον παρὰ θεοῦ ἐστι, δίδοται δὲ τοῖς καλουμένοις καὶ οὕτω νεύουσι. Et robur uirtutibus a Deo est. Datur autem inuocantibus et annuentibus. Nec ullibi uera uirtus magis est conspicua, quam in ærumnarum tolerantia. λάμπει γὰρ ἐν δυστυχίαις τὸ καλὸν. teste Peripateticorum principem, quod melius paulo dicit Vox diuina. Virtus Dei in infirmitate perficitur.

Perfer & obdura dolor hic tibi proderit olim.

Deus autem, qui nos ad lætitiam condidit, & quidem æternam, et ad eam instaurandam in hominum natura, massam nostram sibi copulauit regat cor & animum tuum S. sancto suo, ut ea cogites et facias, quæ ipsi placent, cuique te subijci, as cum alacritate & lætitia, ut dulce sit tibi coniugium & unicas tristes & melancholicas cogitationes animo sapientes ferti, timente Deum, & ei pro omnibus beneficijs gratias agente per filium σωτῆρα D. N. Jesum Christum. Ad eum modum composito animo tuo mi Bartholomæe, deliberabimus deinde de uitæ conditione, quod quidem etiam faciemus expeditius, si quæ mutua fide totum te mihi aperueris. Opera uero mea & consilio & rebus quantaliscunque potero, suntque ista in me omnia exigua, seruiam tibi, & honestissimæ coniugi tuæ omni tempore cum beneuolentia & fide. Bene & feli-

feliciter uale et ad me scribe et amicitiam nostram tuere, quod ut facias maiorem in modum te etiam atque etiam oro. Ig-
nosce etiam epistolae tumultuarie scriptae ab occupato, qui si ocio maxime abundarem, tamen intelligens infantiae meae facile crederem tuae in scribendo facilitati et elegantiae praesertim cum tibi adhuc sit tua messis in herba, quam uideo nitidissimam futuram si reuocato a moerore animo quiete καὶ ἀυδάε-
κειαν et uxorem tuam et ueteres Musas cum alacrita-
te complecteris, cogitans Euripideum illud, quod ego saepe mihi propono οὐ παύσομαι τὰς Χάριτας ταῖς Μούσαις συ-
γκαταμιγνὺς ἡδίστην συζυγίαν. Non cessabo cum Musis con-
iungere suaues gratias dulcissimam scilicet copulationem. Charitum aut appellationi Christum etiam includo. Crede mihi haec dulcissima copulatio Matrimonij honestissimi seu onere, ut pu-
tas seu foedere nequaquam turbatur aut impeditur, ubi uita cum obedientia erga Deum et adfectuum Melancholicorum moderatione recte instituitur. Sed quo delabor? iterum dum haec cartae illinens uideor mihi dulcissime et fami-
liarissime tecum confabulari. Desino igitur et te ut epistolam optimo animo sed ruditer exaratam boni consulas oro. Da-
tae die Viti Martyris quem cum historiae narrent propter
doctrinam Euangelij coniectum in clibanum pice et plumbo li-
quefacto refertum, diuinitus liberatum esse, opto ex animo te etiam ex clibano maestitiae et curarum quas melancholicis cogitationibus tibi accendis et exasperas tua ipsius pru-
dentia lenitate et moderatione liberari. Saluto honestissimam coniugi tuae et socrui. 1566.

CLARISSIMO VIRO DNO PHILIPpo Melanthoni socero suo ac praeceptori colendo.

S. Si uera sunt ea, quae rumorib. huc perferuntur, uereor ne istud bellum alienissimo tempore nunc excitatum, pbrt occasionem Turcis occupandae Germaniae. Aiunt. n. Imperatorem Turcicum adducere copias multitudine innumerabiles, à quib. haud scio quomodo se Germania tuebitur, intestino bello sic distracta. Ducem uero Saxoniae Joannem Fridericum esse liberatum, magnopere gaudeo: nam spero liberationem eius allaturam Germaniae pacem & concordiam. Nos adhuc in nostro statu cum Norica Gorgone hic acerrime dimicamus: sed frustra. Diuturno n. silentio uestro sic confirmata est saxifica illius autoritas ut nullis scripturae testimoniis, nullis ecclae iudiciis labefactari iam queat. Utinam tu (quemadmodum promittis) illud monstrum, non Orci sed Christi galea tectus, aggrediaris eo quo decet animo, eamquim in scribendo adhibeas, quemadmodum & rei magnitudo & personae tuae dignitas requirit. Ego hic ueritatem & famam tuam pro eo ac debeo, liberrime propugno, tametsi non sine periculo. Nam in hoc rerum statu difficile est, ueritatem simul & gratiam tueri. Mitto tibi epitaphium dulcissimi filii mei Alberti, quod hic inscribendum curaui magnifico & oposo monumento: id duodecim pedes longum, quatuor columnis & uariis imagunculis artificiorum sculptis ornatum

to

totumq inauratum est. Addidi et epitaphium tuo hoc factum, quo monimentum redderetur illustrius. Eo ne offendaris etiam atque etiam oro. Miror Joachimum Camerarium iam à ferijs natalitijs nihil literarum ad me dedisse, cum ego bis illi scripserim. De filia mea Catharina sollicitus sum, propter pestilentiam, quam apud vos grassari audio. Velim igitur illam mittas Brandeburgum ad meum fratrem, cui pro victu et alijs sumptibus omnibus libentissime satisfaciam. Saluta meis verbis Vuilmagum et Valerium Fidlerum, quibus hoc tempore non potui scribere, propter dolorem oculorum quo afficiebar. Bene vale cum tuis omnibus. Datae 27 Junij Anno M.D.LII ex Regiomonte Borussorum festinanter.

Tuus G. Sabinus

Philip. Mel.

Unica Christe salus hominum qui tristia nobis
Mortis ademisti vincula morte tua;
Ossa mei custos animamque tuere nepotis,
Hic tegitur cuius putre cadaver humo.

G Sabi:

Alberti gelida consumpti morte Sabini
Filioli sunt hic ossa sepulta mei,
De quo magna quidem sed vanis facta parenti
Spes mihi, detraxit quam fera Parca, fuit.
Corpore robustus, teneris animosior annis,
Ingenio praestans, ore venustus erat.
Indicat infelix oposi cura sepulchri,
Quanta mihi misero spes sit adempta patri.

82.

ORNATISSIMO PIETATE, DRA, VIRTUTE D. Philippo Mel.ni Sacrae theologiae & bonarum lrarum instauratori praeceptori obs.

S. D. A. Vuerteris e Turingia reversum hic discipulus meus me appellans literas petyt, quas eo libentius ei dedi, quia mittendae ad te erant: ut & adolescentem bonarum artium studio incensum ad praestantissimum doctorem quasi adducerem, & quacunque ratione elicerem optatissimas literas tuas, Rem autem cum nullam habeam, quam scribam, tamen fructu uberes erunt hae literae, modo tibi vacuo & otioso fuerint redditae: quanquam haec temere propemodum mihi exciderunt, in curris .n. & occupationibus, quas partim domesticus, ut audio luctus tibi adfert, partim turbulenta cumulant tempora, vacatio aut quies rarissime tibi concedit. Ignosce vero mihi importuno, nam quod nunc scribo, amore meoque & desiderio dulcissimi colloquij tui facio. Andreas frater meus, si filium D. Michaelis diligit atque curat, teque monitorem ac praeceptorem audit & observat recte meminit officij sui, ac plane agit id, quo mihi nec gratius nec optatius quidquam potest accidere. Vale feliciter, Misnae, cum ea ipsa hora rus redirem. IX Cal. Maias M. D. LIII.

G. Fabric.

EIDEM.

S. Cum hic nuncius ad nos iret, literas ei dandas esse censui, quod non fecissem, nisi me honesta causa movisset, ut te

ut te interpellarem. Musico in schola nostra, ut scripsi ad te antea, caremq iam menses aliquot, & de eo uel literas tuas expectamq, ut hominem aliquem peritum & bonum: quem si inuenisti in Academia uestra, aut alibi, ad nos primo quoque tempore uenire iube: sin minq, fac nos literis tuis certiores, nam propter adolescentum multitudinem aegre caremq collega, praesertim tot menses. Johannes Reuschig D. Caspari Crucigero suo μακαρίτῃ composuit cantilenam, quam si tuo iudicio probauerit, probatam vbiq existimabit. Probo ego studia & exercitationes eorum, qui uel cum laudibus diuinis sunt coniunctae, ut cum praeclarorum & bonorum uirorum praeconijs. Et certe memoriam talis uiri, cum grata animorum recordatione merito celebramq. Deus aeternq pater & domini & liberatoris nostri Jesu Christi faxit, ut ex his miserijs quamprimum ad illud beatorum animorum concilium euocemur. Vale feliciter. Salutant te Dabercusius & Madeburgius. Misenae Cal. Februarij M. D. XLIX G. Fabric:

PEVCERO

S. D. Colles nostri ad Trebicium torrentem habent tofos, lapidem fissilem; & lapidem calcarium: inter proiectos silices inueniri quendam, casu didici. nam cum in sternenda uia unq rumperetur, fluores habuit in se q. foetum, partim annatos corpori, partim delapsos: ut ex tribq massulis intelliges. In 4 massula considera picturam naturae sub terris ludentis: qua ego hactenq nihil uidi pulchriq. Nunciatus nobis est ornatiss. soceri tui

tui aduentus hac septimana: quod nisi sperassem futurum, misissem ad te prolixiores. Vale feliciter M.D.LVI. XXIIII Aug.

G. Fabric:

PHILIPPO MELANTHONI.

Collega Musico in mea schola iam quartum mensem careo, quanta cum molestia mea et adolescentiae incommodo facile intelligi potest. Quia autem negocium tibi Lipsiae datum intelligo eligendi aliquem te etiam atque etiam oro, ut scholae nomine, tum etiam meo, ut destinem aliquem Musicum bonum uirum huc mittas. Habemus Adolescentes satis exercitatos, qui et cantilenas componunt, quorum studijs atque industriae consultum cuperem. Labores non nimij sunt, et stipendium satis liberale, quod augeri iam simul posset, si hominem sedulum et idoneum haberemus. Ego certe quem tu mihi tradideris et diligam ut socium et amabo ut fratrem; nosti me et collegas meos: me quidem cupidum bonorum collegas uero, ita rectos et commodos homines ut facile sibi concilient beneuolentiam et uirtute et modestia sua. D. Caspari Crucigero scripsit Siberus noster epitaphium, cui meum addidi et cuiusdam auditoris mei, quod hoc mihi primum se obtulit; expectamusque autem ex uestris bibliothecis dignum tali uiro elogium, qui et munus suum ornauit integritate et constantia et academiam ingenio multisque utilibus laboribus celebrem reddidit. De opera mea in Terentium petiui aliquando iudicium tuum, non ambitiose, sed quod ad mea studia puto accessurum aliquid admonitione tua. Daberemusque

et

& Madeburgus salutant te. Vale ex Misna XVIII Cal. Februarij M.D.XIIX

G. Fabric:

PHILIPPO MELANTHONI. S.

Casparus Schonbergus Vir bene sentiens de relligione & studijs filium habet beneficio principis in hac schola usum, quem Vitebergam mittere statuit: cupit autem fideli praeceptori & uiro bono illum tradi, qui & ora instituat & autoritate regat imprimis uero scire & cognoscere desiderat, num in tua mensa locus ei posit esse, id quod patri gratum accederet: sin minus id potest, iuuari cupit tuo consilio, & quae ad disciplinam & ad consuetudinem honesti alicuius & docti uiri pertinet. Rogo per te etiam atque etiam: ut ad me scribas, quid illi uiro respondeam: ea.n. de causa nuncium ad te mitto. Dedi eidem Epithalamia a me & meis auditoribus Badeburgno & Meurero scripta. Cuspidius ille est, qui et D. Crucigero fecit Elegiam funebrem, quam ad te antea misi. Vitus Noribergae mortuus est XXV Martij quo & conceptus & passus est Christus quod cum Vir doctiss: non ignorauerit, credo laetum illum & alacrem diem suum obijsse, omine quodam fausto & plena fiducia secuturae felicitatis, quam filius Dei nobis conceptus & passus in sempiternum peperit. Viti mortem nobis nunciauit qui postridie eius diei, quem dixi, funere interfuit. Vale Misnae, eo die quo Christo Hierosolyma ingredienti regiae gratulationes factae & insignia Victoriae atque pacis, palma & olea oblata sunt.

Georg: Fabric:

PHILIPPO MELANTHONI
S. D.

Orationem de Friderico Saxone Electore optimo & gra-
uissimo principe libenter & cum uoluptate legi cuius in
maximaque rerum gubernatione sapientiam Utinam multi
haberent, & constantiam imitarentur plurimi presertim in rel-
ligionis causa & confessione filij Dei. Fuit autem illi
principi & ornamento constantia & saluti. Ut recte pla-
to dixerit eam uirtutem esse σωτηρίαν, prudenter igitur
eorum uirorum memoriam reuocatis quorum exempla si unquam,
hoc certe tempore maxime ad imitationem sunt pro-
ponenda. Osiandrum acerba quaedam in te scripsisse au-
dio, quem aut constantia uinces si leuis est, ut est: aut
reprimes ingenio ingenio, si improbus, ut habetur. An-
dream fratrem meum ad uos studiorum gratia mitto, quem
D. Paulus Eberus commendauit D. Erasmo Reinholdo
qui ipsum alere & in domum suam recipere uult, ut
instituat priuatim filium, commendo tibi fratris studia
quem spero ita uicturum in doctiss. ac honestissimi ui-
ri familia, ut frugi & modestum decet. In uertendis
Graecis & scribendis carminibus diligenter se exercuit,
quam cupiditatem ut tuis adhortationibus magis incen-
das uehementer et atque etiam rogo. Beneficiorum meorum
memoriam, nulla apud nos unquam delebit obliuio. Casp.
Peucerus Gener tuus auctor mihi fuit coram & tuis
ut Romam ederem quam excudit Oporinus: quamo-

brem

brem cum defensoribus egeam, praesertim apud Laelium vestrum, patrocinium meum suscipietis. Primas tantum chartas Typographus misit, cum librum accepero curabo ad te quamprimum deferendum. Vale Misenae die Ambrosii M.D.LI. G. Fabric:

PHILIPPO MELANTHONI S.D.

Post tuum a nobis discessum, scribendi officium quo me saepius functurum promiseram, ideo intermisi, quod sciebam te angi curis de re communi et novis procellis iactari quae tibi fortissimo pro gravissimorum propugnatori in tanta paucitate hominum accidere necesse est. Movit autem me Johannis Faustii captivi Misnensis miseria, pro quo etiam ante supplex fuisti, ut rogarem te, ut homini calamitoso et iam menses ultra quatuordecim in carceribus degente, porro adesses tua auctoritate et pietate tua, id quod recte fieri posse illi videtur, inclyta Danorum Regina in has regiones veniente quae et videre te tam celebri fama cognitum cupiet et tuis rogatis tribuet via. Tentatae Halleng illius nomine multae sunt viae, et satis gratiosum responsum Ascaniensi Principi dedit Elector, sed confidit nunc hac deprecatione se posse liberari. Importune fortasse hoc a te petitur, sed humanum est humanis miseriis moveri et nosti illud αἰδοῖος οὐκ ἀγαθὸς κεχρημένῳ quid autem captivo potest esse indigentius? praesertim quod et suis sumptibus cogatur, in carcere vivere et numerosam turbam alere domi. Basilius

fr

88.

fr meus ex itinere q cum altero fre Jacobo & no-
bilibq aliquot pueris Argentoratum susceperit, literas
ad me dedit, quas ad te mitterem, sed ex aqua fuerunt
corruptae, adiunctum illis carmen fuit quod curaui de-
scribendum: cognoui autem lras scriptas Csenacij. Edi-
ta sunt in schola nostra multorum annorum prognostica, uel
lem alicui studioso auctor esse q collecta in unum libel-
lum tot doctorum carmina qs primum ederet, gratam
operam futuram earum rerum peritis. Vale feliciter ex
oppido Mison. prid. Id. Sept. Ao 48.

G. Fabric.

RECTOR & CONSILIUM UNIVER-
sitatis Scholasticae Tubingae P.
Melanthoni S. D.

Perspecta beneuolentia erga nos & scolam nostram tua
facile effecit ut sine dubitatione de certa re in qua uelutj
progressiones studij, & conatus diligentiae nostrae hoc tem-
pore adhaerere atq insistere uiderentur, tibi perscribere-
mq, atq te peteremq, ut & tuum priuatim consilium
nobis impertiri, & publice a uestra schola obtinere
atq impetrare uelles. Hoc etiam ipsum non grauatim
nobis daturum sperauimq, cum non solum summa nos studi-
orum & uoluntatum atq etiam administrationis con-
sensione & similitudine conuenquamur atq deuinciamur
sed inter principes etiam utrorumq clariss. heroas, sin-
gularis amicitiae usus, atq sanctiss. foedera intercedant,
Res autem ea est quam nunc breuiter exponemq. Fuere

qdam

quidam qui inter initia instaurandi scola nostram, non tam
capitis, ut apparet, curam gererent quam in quodam re-
liquorum membrorum cultu occuparentur itaque in medio
in quasi collatione omnium, summam difficultatem ex-
tructionis nobis reliquerunt, ut nunc etiam aedificium hoc
a firmitate & perfectione procul abesse videatur, ac per-
multum exhibeatur nobis negotij in sustentando atque ful-
ciendo ea quae utcunque constituta sunt & incoata. Sed
inter haec praecipuum nobis & maximo impedimento esse
solet erepta autoritas Cancellarij, qua nunc praeposito
cuius illa quod te non fugit, delegatione Papali propria est,
cum mala gratia digresso, carere existimamur. Nos uero
non ignoramus hanc ipsam neque pondus aliquod, neque ut nunc
sunt tempora, momentum ad ueritatem habere, sed cum or-
dinis caussa, tum quia scholasticae dignitates non solum ueri-
tate sed etiam fama nituntur. Conseruandam illam ratio-
nem cum autoritate conferendi hos honores, magnopere
existimamus. Dixere autem quidam & uobis quodam
tempore similem directam fuisse difficultatem, de quo ta-
men exploratum nihil habemus, & quamuis hoc ualde
rescire atque cognoscere de te auemus, ut etiam instrui
possimus exemplo uestro, tamen multo cupimus uehemen-
tius intelligere rationes & consilia uestra quibus laboranti
nostrae scolae subueniri posse censeatis. Haec igitur a te
petimus Philippe ut de declarato nobis studio tuo ac
fide communicare a te benigne & a uestra scholasti-
ca

9v.

ca universitate impetrare atq conficere uelis. Quo bene,,
ficio non aliud maius neq praeclarius in nos hoc tempore
conferre possis, imo hoc non solum ut sedulo annitare, sed
etiam libenter operam ut nobis des, te uehementer etiam
atq etiam obsecramus. Vale Tubingae XVII Cal Junij.

CLARISS.o VIRO D. PHILIPPO MEL:
amico & praeceptori ex animo cariss.o S.

Dnm Gratiam Philippo

G & p. in Chro. Literae tuae mi Philippe cariss. non
mediocri uoluptate nos affecerunt, quas ut Forstemius mi,,
hi narrauit conceptis more tuo, primis lineamentis, non
nihil expingere uoluisti elaboratis ut illum iocum, de Fu,,
licis deplumatis, & plumis mihi diligenti patrifamilias,
annumerandis (: nisi fallor:) non insulse sed admodum festi,,
ue & salse, non alieno sed plane suo loco, aspergeres.
Ego uero o mi reuerende & ex animo cariss.e dictito,,
Ja irascor illis Vandalicis Fulicis, quae iam exutae plu,,
mis, alis & talaribus tamen uolarint in aedes meas; mal,,
lem retinuisses, mallem in caena illa apud Milichium
ad quam uersu Franciscum inuitasti, mea plumea & plu,,
matilis melaruisset, sed tamen semper eiusmodi amicis
& charis animis, prompta & exprompta liberalitas.
Ex Lutheri uerbis addiuino, intra biduum, aut sum,,
mum triduum, nos uxorem, liberos. Et Te, qui no,,
bis, omnibus charissimis reb. es charior uisuros esse.

Summa

Summa humanitas hic principum, Lutherum hic pene
alligatum detinet, & nos sed & isthic sunt, uincula, quae
nos hinc quamuis tenaciter alligatos & coastrictos, retra-
hent, & nisi fallor auellent. Ad haec Torgensis conuentus
urget. Nam puto, futurum ut huc Macedo Lutherum
clam euocet, Illustriss. Princeps Georgius hic deambula-
tionibus familiaribus me dignatur adhibere, atque adeo illis non
dissimilibus nostrarum, quas quoties mihi tecum contingunt,
perferre soleo Persarum regnis. Ab omnibus principibus tracta-
mur humanissime & non uulgato illo, sed plane tuo illo,
& eruditissimo & philosophico genere officiorum. Omnes ta-
li sermones pene singula preconia sunt literarum, uirtutis
eruditionis. Inter illa, hanc laudem tibi, quam ab his mi-
nime abhorreas, tribuere solemus. Neque enim pro tua di-
uina modestia & uerecundia quicquam tibi (tametsi omnia
summa meritus es) Patris tibi tribui amplius. Vt tua
pituita & synanche, siue argentata siue sine argento, re-
legetur in Insulas & infulas, quo Huttenus eiicit fe-
brim, serio oramus, optamusque pro salute totius ecclesiae
& reipub. ualere quam rectissime, & rogamus ibi medi-
cam, sub titulo de dissenteria audies. Cibo potuque
somnoque ita tibi temperes, ut aliquid, de nostra etiam
temperantia, sicut ille de Attici eloquentia, tibi sumas,
id est, edas & bibas, ut somnum tibi, qui allici non
ultro uenire tibi uult, propitium reddas & concilies
& non solum tibi sed omnibus dormias. Et publicis
com-

commodis, cures ualetudinem, & uegetus sanusque fias. Ad
Ad tuam tam diligentem excusationem de uasculo, hic re-
lictis suauiter subrisit Lutherus, & praesertim hunc stomach-
um tuum, & uerba haec indignantis. Credidi inquis alie-
nae diligentiae stultus. Quod nos reddideris certiores de
conuentu τῆς τόλμης ago tibi gratias. Uxorem me-
am nunc me nihil prohibente salute multa impartiri po-
tes. Suauia pro liberis & libera, reseruatum articulum
esse scias. Nuntius rediit ex Walckeroden, & attulit qui-
dam de utraque specie, quae tibi placebunt. Saluta ami-
cissime D. Doct. Pomeranum, Dn. M. Franciscum Poe-
tam & iureconsultum, D. Milichium, Alexandrum &
omnes tuos. Datae Dessau Sabb. Vincula Petri anno 34.

Iustus Ionas tuus
ex animo.

+ ORNATISS.o PIETATE, D.RA HU-
manitate Viro D. Philippo Melanthoni
sacrae Theologiae & bonarum lite-
rarum praeceptori suo obseruando. S.D.

Clarissime uir, & praeceptor obseruande. Quam uellem
impeditum ne fuisset iter tuum ad nos, non modo collocu-
tionis causa, quae tamen semper singularis est propter eru-
ditionem & summam humanitatem tuam, uerum etiam
ut tibi audire atque inspicere licuisset statum praesentem
scholae, quae si eos retinuisset patronos, qui illud pro se no-
men ferebant, iam nec hospitium nec uictum haberemus.

Grad

Sed hæc à D. Ioachimo tibi sunt fortasse exposita. Aduen-
tum tuum, cum erit commodum tibi, expectabimus, & te ora-
mus, nisi magna impediunt negotia, ne mutes animum. De
mea in te obseruantia nullis unquam iniuria quidquam dimi-
nuet, qui & cotidie pro te oro, et esse discipulorum honorum
ac membrum ecclesiæ manere cupio, non solum in hoc mortali
exilio, sed etiam in schola sempiterna. Nonis Sept. in
parte cœli aquilonari trabes lucidæ post occasum solis
sunt uisæ, quales etiam uidimus ante proximam pestem:
Secutus Cal. Octobris inter Albim & Muldam terræmo-
tus est. Die Lucæ Euangelistæ, qui uestræ Academiæ so-
lennis est, Roma capta est, à Duce Albano: quod ita
fore prædixit Rheticus ante biennium. Qui meas tibi red-
dit, uir eruditus, quærit hospitium isthic cum duobus dis-
cipulis. Vale feliciter Misenæ XVII Nouemb. M.D.LVI.

G. Fabric.

DN. CASPARI PEUCERO S.D.

Magna pars uir doctiss. infirmitatis meæ nuper mihi
adempta & adhortatione & lætitia tua, qua renouasti
& initia amicitiæ & ueteris consuetudinis iucunditatem:
nec ego unquam aliter sensi, nec aliter in hunc diem
iudico: nec dimitto aut amorem conceptum, aut ali-
quam obseruantiæ erga te partem diminuo, & si fa-
cerem, aliter facerem quam tua erga me merita postu-
lant. Meus morbus adhuc durat cum aliqua molestia
præsertim ea, quod manu mea ad amicos non scribo, & ali-
ter

ter facere, mihi dedecori existimo, cum nostri ordinis non sit,
aut oculis aut manibus alienis uti. Volui expectare aduentum
tuum in commendando Syndici nostri filio, sed quia pater no,
tum tibi eum esse cupit, peto à te, ut ad uirtutem illum &
studia honesta adhorteris. Operam dat J. Civili & ad pri,
mos in studijs liberalibus honores uidetur contendere. Mo,
destus est & studiosus & uerecundus, quas uirtutes scio te
amare, & quia pro eo spopondi & ipsum meis brachijs
in Baptismo obtuli filio Dei, decet me esse de eo sollici,
tum & precibus Deo commendare, hanc curam ut pro
tua pietate mecum suscipias ualde te oro. Ego uicissim
tui tuorumque causa faciam quicquid uolueris. Transijt
hic legatus Anglicus qui uenit ex urbe Hamburga, &
nunc est in aula, qui de naufragio Hispanorum qui in classe
contra Mauros fuerunt nunciauit. De pontificiorum con,
silijs perfidis multa narrauit, quae tibi omnia sine du,
bio sunt notissima. Vale feliciter. Missa è ludo illustri
die 18 Junij anno à nato seruatore M. D. LXIX.

G. Fabric:

PHILIPPO MELANTHONI S. D.

Clarissime uir & praeceptor obseruande. Lipsiam ideo
non ueni, quod haberem literas & mandata inspiciendi
bibliothecam D: Agricolae, in qua nullum opus per,
fectum inueni, excepto libello de putredine humanis
generis corporis partes corrumpente. Adolescentem
quem mihi commendas amo propter patriam, nam Rus,
pensis

pensis quoque fuit Valentinus Gravius, cui adversariorum iniuriae
mortem attulerunt immaturam: quo nemo, qui mihi in oppidis
illis metallicis est notus, plus contulit beneficiorum in pios atque
studiosos, meas certe Musas ante annos viginti primus exci-
tavit humanitate et liberalitate sua, et extiterunt inter nos
multa officia mutua atque iucunda. Etiam qui meas tibi red-
dit, honesti ac boni viri est filius, qui quaerit praeceptorem
apud vos de consilio meo: tu quod benigne facis, et fideliter
consulis, et ex animo prodes omnibus, commendabis eum prae-
ceptori diligenti: adolescens, ut spero, observantiam, pater
praestabit gratitudinem. De fonte Saxonico si quid cognovisti
certi, mecum communica: dici non potest quam varii, et
ut mihi videtur, inanes rumores spargantur. Deus te Ecclesiae
et studiis servet incolumem. Vale feliciter. XVII Cal. Iu-
nii, quo die Valentinianus, Magni filius strangulatus est.

G. Fabric.

PHILIPPO MELANTHONI S.D.

Furiosus ille Mars, ut est in Graeco epigrammate, οὐκ ἀγα-
θοῖς φείδεσθαι, ἀλλὰ κακοῖς: quod in fortissimo duce, et
multis praestantibus viris hoc mense experti sumus. Qui casus
quem non vehementer moveat, eum non satis studiosum pa-
triae esse iudico. Sed videmur hoc etiam debere societati
Episcoporum, qui et inimici et amici nocent Ecclesiae: Deus
faciat, ut aliquando salutaris patriae nostrae pax restituatur.
Annum ante quinquagesimum Alberto occiso successit dux
pacificus Georgius: Utinam nunc Mauricio interempto

talis

96.

talis succedat Augusti. Equus Mauricij in castris triduj in,,
edia testatus est amissi domini desiderium: nos ne a bruto sensu
doloris uinci uideamur, ei memoriae & gratitudinis causa, bre,,
ue ut uides, scripsimus epitaphium: quod ne plane uacuas
ad te literas mitteremus, & tuas quoque, si otium esset tibi, eli,,
ceremus, huic epistolae adiunximus. Caesariani milites qui Se,,
nam obsederant maximam partem peste consumpti, in Campa,,
niam redierunt. Vale feliciter IX Cal Aug.

G. Fabric.

VENERANDO PATRI AC DOMINO DO.
Philippo Melanthoni domino & parenti
meo magnopere obseruando
Hotomannus S. D.

Superiorib. dieb. scripsi tibi Venerande pater quanta tyran,,
nide & crudelitate cardinalis Lotaringus in ecclesijs nostris dis,,
sipandis usus esset dediq. binas ad te literas, ei quem dominus
à Lasco Polonus huc miserat. Nunc etiam confessionem ea,,
rundem eclarum tibi mitto, quam nuper edere coacti sumus, ob
impiam aduersariorum calumniam, qui nostros eo crimine apud
principes imperij accusant, quod non tantum putant, sed
etiam intelligunt esse quam inuidiosissimum, Male scilicet
& impie de ueritate coenae dominicae sentire: cum tamen
diserte in confessione ascripserint, ueram carnis & sangui,,
nis Christi substantiam nobis exhiberi. Reperti etiam sunt
Germani studiosi complures pictauijs qui non minus hostiliter
quam ipsi Papistae, eclam nostram eo nomine persecuti sunt,
quae res mirandum in modum animos aduersariorum auxit,

neque

97 · 56

neq finem aut remedium illum tanti mali uidemus, nisi aucto-
ritate tua compescantur. Quare petiimus ab hoc amico nostro, viro
nobili & pio ut hanc confessionem nostram tibi exhiberet, teque
omnium nostrum nomine rogaret, ut eam istic edendam curares, cum
breui aliqua praefatiuncula tuo nomine insignita, qua pietatem
& religionem illarum ecclesiarum commendares. Peto abs te ue-
nerande pater per tuam in Christum filium Dei pietatem, per
singulare tuum in ecclesiam eius studium atque beneuolentiam, ut
nobis in hac re gratificari uelis, quod si feceris spondeo fo-
re, ut communes ab omnibus ecclesiis nostris preces pro te & fami-
lia tua uniuersa, uestraque tum ecclesia tum etiam academia fi-
ant: tibique gratiae ab ipsis habeantur. Noua quae nunc
habemus ex hoc eodem melius intelliges. Cum principes
quos sanguinis regii nominamus, petituri essent ex antiquis
regni institutis, ut tres ordines (status appellant) cogerentur:
& ab iis de regni administratione statueretur, quia rex qui
decimo decimum Februarii die xvi. aetatis annum com-
plebit, nondum per aetatem illud potest regere, edictum est,
si quis mentionem eius rei facere audeat, ut pro perduellio-
ne damnetur. Vident enim Guisiani qui iam tyrannidem occu-
parunt, fore ut ad Vindocinensem familiam res transferatur.
Sed cum haec, ut dixi, tum caetera omnia ex isto quem tibi
misimus plane cognosces. Vale pater obseruandissime &
Salue Argent: Cal. ipsis Ian. Do: Peucero Viro claris-
simo, & singulari seculi nostri ornamento plurimam salutem
precor. Ora etiam eum ut apud te deprecator noster
esse uelit. Iterum uale.

F. Hotomannus

D. PHILIPPO MELANTHONI
praeceptori suo longe chariss. S.

Quod rarius ad me scribis optime Philippe, adeo excusatione
non eget, ut ipsi mihi potius deprecatore opus apud te esse
uererer, nisi insignis tuus erga me amor tantopere mihi per-
suasisset, meam hanc cessationem non posse iniquo a te ani-
mo accipi. Exercent me sane incredibiliter turbulentissima
haec tempora, ac magis fortassis quam pro aetate. Dum
autem honesta aliqua & pia ratione ex his fluctibus enata-
re cupio, nihil efficio aliud, quam quod dum portum su-
binde uidere uideor, indies longius ac longius in altum
rapior. Christus mea consilia fortunet, quae si non ad ipsius
gloriam & publicam utilitatem instituero, nihil opto uehe-
mentius, quam ut sint ἀνεμώλια. Cupiebam ex animo
consultum huic adolescenti, qui epistolam tuam pertulit, sed
praereptum iam erat a Flocco stipendium, quod erat petiturus.
Ideo, quod unum potui, uiatico exiguo adiutum dimisi. Ho-
die ministri nostratium ecclesiarum iussi sunt uestram de abso-
lutione tam publica quam priuata sententiam sequi. Ne-
mo eorum reclamauit, ne ipse quidem Osiander, qui solus
hactenus reclamauit. Quid publice ac pro concione dictu-
rus sit nescio. Mihi quidem talis esse uidetur Osiander, &
fuit hactenus, de quo non absurde hodie dici queat. Qui
uelit ingenio cedere nullus erit. Atque si scias quae iam
aliquot menses publice docuerit de absolutione priuata,
quae nemini eram ipse crediturus, nisi audissem, non du-

bito

quam helleborum sis propinaturus hoi. Constanter adfirmat, ne=
minem uel ex publica concione ut ex baptismo uel ex usu cae=
nae domini posse credere remissionem peccatorum nisi una hac
absolutione priuata adhibita. Quam ut tam ecclesiastici quam
prophani apud nos omnes, quotquot audiunt euangelium pro=
bant, ita non censeo publica defraudandos eos, qui ea iuxta
suam quisque fidem uti cupiunt. Qua in re adeo excanduit
ho vehementis aliqui ingenij, ut seditiosissima interdum dog=
mata spargat, quibus uulgi studia accendat. Velim autem pro
meo in Euangelium Christi studio, ut uel Lutherus uel tu ip=
se, hominem ad modestiam prouocaretis. Nam hic neminem
fert monitorem. Vestram authoritatem non temere contem=
net, aut certe contemptum dissimulabit. Haec sunt optime
Philippe, de quibus ego sum sollicitus, quo magis apud te
merebor ueniam, si longa haec epistola tibi molesta fuerit.
Cupio te cum pijs h obg bene ualere, ac me Luthero
commendari diligenter. Norimbergae pridie Maias M.
D. XXXIII.

Tuus Hieronymus
Baumgartner.

CLARISSIMO MODIS OIBUS VIRO DNO
Philippo Melanthoni totius ecclae Saxonicae
ornamento praeceptori patri ac fratri suo
perpetua fide colendo. Vitebergae.

Scripsi aliquando ad te uir clarissime, sed nescio an
literas meas acceperis, hoc tamen scio me ne salutationem

quidem

quidem ullam in alienis literis abs te accepisse. Nunc de-
nuo dum datur occasio hoc saltem de statu hic religionis scri-
bam: Religionem lento quidem gradu hic progredi. Sed
progredi tamen. plurimi ex nobilitate ad regni agnitionem
vocantur seseque ecclesiae Christi domini quotidie adiiciunt. Rex
interim & proceres nimium sane ancillantur libidini eorum
qui se falso spirituales vocant. Illustris D. Joannes Comes
in Tarnow non est evangelicis prorsus iniquus. Si tu tuis
Si tu tuis literis eum ad constantiam, maioremque animum
ad plura audendum, adhortarere, faceres dubio procul rem
te dignam ecclesiaeque Christi domini utilem, neque est dubium quin
literae tuae ei essent pergratae futurae. De Borussiis con-
cionatoribus nihil plus est expectandum quam ab iis qui
ad Albim habitant. hic tamen maiores sunt expectandi
progressus in religione, modo ne nostra ingratitudine cursum ipsius
impediamus. In Galliis maxima sane sunt regni Christi Domini in-
crementa, adeo ut vix sit locus celebrior, qui ministrum non
habeat, sicuti D. Pet. Martyr nunc mihi literis suis sig-
significavit. Interim sub cruce ea fieri incrementa nihil est
ambigendum, cum in Gallia tum alibi, iuxta Christi domini
praedictionem. Lutetiae Parisiorum capti fuisse dicuntur quin-
genti ob religionem pluresque ex eis igni traditi. Ubi
et in vinculis detineri ad me est perscriptum, Illustrem
dominum ab Andelot fratrem germanum Admiraldi Fran-
ciae, nepotemque Connestabilis, qui piam sane planeque li-
beram fidei suae confessionem coram rege ac Cardinalibus

q

quibusdam fecit. Apud nostrates Flandros tanta nunc est
persecutio quanta unquam fuit, quae nihil remittit per infortuna-
tos successus Philippi cum Pharisei nostri persuadeant ei, omnes
hasce calamitates evenire ob toleratam Lutheranicam, quam
vocant, doctrinam toleratosque eos qui ipsam sequuntur. Plurimi
patriam nomine religionis reliquerunt, inter quos multi sunt viri
magni nominis, eorumque bona fere omnia iam fisco Philippi
sunt adiudicata. Francofurti sunt duo nobiles viri nostrates,
quibus bona sua iam nunc sunt confiscata. Embdae quoque
vixit dudum aliquis quidam antiquissima nostratium familia
oriundus, cui etiam nunc bona omnia sunt adempta uti ip-
semet mihi literis suis nunc significaverunt. Posterioris au-
tem huius pater mortuus est in carcere, priusquam lata in eum
ulla esset sententia, in quem ob religionem Mechliniae quo
Gandavo evocatus fuerat, coniectus fuerat. Carolus Utenhovius
quondam praesidis Flandriae filius, qui iam tertio Gandavi
supremum consulem egerat, relicta patria se recepit ad du-
cem Cliviae a quo in consiliarium ascitus esse scribitur.
Antverpiae et alibi passim plurimi captivi detinentur ob re-
ligionem, et ut oves mactationi destinatae morti asservan-
tur. Londini eadem adhuc est rerum facies quae fuit
toto eo tempore ex quo haec Jesabel admota est guberna-
culis regni Angliae; superiore (ni animo fallor) anno ab
ecclesia Londinensi vocatus fuit in ministerium verbi, Sco-
tus quidam vir multo pientissimus, qui mihi Nordae Fri-
siorum pulchre notus fuit, quam vocationem ipse alacri

animo

animo occepit, ac tandem dum die quodam in priuatis aedi-
bus cenam domini administraret, per satellites publicos (ad quos
proditione delatus fuerat) apprehensus est et in turrim con-
iectus ac uno post mense, ultima nimirum Januarij superio-
ris, alacri animo, constantique fide uiuus Deo est oblatus,
igneque concrematus. Ut omnia plena malis passim conspician-
tur, ubique est gemitus, ubique angustiae et ubique (ut inquit
ille) plurima mortis imago: Deus interim ecclesiae suae
misereatur. In pedemontanis regionibus maxima sumit ecclesia
Christi domini incrementa, uti nunc Tiguro accepi. Unde
mihi quoque est indicatum plurimos Hispanos eorumque doctos
turmatim Geneuam nunc confluere. Delphinus Galliae
regis primogenitus magna congratulatione totius reg-
ni nunc duxit reginam Scotiae. Edhardus Comes
orientalis Frisiae magno comitatu nauigauit in Suediam
ducturus ut nobis ex Frisia scribitur filiam regis Sue-
ciae. De casu quodam plane stupendo cognituque digno quod
nunc in oppido quodam maioris Poloniae euenit non ua-
cat scribere per temporis inopiam; Sebastianus uero
noster eum, si interrogaueris facile exponet. Plura nunc
non licet, quae ipsa tamen prolixiora eo uideo, quam
ante putaueram futuram esse, quod si non ingrata esse in-
tellexero, dabo operam ut alias ad te scribam. Vale
uir clarissime in Christo Jesu cui ego te tuaque studia omnia
commendo quanto sane possum studio, ut ea ad nominis
sui adorandi sanctificationem, spiritu suo dirigat, regnique

sui

sui incrementum Amen. Iterum uale ac meam hanc scriptionem aequi boniq[ue] ut consulas rogo. Ex Osseck 7 Augusti 1558.

Caetera ex literis D. Joan: à Lasco ac ex ipso grammatophoro tibi ut opinor pro uoto.

Tuus ut suus
Johannes Ulenbourg

CLARISSIMO VIRO D. JOACHIMO
Camerario socero S. Colendiss.
Lipsiae in Paulino

S. D. Heri dimissionem petij ea formula, qua inter nos conuenit; res acta non frequenti senatu, & transacta celerius atq[ue] expeditius quam credere potuimus. Testabantur de dolore suo quo afficerentur de significatione mea & precabantur ut mutaretur consilium si fieri posset seu minus operam darem in reperiendo successore idoneo. Penulam igitur nemo scidit, quod tamen non tam de mutata affectione erga me, aut suggestione aduersariorum interpretor quam consilij inopia quid fieri oporteret. Sed quicquid sit dimissio impetrata est & nequaquam difficulter & quoniam secutus consilium tuum de tempore nihil significaui, nimirum semestre à me expectatur. De hoc igitur ut recidatur aliquid petam scripto, & tantum quidem quantum uos censueritis, hoc etiam ut confido non difficulter impetrabo. Mihi commodum uideretur si sub finem Sextilis decederem, sed uos audiam. Nunc agitur animis opus, nunc pectore firmo. Ante tamen quam ad Peucerum nostrum scribam de domo

&

& aliis expectandas mihi puto literas ab Academia &
tum fortassis de tempore et decessionis comodissime agere,
ut simul respondeatur de obus Philippum tuum oro ut
D. Hofmanum meis verbis admoneat de Bachae filio, &
huic an aliquid confecerit? nam pater urget, vestros oes
officiose & amanter saluto. X C L Junij.

ESR. R.

Gallinam habemus matricem quae nudiusquintus exclusit
pullos XVII. ex quib. fiat mihi uxor se aliquot hodie
cantantes audivisse, seu cicurientes aliquoties; attestante
uxore Petrei nostri, quae presens tum idem audiverat. Talium
igr ostinum qde augurium?

CLARISSIMO VIRO D PHILIPPO
Melanthoni domino suo colendo
S. P. D. Viteberge.

Vix perfricueram frontem, pp duos auditores meos datis ad te literis, cum aliorum impudentia me impudentiorem etiam fieri coegit. Quae excusatio etsi per sese levis atque manis est (neque enim aliena vitia imitari, sed nostra emendare debemus) tamen apud humanitatem tuam valebit aliqd. Multa enim in amicorum gratiam facimus, quae nostra causa non auderemus. Sed ne diu te detineam, gravioribus reb. occupatum. Osualdus Eggius, Leonardi F. cuius nutu ante paucos annos gubernata est Bavaria, ut nosti, Vir (quantum mihi cognoscere licuit) doctus, prudens & pius, filiolum suum cum Magistro & famulo, tua causa potiss. Vitebergam ablegat, ut is olim gloriari possit,

se

se Melanthonem & uidisse & audiuisse. Quamuis autem nihil ei mea commendatione est opus, quod uel suapte splendore, ut magnatum literis tibi commendabitur: tamen cuidam, cui nihil negare audeo, qui me quoque molestum sibi esse noluit, mos gerendus fuit idque eo feci libentius quod Ecclesiae nihil magis in uobis habere audio, quam ut syncera Euangelii doctrina in Bauaria colatur & propagetur. Ac quod ad populum attinet, facile, ut opinor, res conficeretur. Sed affinitates & consilia quorundam impediunt. Neque uero mihi dubium est, quin haec una causa tantum apud te ualeat, ut si caeterae omnes abessent, libenter illi sis commodaturus. Quare pluribus uerbis non utar, sed illud tantum a te petam, ne mea de tua singulari humanitate & erga me beneuolentia persuasio, & amicis gratificandi uoluntas, apud te mihi fraudi sit. Vale Augustae Vindelicorum 6 Cal. Martij 1558.

Hieronymus Wolffius

CLARISSIMO VIRO DNO PHILIPPO Melanthoni. Domino & amico suo summa obseruantia colendo. S

Wittemberg

Responsionem tuam, charissime uir, ad Staphyli & Auij calumnias, & grato animo accepi, & non sine fructu legi. Quoties autem uicem tuam doleam cum infinitis & nunquam satis laudatis laboribus tam mala gratia referatur, quoties φιλονεικων τινων και λιπορσοφιστων calumnias

calumnias detester, & cum aliter non licet, uultu & silen-
tio repudiem, Deus nouit, qui tuum animum haud dubiè
iampridem ita confirmauit, ut officij conscientia contentus,
non in magno ponas discrimine, quid improbi sycophantæ
& importune religiosi homines in te uociferentur. Quos omnis
posteritas, ubi furor huius tempestatis nonnihil desaevierit,
cum summa laude tua execrabitur, & tua autoritas etiam
nunc apud homines moderatos & ueritatis quam contentionis
cupidiores indelibata floret παρ' οἷς αἱρετότερόν ἐστιν
ἢ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις εὐδοκι-
μεῖν. Sed quid ego noctuas Athenas. Neque tamen
γραμματοφόρον istum sine meis qualibuscunque literis
dimittere nolui, praesertim cum uerear, ne qui maleuoli ho-
mines, quorum calumnijs hic traducor, tuum etiam ani-
mum à me alienare sint conati, qui in deteriorem par-
tem factum meum rapiunt, quod Riuianos libellos in scho-
lam Augustanam receperim. Quasi uero cuique ignotum
esse possit, Riuium accepta ferre tibi sua propemodum
omnia, nec ferè quicquam habere proprium praeter rectum
ordinem rudiori ætati accommodatum. Eum ego specta-
ui, & non incommodum fore arbitratus sum, si uni libel-
lo assuescerent. Ad haec cum senatus noster σχολὴν
πάνυ κοινόν τε καὶ διὰ τὰς πολυχιδεῖς αἱρέσεις
τῆς πόλεως τῆς ἡμετέρας ἀθεολόγητον. esse
uellet, Theologiam uero cuiusque arbitratu uel domi uel

in

in templis disci iussisset. Exempla Ciceroniana quibus Riui-
us plerunque utitur, ad uitandam morosorum reprehensionem ac-
commodatiora esse duxi. Habes breuiter et uere facti mei
rationem, quod aequitati tuae non improbari confido. Nam
amore non ficto καὶ φυσικῇ τινι συμπαθείᾳ, et debita
excellentiae tuae reuerentia me paucis cedere arbitror. Prae-
terea quantum tibi debeam non modo ut praeceptori doctissimo
et fidelissimo, sed etiam patrono, cuius et honestissimis
elogijs saepe sum ornatus et suffragijs opportuno tempore
adiutus, et ingenue agnosco, et libenter ad posteros etiam,
si quid mea Musa ualeret, testatum redderem, tantum
abest ut de laudibus ex existimatione tua quicquam detractum
uelim. Sed desino ἁπλοῦς πέφυχ' ὁ τῆς ἀληθείας
λόγος et candorem tuum nullis suspicionibus aut crimina-
tionibus infuscari posse persuasum habeo. Nos alteram par-
tem Chronici tui auide expectamus. Anno superiore Ni-
cephori Gregorae historiam 145 annorum à Lascare se-
niore usque ad Andronici Paleologi iunioris obitum con-
uerti, curauique Laonicum Chalcocondylem graece latineque
Philippo Gundelio fideli magis quam diserto interprete adiun-
gi, ut Byzantinam historiam a Constantino primo usque
ad postremi interitum integram haberemus. Sed Ponti-
ficio fulmine, ut opinor, labores hi mei una cum reliquis
meis lucubrationibus, in catalogum haereticorum relatis
conflagrarunt. ἀλλ' ἐπειδὴ τῷ Διῒ οὕτω φίλον, ταῦ-

τα

107 Ἐν ταῖς γενεαῖς. Vale. Augustae Vindelicorum. Nonis Iu-
lii 1559. Hieron. Wolfius

CLARISSIMO VIRO DO: PHILIPPO ME-
lanthoni praeceptori suo obseruando.

S. Cum intelligerem à Vito Theodoro, gratum tibi futurum
esse, si de Electore captiuo aliquid ad te perscriberem, officii
mei esse putabam, hanc ineundae apud te gratiae occasio-
nem, non amittere. Princeps igitur ualetudine utitur satis com-
moda, et liberaliter uiuit, suis autem sumptibus; proceres Cae-
sariani, imo et milites gregarii admiranda ipsum prosequun-
tur beneuolentiae signe, Virtutem eius summis laudibus extollunt
indignumque esse hac calamitate iudicant, de cuius autoribus ea
loquuntur, quae mihi quidem uidentur esse uerissima, nec tibi
puto esse incognita. De custodiae seueritate, multa remissa
sunt, Macedo longe custodit accuratius, à quo pilularii nec
die nec noctu recedunt, quod ipse fert indignissime quam-
uis eo aliud nihil efficiat, quam quod molestiam sibi auget,
nuperque cum ad currum Electoris accederet, in haec uerba
erupit, male me habet, quod tam ociosus sis aio, cum ego
uehementer sim sollicitus, et anxius, cui respondit Elector
Nihil causae est cur perturber, cum conscientiam habeam
quietam, et spem auxilii certissimam in nomine domini.
Ac profecto tanta est hominis in his aerumnis animi mode-
ratio, ac tollerantia, ut praesentia Spiritus sancti manifeste

ap-

apparent, nullum nec verbis nec vultu ostendit impatientiæ aut
vindictæ cupiditatis signum. Qua in re haud dubie summopere
adiuuant piorum precibus. Multos quotidie video, qui acerbius
ferunt unius auriculæ quam ille auitæ dignitatis & tot opum
libertatisque amissionem. Christum precor ut hanc mentem per-
petuo conseruet. De liberatione ipsius nihil mihi, quin nec
ipsi aliquid constat, non desunt summæ authoritatis homines &
qui se intelligere sententiam Cæsaris existimant, quorum opinio-
ne conuentu proximo libertatem recuperaturus sit. Sed ego
aliter sentio. Neque enim Macedo tam cito dimittetur, neque noster
sine ipso, ne grauius offendatur nouus Elector, præterea nulla
appareat indicia, unde coniectura fieri posset, Cæsarem tam esse
placatum, qui captiuum ad hoc usque tempus uix semel aspectu,
nullo autem uerbo dignatus est, ac multa fortassis facere cogitur
non suo arbitrio, sed in gratiam aliorum, quorum voluntates
a se alienatas esse minime uelit. Præsertim nondum penitus
confecto, quod animo concepit negotio. Itaque uereor, ut tam
breui liberetur, quam plerique opinantur. Utinam id falso
existimem. Nusquam enim errauero libentius, non solum Electoris
causa, sed & mea, cui persuasit, ut me adiungerem exilii
comitem, in quo superat omnes molestias, quæ certe sunt
grauiss. quod indies copia mihi conceditur, intuendi rarum
illud Christiani principis exemplum, quod ubique secum cir-
cumfert & spectandum omnibus exhibet, quasi id dedita opera
agat, ut eos reipsa doceat, quomodo ferre debeant af-
flictiones, qui se Christianos profitentur. Interim tamen
ne

ne de libertate recipienda despero, quam uel inuitus tan-
dem restituet Carolus, cum cor regis sit in manu domini.
Concionibus sacris nobis interdictum est. Et cum nuper adire
Episcopum Atrebatensium, rogaremque eum captiui, ut liceret
ipsi audire uerbum Dei à Christophoro Hoffmanno, ille re-
spondit, Imperatorem nequaquam permissurum. Nam rem
fore apud Hispanos pessimi exempli, nec nos laturos, ut in au-
la nostra religio quam Cæsar probat, doceretur obseruareturque.
Eum potius reijciendum esse hoc negotium, ad concilij iudicium.
Postea subiecit & te & Bucerum multa edidisse quae nec ip-
si uera esse existimetis sed tantum ad promerendum fauo-
rem populi. De te respondi moderate, ut necesse erat.
De Bucero, cuius scripta non legi, tacui. Tum ipse, Immo
inquit, certum est, Bucerum nihil omnino credere, sed ni-
mis esse Philosophum. Verum cum mei muneris non essent
de ipsius iudicio disceptare accuratius, relicta quaestione ab
eo inie[c]ta, dixi, me relaturum responsionem ad capti-
uum, sicque discessi. Conuentus Augustae celebrabitur, si om-
nino hoc anno futurus est. Nondum enim editae sunt literae,
quibus status imperij conuocari solent. Formula quaedam
Bambergae impressa est, quae adhuc occulitur, unde aliquo
modo colligi potest quae sit propositurus Cæsar, uidelicet, ut ea
perficiantur, quae Vormatiae & Ratisponae annis superioribus
sunt inchoata, Item quomodo communia grauamina
Imperij auertantur & tyrannica facinora quorundam,
contra

contra suam maiestatem, & obedientes status suscepta, & quae in posterum quoque moliri queant, extirpent. Haec se re sunt, quae in deliberationem uentura esse, formula osten dit, uerbis quidem pauca, sed re amplissima, ut pro tua prudentia, facile intelliges. Bene & feliciter Vale Datae raptim Strabachij die Jouis post Margarethae. 1547.

T. Erasmus Minqui cius.

EXCELLENTI UIRO D. PHILIPPO Melanthoni patrono suo carissimo.

S. In Angliam ut proficiscare non suadeo, nisi rex ipse te uocet. quod si fit non solum iubeam, sed per Christi gloriam hortarer et ut ires. Praeclari ingenij princeps est, & in religione nutant omnia, ac quod promittere tibi possum taci te ad nos propendent. Obstat sola illa tam acris iam olim cum Luthero rixa, tum quod ob ciuiles nostras discordias & tumultus nihildum certi promittere sibi de nobis possunt, si aut sequantur exemplum nostrum, aut si solacij quidpiam aduersus pontificem & caesarem sperent. Sensi cum istic essem, si quis uir eo diuinus mittatur qualem te esse scimus, non est dubium quin Euangelium a quo hactenus uix aegre defendunt sese, continuo recipiatur & superet. Impositum silentium esse Morobie de religione scribat, Bibliopola mihi quidam Anglicanus certo narrauit, tum pontificem Ro. omni insula cum omni ditione eiectum. Certe huius omnia decreta illic ridentur. Jam inuidiam etiam, quam

ob

ob ignobile coniugium apud regni proceres sustinet, abo-
lere facto aliquo illustri & populari rex cupit, & mire sol-
licitus est animus. Mira momenta sunt, quibus magna saepe
negotia dominus auspicatur. Utinam ab ipso uocere. De
me dubium est quid constituant. Ultro Cantuariensis literis
salutat, quanquam ego prorsus quod dixi suspicor, homines ani-
mis fluctuare & opus habere consilio. Faceres, sat scio,
operaepretium maximum & quo nihil hactenus oportunius
quidquam fecisti si hoc tempore de religione aliquid ad
ipsum regem scriberes, uel epistolari saltem ratione,
& causam doctrinae Christi principi tanti imperij enixe commen-
dares. Non est dubium quin & nostri homines sint homi-
nes collaudaturi & rex ipse hac in difficultate consilium
amplexurus uehementissime. Nec referet aedas nec ne.
Curandum est autem ut ipsorum more characteres fingan-
tur liquidissime cum ad regem scribis. Oporteat nisi
per principem uestrum de eadem re scribere quod officii
Christiani uidetur. haec appellatio sat scio alliceret ani-
mum regis ut dixi fluctuantem. haec de his hactenus.
Consilium de recuperando te tibi & studiis patriaeque
ex infinitis negotiis asserendo laudarim uehementer
si confidam te istuc uere iam aliquando in animum
induxurum esse. Sed facit bonitas tua dum imper-
tis omnibus te, parum summa ista commoda & patriam
cures. Rursus conscientiam & dominum testor, uere
&

& ex animo istuc me solere & cogitare saepe, & saepe di-
cere, certissimum ac perpetuum ornamentum patriae futurum fu-
isse, si doctissimorum hominum consilium ac morem secutus
plus studijs te addixisses quam negotijs, quanquam nunquam neque
usum te patriae maximum & incomparabilem praestitisse, dum
tot mortalium animos (quod de me ipso conijcere possum) poten-
ti oratione, uiua quadam ui mentis excitas inflammas,
non solum ad studia ista literarum, sed ad pietatem ipsam
& caelesti quodam ardore, tot hominum pectora suscitas.
Verum ubi considero quo tibi tua mens aspirauerit & quo
te induxerit, si sequi in animum induxisses, & si scite
colere diuinos spiritus conatusque tales fouere potuisses,
non possum non execrari infinitas has occupationes tuas.
De natura uehementer expecto quid moliare. Serio
ingenij uim quocunque incumbit: istuc ad Erasmum scri-
rabo ut & animum tuum in hac quidem causa intelligat,
& tamen res haec neque Luthero neque ipsi causae Euange-
lij fraudi sit. Est enim cautio haec ad Erasmum scribe-
re. Relligionis & ecclesiae statum cum intueor, nihil pro-
pemodum, quam horribile patriae excidium expecto, nisi
fide erga Christum dominum meliore sumus. Video
orbem terrarum totum offensum intemperie nostra, dum
omnes omnia scribunt, statuunt sequuntur, & in sectas tot
secta ecclesia est, dum magistrum sapientiae dei quisque
se

113

se constituit, & se audiendum solum putat. O calamitatem miserabilem, quis finis erit Philippe meum decus meum dulciss. ornamentum quis erit finis, aut quis est, q. cum usurpet tram Christi circumferre et in corpore suo Viuam Christi imaginem tm moribus pro uirili repsentare uelit idem. Sed haec deploramus frustra. Mittit tibi Johannes Walderus consulis nostri gener iuuenis, eleganter doctus tui studiosissimus hoc Platonis exemplar. Cupit insinuari tibi, legit libros tuos studiosiss. & si fieret te uolente, cuperet in unum oia imprimere. Saepe uolui scribere tibi praeclarum aliquem authorem; Platonem hunc certe uolui. Una res obstat de tuis uirtutib. pro ut ego debeo, & pro ut est aequum sine grauj inuidia & offensa nostrum (de uulgo dico) non possum. Et uideo in eccla laudes oes Chro domino deferendas esse. De mea uoluntate erga te dominum soleo testarj, q per misericordiam utrumq in uia ueritatis seruabit certus sum. Vale Francofortj. Calend. Martij.

Simon Grynaeus tuus.

PHILIPPO MELANTHONI

S. Cum ex praeclaris illis tuis literarum monumentis, quae iam pridem auide summoq; cum fructu perlegeram eluceens uera pietas insignisq; dra me in tui admirationem amoremq; ut bonos oes multo, antea pertraxisset.

Optaremque aliquando suaui tua presentia frui. Ecce diuinitus
cum Geruasio Marstallero amicitiam contraxi non uulgarem
qui ut est prae ceteris D. T. studiosissimus, assidua biennij
usus quo una fere semper uiximus laudum, uirtutumque
tuarum predicatione tantum effecit, ut mihi omnino certum
sit tui uisendi studio in ea loca uenire, quod iam hoc tem-
pore ipso duce itineris fecissem nisi istae bellorum turbae me
domum reuocarent. Unde compositis reb. quod iam diu co-
gito, perficiam. Interim redeunti ad uos Geruasio nostro
uolui hoc meae in te obseruantiae testimonium dare. Speraui
pro summa tua bonitate non ingrata tibi fore Vota hominis li-
cet tibi incogniti, qui tibi priuato publicoque nomine omnium litera-
torum tibi fausta laetaque omnia precatur. Geruasium sua
uirtute et eruditione ex terris obque apud quos tot an-
nos uersatus est carissimum non est quod tibi commendem.
Scio enim quanti illum semper feceris, faciesque certo scio
multo pluris cum uideris quot labores aerumnasque ut suis
hominibus aliquando prodesse posset multo animo supera-
rit. Bene uale uir praestantiss. et aequi bonique consu-
le. Venetiis 7 dib. Octobris 1554.

D. T. Studiosissimus
Joh. Clementius.

CLARISSIMO ATQ ORNATISSIMO
pietate, litera. humanitate Viro D.

phi.

115

Philippo Melanthoni sacræ theologiæ
& bonarum artium instauratori, præceptori suo obseruando. S. D.

Amor quid sit, ego expertus non sum: quid possit, ex affectu iuuenis huius cognoui, qui & imprudentia sua & pastoris errore matrimonium contraxit in gradu non concesso, legibus naturalibus mandatoque principis. leges autem cum ob disciplinam omnino violandæ non sint, mitigari posse uidentur, ad quietem & tranquillitatem conscientiarum, præsertim si Dei mandatum non repugnet. Quantum in hac causa concedi possit aut debeat, tu pro tua pietate statues: ego à ciue meo, lachrymis interpellatus, has ei literas roganti dedi, quas ualere ad minuendam legis autoritatem nolo; prodesse tamen ad leuandam ægritudinis partem uehementer cupio. Si concilium esset cogendum in rerum humanarum perniciem, quod esset magis horrendum tam frequenti planetarum concursu, ad quem etiam accedit læuo contristans lumine cœlum Cometa, tribus apud nos noctibus conspectus, quem secundum Claudianum, non nauitæ tutò, Non impune uident populi. De eo tuam inprimis interpretationem atque consolationem aueo audire. Deus te diu incolumem Ecclesiæ suæ conseruet. Vale feliciter die VIII Martij

XXVII Februarij media nocte in patria mea magnum Chasma uisum, quod atra nubes texit.

G. Fabricius.

CLARISSIMO VIRO VIRTUTIBUS Doctrina & Sapientia præstantiss.o Dn. Philippo Melanthoni præceptori & patri s. summe amando & colendo S. Wittenbergæ

Et de meis sermonib. & uero etiam de S.licatione D. Vincentij Albertum Sauromannum uirum p.larum tuij & reib. nræ amantem, tibi notum arbitror. Is cum haberet suburbanas possessiones, pro ea qua mihi deuinctus est familiaritate, ut caseolos ad tuam humanitatem mitteret, nuper paucis uerbis admonuj. Hac ipsa hora qua ciuis uester abitum parabat, allata mihi est ab eo cista cum scheda, qua ille singularem erga te obseruantiam ostendit & gratificandi studium me tuæ hum. probare cupit. Quid autem probatissimi uiri uoluntatem, ut præconijs ornem, non necesse est, meum factum qua ratione tuear magis laboro, q ad Lithuiasi affectum, caseos mitto. Sed cum perspecta sit omnib. moderatio continentiæ, & temperantia tuæ, mihiq illud Hipp. subueniat δοτεόν τι κρῶ ἔδει Item ὀλίγον ἀσφαλές, non arbitror factum meum aliquam reprehensionem habiturum. Gratificationem autem & Sauromanni tibi gratam acceptamque futuram, teque uirum & senatorem est. & in respub. nostra magnum, beneuolentiam tuam expetentem humanissime ea complexurum, plane confido. Idq ut facias, non quod necesse est, sed quia mos est ita faciendi, te uehementer etiam atq. et oro Bene uale optime mi Philippe præcept.or & pater charissime. Vratislauiæ VI Julij 58.

T. hum. obs.
Joh: Crato D.

REVERENDO VIRO DOCTRINA VIRTU-
te & pietate præstanti D. Joanni Mathesio
pastori ecclesiæ dei collectæ ex Iberis Vallis Jo-
achimicæ amico suo colendo.

S. D. Hanc epistolam dedi Demetrio τῷ μεγαλόψυχοι græ-
co, patria Rasciano, diacono ecclesiæ Constantinopolitanæ
quod existimavi gratam tibi fore conciliatam occasionem cum
eo colloquendi. Poterit te de multis rebus recte & vere
edocere de forma ecclesiarum in Asia Thracia & Bithinia
sub Tyrannidis Turcicæ iugo de doctrina & disciplina il-
larum ecclesiarum, de abusibus qui consuetudine mala in-
troducti adhuc vigent, de ipso regno Turcico. Itaque ut eum
amanter pro humanitate tua eximia complectaris oro. Fuit
omnino dulcis nobis consuetudo ipsius hoc semestri, & op-
taremque diutius ea nobis frui liceret. Sed revertitur
ad suam ecclesiam cognita doctrina nostrarum ecclesiarum
cuius explorandæ ea professione suscepit. Commorabi-
tur isthic fortasse diem unum propter Comites, qui
subsistere certis de causis ibi decreverunt. Bene &
feliciter vale 28 Septemb.

Caspar Peucerus

MAGNIFICO ET DOCTRINA-
tissimo Viro D.D. Casparo Peu-
cero Medico præstantissimo domino suo
observando S. Vuittenbergæ

Mitto

Mitto uir clarissime Val. cordi opera illustri collegio Medi-
corum uestro dedicata: quæ ut offeras & commendes Præstantiam
tuam iterum atque iterum obnixe oro. Ligata misissem: sed
procul à nobis Argentinæ excusa sunt & quidem sero
admodum ad hasce nundinas: utinam emendatiora. Ijs si
te oblectatum iri sperem, mittam quoque ad te: & simul quæ-
cunque de nostris desideraueris. D. Petrus Martyr noster
heri in Galliam à rege uocatus discessit, Deus o. m. be-
ne cœpta secundet. Vale decus Germaniæ & me ama.
Ignosce breuitati necessariæ. Scribam primo quoque ocio
copiosius de nostris quibusdam reb. Mitto Antidoti cuius-
dam descriptionem, quam è Saxonia amicus quidam
noster (à quo ceu mysterium accepi) primum se habu-
isse scripsit: ut iudicium tuum audiam. uelim autem
cum archetypo aut aliorum descriptionibus, si quæ apud
uos extant, conferri, & testimonium de eo intelligere.
In canib. quidem amicus ille meus & ego, successum
uidimus. Mitto & oxymeli elleboratum meum, optimu
sanè, tutum & πολύχρηστον remedium quod ipsum
etiam inter arcana tua te tibi seruare uelim. nisi ea-
dem conditione perpaucis & eruditis amicis commu-
nices. Tu si quid inter tua egregium habes, oblectan-
di me causa quantulumcunque id est, uicissim communica

quod

120

quidquid celari iusseris celabo. Vale denuo fœlicissime. Tiguri Augusti die 27. anno 61.

Praestantiae tuae [illegible]

Con. Gesnerus.

Literas meas quas superiore Martio scripsi accepisse te spero, una cum libellis ij. De Tessanis in Africa ad Christum conversis obscura est fama, & eruditus quidam Anglus nuper ad me scripsit se ab Hispanis & Anglis mercaturae causa in proficisci in Africam solitis nihil tale cognoscere potuisse.

Nitrum copiosum nuper ex decoctione fontis cuiusdam acidi apud Rhaetos inveni: cuius specimen accipies aliàs si voles. Saepe opto tecum esse & tuum rerum variarum thesaurum inspicere, ego etiam aliqua collegi, sed nihil opinor ad tua.

+ CLARISSIMO VIRO DOMINO PHILIPPO Melanthoni divinae religionis & Ethicae doctrinae restauratori & undiquaque celeberrimo, domino & praeceptori suo venerandissimo.

Perpetuam gratitudinem debemus Deo aeterno patri domini nostri Jesu Christi, qui te in multis & varijs malorum procellis tam clementer conservavit, & aetatis tuae annos ita propagavit, ut in ipsius coetu doctrina tua lucere, & scholam, quae Tyrannorum furore & tabe pestifera conquassata ruinam

nam minabatur, restituere posis. Cuius laboris tui nouum iam specimen conspicitur. Audio n. undiq concurrere studiosos & Academiam Wittenbergensium reflorescere, quo nihil iucundius accidere mihi potest. Misericordia dni protegat & gubernet uitam tuam, ut nouo hoc anno & multis succedentibq ecclesiam Chri ornes & scholae nostrae faelicissime praesis. Rem Danicam tibi iam dudum expositam esse credo, id n. muneris comiti meo M. Philippo commissum erat. Aulam istam in faelici sydere ingressus non n. spe Lucianica sed ab insigni iniuria exceptus sum, pro honoris studio pene ignominiam, pro sudore & sumptib. meis detestandam ingratitudinem retuli. Non meus tantum labor, sed tuus, imo tota Witembergensis schola & re et uerbis contempta est: commendationes quas honestissimas habui, ὡς εἰς ὄνου πόκας reciderunt. Haec mala, licet saepius mihi dolorem excitent, tamen solatur me propensa uoluntas optimorum uirorum, qui authoritatem & studium suum pro me interposuerunt. Deinde et experientia rerum multarum dum hominum πολιτείας, mores, uictum & naturas locorum cognosco: huic accedit diligentia quaedam, lustrandis & notandis his regionibus adhibita, ne tantum itineris perperam aut auaritia motus suscepisse uidear: Nisi certe uidissem haec loca, Saxoniam cum Wandalia tam bene cultam & populosam esse nunquam credidissem, sed ut fidem adhibeam, meo ipsiq testimonio

manio adducor. Quare, cum non decere cogitare, si tam amplæ regiones, tam frequentibus munitis & splendidis civitatibus orna-tæ, multis & magnis principatibus distinctæ tristissimo oblivio-nis squalore oppressæ iaceant, præsertim quarum res gestæ clarissime in omnium conspectu & noticia versentur, suscepi id laboris: & quanta potui, diligentia, hæc loca omnia no-tavi, ita ut singula quæque oppida etiam viliora, singulas ar-ces & pagos memorabiliores cum distantiis & declinationibus suis observarim, quibuslibet fluviolos suos adiunxerim, eosque inter se, usque dum in mare exonerantur, coniunxerim, & quod primum est celebriorum locorum latitudines, investi-garim, quæ ab usitatis mirum in modum discrepant, non-nullæ tam Boreales sunt: qua id rationem deprehenderim, certam explicabo. Deinde familiarum in Saxonia locisque Vandalicis passim dominantium Genealogias à multis conquisivi, ad-iunctis in margine historiolis, quæ memoriam à magnorum vi-dorum amplexu abhorrentem nonnihil sustinere & iu-vare possunt. Unde multum lucis & amplitudinis veræ & diligenti Germaniæ descriptioni accessurum esse spero. Istis causis motus sordes Danicas minoris facio & con-temno. Nam clementia Dei passim in urbibus senatum ergo me excitavit, qui me honorificis muneribus do-naverunt. Sed primas debeo illustrissimo Principi Io-anni Alberto, sub cuius celsitudine, quam laudabiles

cle-

clementia & veneranda sit humilitas, dici non potest. Pro
munere dedit 25 marcas(?) (sic uocant genus numis=
matis) quarum libet bes est Joachimici, & quia adornaturus
est Bibliothecam, egit mecum, ut caelestem illi ac terrestrem
globum eius iusta magnitudine conficiam: studio & clemen=
tia Principis motus hunc laborem libenter suscepi, & fere
ad mediam partem perduxi, quo absoluto Wittembergam
reuertar, & quid porro faciendum sit ex te audiam, tuoque
consilio utar. Haec tibi patrono & praeceptori meo reue=
rendissimo significare uolui, cui omnia debeo, cuique studium
meum probatum iri spero. Vale foelicissime, faxit Deus
omnipotens ut uitae tuae annis plures & benigniores
adiungas. Rostochij 13 Calendas februar: 1553.

Tilemannus Stella.

ET PIETATE ET ERVDITIONE EXCELLEN=
ti D. Philippo Melanthoni in Academia Vitte=
bergensi primario, praeceptori suo summa cum ob=
seruantia colendo. S. D.

Incidit aetas nostra in turbulentissima tempora, quibus
impietas, & omnis generis malitia ad summum usque excre=
uisse uidebatur, cum tamen omnia subinde sic in deterius
prolabantur, ut collatione huius praesentis temporis ad illud
futurum, cuius nunc ueluti ideam animo concipere possu=
mus, hoc praesens merito aureum quis dixerit. Fortasse

qua

quia declinatio Solis & Eccentricitas subinde decrescunt: Ita hoium malitia & iniquitas inualescit. Vires imperij eneruantur, ut iam tandem cum minima sit futura Solis declinatio, & Eccentricitas oia suam quoq consequantur pio dum, & noua qdam rerum facies emergat, igneo etiam aus spicante trigono. At deus hanc mutationem multis monstrauit, prodigijs & ostentis, q nostra aetas uidit innumera bilia. ut crebritate admiratio & insolentia propemodum excussa sit. Vidimq proxime elapsis dieb9 duos Cometas, prior accensus fuit in signo ♎ fortasse 2 Martij, ut quidam ex nostratib9 adfirmant, licet, a me deci mum 7 Martij conspectus & per radium obseruatus fuerit. Inueni autem ipsum eo die cum iam Meridianum transijsset in 78. 14 ♎, neglecta interim parallaxi, quam uolens in hoc negotio omisi, Latitudo ipsiq graduum 13, propinquissimq puindemiatrici ad quam pone suam extendebat caudam. Hinc pro grediebatur tardius contra sign. success. celerius uero uersus Boream, ut eo motu propemodum 15 aut 16 absoluerit grad9, donec ad uerticem nostrum euectus fuit, unde paulatim, & tardius declinare & deflagrare coepit, usq dum peruenisset in Cepheum in quo eum euanuisse iudico, antequam occasum peteret, ut et Arist: sensit. Fuit is dies quo postremo

mo à me visus est 16 Martij, quo adeo parvus fuit, ut vix à reliquis potuerit discerni stellis. Reliquæ noctes sex apud nos turbidæ erant, non dubito autem, quin ad summum in triduo prorsus evanuerit. Sic peragravit propemodum sex signa sed diutissime in ♎ & ♏ commoratus est. Naturæ ♄ & ☿ & partim Martis eum fuisse iudico.

Alter Cometes, quem ego fuisse iudico, emicuit mane, ut quidam referunt, in die Cœnæ domini, licet à me demum 7 Aprilis conspectus sit & inventus in Pegaso inter duas stellas lucidas 2 magnit: quarum altera in crure, altera in humero refulgent. Eius longitudo fuit in 18 ♓ latitudo 24 gr. Tandem iterum observavi eundem 13 Aprilis & inveni eum in 22 ♓ latit. 22. Spero autem ipsum in eodem signo ♓ extinctum fuisse. Si plura tibi de eo constant, rogo ad me perscribas.

Ego de utroque patrio sermone quiddam scripsi & edidi in hanc fermo sententiam. Prior Cometa etsi in Saturni exaltatione accensus sit: tamen Mars integram propemodum in eo arrogavit sibi imperium. Hic igitur magno impetu & successu rem quandam aggredietur, sacra evertet & prophanabit, religionem turbabit, ista fœdera & libertates antiquitus observatas rumpet & novam quandam dominationis formam invehet, ut olim tempore

Dio,

Diocletiani · Imperium eneruabit, & fortasse haec erant, ueluti praeludia futurae translationis ipsius. De Turca non est dubium quin magno successu nostras sit inuasurus regiones, & iterum uictor euasurus ut olim ante annos 29 quo tempore & rex Ludouicus in bello occubuit & Roma capta & direpta fuit. Denunciat et hic Cometa mortem summis quibusdam Monarchis, alijs uero magnas difficultates, bonorum amissionem & dignitatis. Buda & Vngariae magna pars cum transyluania alio gaudebit domino, quem alij studebunt regno excutere. Anglia bello turbabitur & impetetur. Gallus & Marchio sentient successus in reb. bellicis. Alter Cometa in ♒ denunciat, ut scribunt Astrologi multas caedes causa fidei, item mortem regis aut alterius locum tenentis. Haec & alia quaedam scripsi & edidi lingua uernacula, sed ea sic numeris more Pythagorico inuolui, ut a paucis intelligi possint, quod me propter nostrates quosdam facere oportuit. Vnum est quod me circa has Cometarum obseruationes torsit, & hactenus torquet, nimirum quae ratione ex ipsorum caudae porrectione, locus ut ita dicam adfectus, uel cui minitari uidetur colligendus sit. Nam simpliciter eos mundi tractus aut Cardines ad quos caudam suam conuenit accipiendos non esse, absurdum & in

inconueniens, quod ex ea consideratione sequitur, indicat,
nimirum quod caudam suam motu primo uectus ad omnes
propemodum mundi cardines, & tractus flectit. Unde dicere
necesse esset toti mundo malum minitari, quod uidetur absurdum.
Qua ratione itaque is locus intelligendus sit nullus quod sciam inter-
pres explicauit. Dicam quid mihi de eo negotio subierit in
mentem. Videtur mihi non plagam aut tractum mundi, sed sig-
num Zodiaci ad quod cauda dirigitur, obseruandum esse, & illud
ipsum esse cui Cometes minas intentat. Quod si aliam
habes de ea re sententiam, magnopere rogo ne graueris mi-
hi eam communicare, & me eo scrupulo profecto non
inutili, liberare. B. Vale. Date 19 Maij Aº 1556.

Thaddaeus Hemicus
Hayko ab Hagiek.

CLARISSIMO VIRO D. PHILIPPO MELAN-
thoni Unico ecclesiae patriaeque decori, suo praeceptori
tanquam parenti perpetua fide atque obseruantia co-
lendo

In dolore maximo intestinorum ecclesiae malorum, quibus
grauius multo quam ullis hostium copiis eam laedi ma-
nifestum est, & in multiplici rerum impendentium metu
quo non leuiter anguntur piorum animi, credas mihi
adfirmanti ingenue & sine ulla simulatione, uelim, nos
post Deum reliquas ecclesiae & scholarum uobis debe-
ri agnoscimus, & literis interdum tuis leuari plurimum,
&

K

& rumoribus de praecipua quadam animi tui alacritate spem quandam prae se ferente in summo rerum discrimine valde non solum confirmari sed etiam pro nostra erga te pietate, vehementer delectari. Ita n. aiunt qui isthinc ad nos veniunt multi, hac temporum tristissima facie, cerni in vultu & oratione & omni conversatione Excellentiae tuae, aliquanto paene magis, quam rebus melioribus conspicuam ἀταραξίαν, de qua sane & excel. tuae gratulamur, & nobis gaudemus, cum quem te praeclare merentem ab ineunte aetate de communibus studiis laeta hilarique senecta aliquando frui mirifice optamus, tum quod tui praeeuntis exemplo nobis demonstrari existimamus, qua ratione maestissimum ecclesiae ac patriae statum, cum mutare non possimus, ferre debeamus. Vetus est: Animus bonus in re mala optimus. Cum ergo Reverende & cariss. D. Praeceptor quaecunque rerum fortuna erit, constanter tueamur, nec amissis ut ornamentis patriae caeteris vel praesidiis, hunc quoque eripi nobis, & vel hostium superbia atque ἐπιχαιρεκακία vel aliorum morositate, vel multorum saepe stultis cupiditatibus extorqueri patiamur. Unicum malum in quo scriptum erat: καλλίστῳ λαβέτω: maximorum Europae quondam atque Asiae malorum causa fuit, quae nec Helenus forte consiliis neque Hector viribus amoliri & prohiberi potuerunt. Nunc sparsa πλεῖστα τὰ νῦν εἴδωλα μῆλα εἰς πᾶσαν γαῖαν καὶ πάσας ἐκκλησίας: cum nos imbellis tur

ba

ba auertere nequeamus quin, ut Caecias nubes attrahere dr,
ita malis mala agminatim cumulent, quid aliud agamus? nisi
ut animo, quantum maxime possumus tranquillo in spe libera-
tionis filij Dei perseuerantes, erecto uultu spectemus fatales
orbis Tragoedias. Haec ad te scribo reuerende D. Praeceptor ac
parens unice obseruande, non puerili opinione, quasi egeas
erectione aliqua maximi & infracti animi tui, aut q. is ego sim,
qui consilio iuuare, aut leuare consolatione te possim. Sed
quadam pietate debita tibi a nobis, & affectione animi nostri
erga te mirifica, qua tibi quam optime esse, animo, corpo-
re, fortunis omnibus, maiorem in modum cupimus, Vnde quem-
cunque exitum praesentes σύλλογοι τῶν κερδαλέων, καὶ πολ-
λῶν ἄλογοι ἐπιθυμίαι habiturae sint, praeter caeteros
toto terrarum orbe plurimos, etiam nobis curae & esse & fore
dignitatem ac fortunas tuas intelligeres. Quod de multis
in hac urbe optimis ac praestantibus uiris ita ut saepe insus-
sum, tibi polliceri non dubito. Nostris hominibus merca-
torum literis persuasum est & intestinis motibus & Africis
incursionibus uexatos Iberos τὸν αὐτοκράτορα retractu-
ros esse. Huius quidquid erit conuentus Augustani exi-
tus declarabit. Ego uereor aulicas nugas esse ad redden-
dos securiores Germanos plus satis securos. Ex nostra ur-
be ad Comitia nemo profectus est. Recens autem mense
eodem & eadem septimana, nimirum sexto, pridie No-
narum Quintilium, duae naues onerariae mari tranquillis-
simo

simo, in ipso portu & conspectu hominum pene funditus perierunt, improuisa mersione altera, altera coelesti incendio. Tam rem, quae plane inaudita est, prodigij loco ipsi nautae existimant. Mercium facta est iactura, ingens & miserabilis. Hoc tamen omnes scapharum proximarum beneficio, sunt seruati. Ex Brunsuigo adferuntur ad nos & perscribuntur luctuosae quaerelae non tantum de bello, sed et consuetis belli comitibus, peste & fame atque caritate rerum omnium. Nec obscura Caesar ipse metuitur. Deus seruet urbem praeclaram ac Veterem ecclesiae hospitam. Orationem, quam ad Excell. tuam misi, emendatam abs te & praefatiuncula ornatam exire cupio, in qua re, nisi tibi ualde incommodum erit, ut pro humanitate tua mihi gratificere, etiam atque etiam a te peto. Bene uale patris loco reuerende mihique carissime D. Praeceptor & ignosce festinationi ac lituris huius epistolae. Lubecae 18 die Julij 1550 Salutem Excell. tuae optat D. Valentinus Kort pastor ecclesiae D. Petri compater meus.

T. E. Obseruantiss.

Petrus Vincentius

CLARISS. & OPTIMO VIRO

pietate & doctrina praestanti D. Philippo

Melanthoni praeceptori ut patri cariss. suo.

G. & P. per Christum. Jam hinc discessuro gener meus scriptum mihi quoddam exhibuit, sibi a D. Melchiore

ante

ante biennium missum, in quo D. Maioris sententia de bonorum operum necessitate ad salutem ita defenditur, ut author nihil uereatur asserere, in iudicio extremo, omnino perinde ut iudex politicus secundum acta & probata pronunciare solet, ita filium etiam Dei, nequaquam secundum fidem, sed secundum tantum opera de fide testantia, pronunciaturum esse. Et cum plerisque in locis non pauca ab ipso D. Maiore, qui id Chirographum illius monstrat, in margine adscripta conspiciantur, non obscurum nec dubium esse potest, scriptum hoc si non à D. Maiore ipso, attamen ex illius sententia & uoluntate compositum esse. Cum autem haec sententia quae docet iudicio Dei opponere nostra opera, cum ueritate euangelij manifeste pugnat, & pias mentes à certitudine fidei de remissione peccatorum & imputatione Justitiae Christi, in dubitationem ac desperationem abducant, conuictus plane sum, ut D. Maioris sententiam defendere porro nec uelim nec possim. Ac doleo ex animo uirum tantum in schola & ecclesia uestra, te, aliosque pios doctores audientem, errorem tam foedum alere tam diu posse, ac non libera potius confessione abijcere. Nouam obedientiam & poenitentiae, fidei, iustitiae ac spiritus sancti fructus in ijs qui renati ad spem salutis consequuti sunt necessario sequi debere & per peccata contra conscientiam relabi in iudicium & damnationem conuersos, hoc quidem negari à sanis nequaquam potest. Atque hanc esse D. Maioris sententiam ex scriptis, quae in publicum edidit,

dit, iudicaui, atque adeo damnare eam, nec uolui nec potuj.
Nunc uero cum hoc affirmare, illum et contendere, comperiam,
quod ex nouitate illa seu operum iusticia in extremo iudicio
electi iudicandi sint, adeoque quod operum iusticia iudicio Dej
sit opponenda, assentiri illi amplius nequaquam possum.
Den dz ist all9 Zuu grob, nec conycere apud me possum,
quid D. Maiorem ad hanc assertionem quae omnino cum
dra coelesti pugnat, mouerit, nec unquam persuadere mihj
à quo quam passus fuissem, hoc illum monstri alere, nisi
ipsius uidissem ipseque et agnouissem autographum. Non
igitur me deinceps propugnatorem habebit, sed oppugnato,,
rem potius sententiae suae, nisi ipsemet eam abyciat ac
damnet. Haec adycere prioribus literis uoluj, ut et quae
me caussa à D Maiore alienarit, et cuius admonerj
illum necesse sit scires. Bene ac feliciter Vale: 4
Martij 1555.

Justus Menius.

CLARISSIMO ET DOCTISSIMO VIRO
D. Philippo Melanthoni Viro et Dno
et praeceptori suo perpetua fide colendo.

S. Confessionem dni Stephani Agricolae uobis exhibitam
miserunt comites dominis doctoribus theologicae faculta,,
tis Academiae Lipsensis qui eam approbauerunt. sub,,
scripserunt, et testati sunt eam prophetis et aposto,,
licis scriptis conformem esse. Res ipsa testatur aduersarios

ex

ex inuidia persequi D. Doctore Maiorem. In effectu n. oes idem docent, et tamen calumnijs perturbant eclas. Sed diabolus qui istius calumniæ auctor est quærit confundere duas uniuersitates, Witebergensem & Lipsensem. Intelligit n. pastores eclarum, ludimagistros & alios Eclæ & reip. ministros illis educatos esse, quibus nunc contemptis facile uastatio eclarum sequi posset. Ego iudico D. Maiorem diuinitus admonitum esse, ut hanc dnam moueret. Antea n. maior pars concionatorum, urserunt fidem mortuam neglectis operibus, unde orta est securitas & licentia psentium temporum, sub prætextu libertatis Christianæ, seditionem, latrocinia & oia alia atrocissima delicta non iudicantes esse peccata, sed putant si credant illa oia esse libera, Hæc fuit quorundam doctrina. Quanquam autem omnes non ita docuerunt, tamen uulgus non aliter dnam fidei intellexit. Jam autem uideo, quod dna operum una cum fide multo maiori diligentia quam antea tractatur. Quare comites rogant, ut uos & alij perhibeatis testimonium ueritati. Quod Stephanus Agricola conditionem mutare debeat, non uidetur consultum. Primum propter scandalum quia periclitaretur doctrina, et oes iudicarent eum fictum esse, et quod falsa docuerit, secundo quod Comes Albertus, et in alijs obtineret, cum magno malo aliorum comitum.

Quare

Quare sequemur regulam, tu ne cede malis sed contra audentior ita. Vos uestra authoritate breui aliqua pagel-la hanc controuersiam dirimere possetis, quod ut & fiat rogo (quia aduersariorum existimatio apud multos indies decrescere cepit) & me uobis commendo. Vale in die natiuitatis Mariae. Anno 53.

Melchior Ayrer.

CLARISSIMO PRAESTANTISSIMOQUE
Viro Doctor. Dn. Philippo Melantho-
ni integerrimo amico suo

S. Agitur iam annus hic ni fallor tertius, quod tu ex Gal-lijs me redeuntem humaniter excepas. Natales tum ali-quot principum aetatis nostrae, calculos astrologica cura examinandos dedisti. Hic mihi qualis olim in iudiciaria quam uocant astrologia futurus eras, obscurere mihi uidebar. Tanta. n. erat facilitas tanta ingenij uis, ut quis etiam aspecto astronomico schemate, naturae misterium eliceres. Idque uix dum ut asserebas, artis eius rudimenta atti-geras. Interea uero temporis multa accreuisse non dubito adeoque consummatum in te esse iam eius artis robur mihi persuadeo, ut quae ego nesciam ex te libe-rius sciscitet. Tres itaque partiendi coelum ut ut illi dicunt erigendi domus modos receptos esse nosti. Eorum quem ego potissimum seqter nescio. Regiomontani

ra-

rationalem uocatum modum uti non sperno sic inesse quod re-
spuam uideo, breuiter ut id commonstrem ne sit molestum. Qui
apud priscos eruditi Viri cæli uniuersam aream in duodena æ-
qua partiti sunt (quæ signa Zodiaci ab effectu credo uocant)
hoc unum spectasse credo: ut omnium imaginum cæli, omnes stel-
las, omnes item planetarum motus certis quasi limitib. inter-
cluderent. Quam hoc sequuta est posteritas. arcana rimando ex
duodecim uocatis domib. uniuersum cælum respectu horizon-
tis cuiusque regionis in duodecim æquas partes secare pro-
posuit. Hinc quod partiendo cælum ad æqualitatis ratio-
nem magis accesserint, minus falli reliquis olim certo mihi
persuadetur. Æqualitatem aut diuisionis hanc uoco, non
quæ in Æquatore fit circulo, quod Regiomontanus praescit.
Sed eam, quod in circulo qui per Verticales puncti æquire
adeoque ueri ortus & occasus mutuam cum horizonte inter-
sectionem per duodenas æquas partes statuitur. Quæ domorum
æqualitas à Regiomontani uia quantum discedat sphæræ
rationem consideranti palam fiet. Quid quod propter hos
qui rectam, ut uocant, sphæram habent, nusquam æqua-
les domos reperire contingit. Taceo quod sint, qui penitus
à domorum ratione excludantur, nempe ij quibus æqua-
tor horizontis uice gerit. Nec est quod commode hic cla-
bi queant, quod sub æquatore circulo omnem domorum ratio-
nem

nem cessare abijciant q tunc ego recipiam, ubi eius loci caelo
nullam uim atque effectum inesse ostenderint. De partiendo caelo
hactenus: hic quod tibi probetur fac a te impetrem. In euol-
uendis iudiciariae astronomiae autoribus eodem modo quo su-
pra haereo. Quos ex tanta turba sectandos eligas scire cupio.
Quos ego legi barbaros tantum abest ut coepto studio satis-
faciant, ut eorum quosdam plane reijciendos esse putem.
Arabum uero suspectam fidem esse mihi crebra in Gale-
no meo euoluendo facit offensio. Quem pluris facio Pto-
lomeus sua qua scripsit lingua non prostat, translationem
adulterij accuso. Sunt qui reducendi eius autoris bonam
spem dederunt. Sed hactenus ego nihil uideo, apud te itaque
si spes aliqua est eius autoris et mihi spem addas oro.
Quas tuis hic iunctas esse uides literas quibus inscribuntur
tradendas cura. Est Ludouicus Herpelius Wratislauiensis
tui summe studiosus adolescens; Is cum tua commenda-
tione Bresslae scholam iam aperiat, per me tibi magis atque
magis commendari cupit, communem mecum hic patri-
am, semper bonae indolis mihi uisus adolescens, desunt
quae literas alant patria bona. In hunc quicquid be-
neficij contuleris mihi feceris. Vide humanissime mi
Philippe, uide insignem meam impudentiam, quod alium
apud te commendare audeam ipse commendatione egens.

Vestra

Vestratem mathematicum meo nomine plurimum saluta, huic
per te innotescere cupio, id tu curabis rectius. Annulum
Mathematicum ex inuento meo meum, quem olim coram osten,
deram Orontius ut est gloriosus Thraso inter sua inuenta in
Prothemathesis ultimo libro numerat, turpiter alieno labo,
re partem gloriam in sese transferens. Verum cum reli,
quis nostris Germanis sua suffuratus sit corniculaque se Aeso,
picam conuestiat, aequiori ego meum fero damnum. Si re,
spondere meis literis uisum est, literas Fichardo nostro Fran,
cofordiam mihi transmittendas mitte atque Vale rectissime.
Datae Confluentiae. Die Veneris post Pentecost. A. 34

Jos Dryander princi,
pis Treuirensis apud Con,
fluentinos physicus.

CLARISSIMO VIRO PHILIPPO ME,
lanthoni patrono S.

S. In horribili luctu hic boni omnes sunt. Senatui n.
a maiori parte magni concilij potestas data est suppli,
candi imperatori atque rogandi ut nobis aliquot ecclesias re,
linquat, in quib. puram Christi religionem usurpemus:
Et si in caeteris Imperator uelit omnino Interim su,
um institui, id curet per episcopum fieri. Causa huius
tantae deiectionis omnis haec est. Nisi indignationem Im,
peratoris ita declinemus, ut religione tota et caeteris
rebus

rebus perditis, ipsi quoq funditus excindemur. Nullum .n.
ullo ex loco auxilium expectandum. Vides quantum hic cog-
nitionis omnipotentis Christi eluceat. Et haec putant se mos-
ferso Deo sic censuisse: καὶ ἄρχων ταύτης γνώμης ὁ ...
... moriendum tamen censet potius, quam ullum religionis
fermentum admittendum. Deo ita persuasit sibi, a nutu
Pedagogi pendere nunc dix, ut nulla alia supersit uia
religionem retinendi. Nec dubitat tamen ea q petantur nunc
impetrari ab Imp. non posse. Decreuit .n. Episcopum in su-
is templis debere papatum restituere. Quare si nobis
aliqua templa coenobitarum concessurus sit ut Augustanis
concessit, templa tria minorum, praedicatorum et Carme-
litarum, ea concedet, si in illis uelimus exeq quae in
Interim praescribuntur. Putat ergo noster rem Christi ad pri-
uatorum confessiones esse redigendam, Nullum .n. princi-
pem, nullam rempub. retenturam publice religionem pu-
ram. Potest uerum esse, nostris id peccatis exigentibus,
uaticinium, pium tamen esse non agnosco: sanctificare De-
um in cordibus suis ah quam pauci hodie possunt.
Multo maxima ciuitatis pars horrendum in modum fremit
sic abijci libertatem, et religionem. Verum dum inter hos
q uellent agi fortius, haud pauci sunt magis tumultua-
rij, quam fortes et strenui, inter sacrum et saxum stamus,
q uerbum domini administramus. Si dissimulamus tam im-
manes.

manes lapsus, quorum pernicies adeo late grassatur, reprehendit nos & conscientia & eccl[esi]a. Si eos taxamus etiamsi longe infra meritum, multorum animi commouentur, ut ea potius tentent, quibus admissa mala exasperent, quam quib[us] emendentur. Tamen relinquere stationem nostram non licet, precibus itaque uestris nos in hoc certamine periclitantes adiuuate. Præter omnium etiam aulicorum opinionem soluit Imperator Spira 3 Septemb. & properat in Belgicum. Causam alij aduentum filij, alij nescio quos motus in Belgico conijciunt. poterant itaque nostri plus etiam externæ pacis sibi a d[omi]no expectare. Heluetios distrahit contraria pecunia. Nouempagi ex tredecim noluerunt causam Constantiensem suscipere agendam apud Imp[eratorem] nisi reciperent Interim, & Episcopum suum, cum Clero. Hanc conditionem recipiendam Constantienses censuerunt sententijs 164. supra dimidium, tanta bonorum facta clades est. Optimus enim quisque in propugnatione Vrbis cecidit. Inde mali facti audatiores, tam multos ex infirmis in suas partes pertraxerunt, ut cum uix 600 ciues supersint, tanto tamen numero sententiarum uicerint partem piam. Ambrosius cedere furori malorum coactus est. Zwiccius cum in pugna præsens uitæ periculo uix euaserit, sinistra enim ex dimidio ei in manu per bombardam decussa est, nunc cum Thoma, in multo maiore discrimine uersatur inter ciues. Veracis exploratio nunc uiget filiorum Dei; dominus opem suam properet. Frechtum nostrum, & confessionis eius

col.

collegas, si ducuntur in Belgas, ut fertur, extremam confessio-
nem manere oes existimant. Dominus eos corroboret. Ducitur
cum illis affinis Frechti, qui dudum sororem Frechti in uxo-
rem duxit, homo senatorius, ob unam hanc caussam, quod
Frechtum, tunc cum Ulma abduceretur, hortatus est ad con-
stantiam. Dominus noster Jesus Christus uelit tandem his uen-
tis & procellis atque fluctibus quietem imperare, & faciat nos
se expectare accinctos lumbis & ardentis facibus. Idem uos
protegat & seruet eclae suae. Commendo tibi duos hos nos-
trates adolescentes pios & studiosos rogo reuerenter salutes
praeceptores & collegas nostros D. D. Pomeranum, Crucige-
rum, Maiorem, Milichium, atque caeteros. Nostri collegae
se oes uestris pcibus commendant, & precantur uobis am-
pliss. Dni benedictionem 7 Septemb 1548. Faciunt
aliqui spem melioris sententiae ubi iterum res referetur
ad magnum concilium, faxit Dominus.

T. totus. u.
Bucerus

CLARISSIMO VIRO D. PHILIPPO
Melanthoni patrono & amico suo
summopere colendo. S. D.

Inspexi responsionem Tigurinorum ad lib. D.D & de-
prehendi inter caetera plurima, quae admodum displi-
cent. Nihil. n. omittunt quo putent se probare posse

Lutherum malum uirum esse. Se uero absque ullo uicio deprehendi et Concordiae, ut actionis nostrae pro concordia, quam Wittembergae constituimus, nusquam illos mentionem fecisse, et talem quod doctorem et in me posit commouere. Eam de re purgo me D. doctori. Te rogo quod scribo legas, et si ni debite exhibeas, D[omi]nu[m], quo possis tamen modo efficias, ne et nos rursus in perniciosiss. illam contentionem pertrahamur, qui concordiam non solum custodiuimus fideliss. uerum etiam retinere et promouere maximopere studuimus. dominus respiciat ecclesiam suam. Opt: Vale Argent. 22 Martij 1545.

M. Bucerus

CLARISSIMO UIRO D. PHILIPPO Melanthoni totius melioris ac sanctioris eruditionis antistiti patrono suo imprimis obseruando G. et P.

Vir doctiss. Ingens tenet omnes tui desiderium et expectatio, nec minor tuum aduentum consequetur utilitas det ergo d[omi]n[u]s ut aduenias et mature. Nunc multorum quoque animi plusquam antehac ad pacem uerum ecclesiarum inclinant, ut spes certa mihi sit, posse modo tua authoritate et opera offendiculum illud grauiss.[m] dissidij ecclesiarum penitus submoueri. Schnepffius perquam humaniter se habet, ita non Blaurerus modo, sed ceteri alij praedicant. Dicitur aduenisse, Osiander Thubingam. Is paulo ante ad me scripsit, se non sibi tantum

sed

sed & multis amicis suis persuasisse sententiam nostram de Sacramentis quam exposuimus in libello ad Monasterienses tolerabilem esse, fratres nos in Christo iam agnoscit. Cumque in ditione Wirtenperg: regula instituendi ecclesias proponatur omnibus, confessio & apologia vestra, id vicinae ecclesiae omnes comprobant, sicut pridem omnes nos qui evangelium Christi in reip. administramus eidem subscripsimus. Haec videtur non contemnenda opportunitas, perficiendi ergo quod tibi quondam propositum isti. Tum quanto universam Germaniam demeriturus sis beneficio, institutis probe, cum ecclesiis, tum studiis tantae ditionis ipse indubie satis perpendis. Veni ergo & veni quamprimum; sed spero in horas me auditurum, te aut venisse aut in itinere esse. Optime Vale. De Dn. bino reduce tibi & quae veram eruditionem cum religione coniunctam omnibus, plurimum gratulor. Et probe hic, si quid mihi hac in re iudicii, quod redit tam mature à corte scilicet, quae hodie praeter peregrinitatem, & quaedam rerum monumenta litteris celebrata tam parum habet cur adeatur, a Germanis duntaxat. Bene sit tibi, huic delitio tuo & omnibus qui tecum sunt. Commenda me si ad huc Wittembergae haeres doctori quam officiosissime D. Jonae, & aliis. Arg: Nonis octobris.

Bedrotus se tibi plurimum commendat, scripsit ex nundinis Franco. Ego te sperabam iam in itinere esse esse ad nos.

M. Buc. tibi deditiss.

Doctis

DOCTIS. VIRO D. PHILIPPO Melan-
thoni suo preceptori ~~suo~~ S.

S. Cum Artes quandoque iaceret grauiter affectus, ipsumque
inuisens medicus quidam ut fit mandaret, μήτε (dixisse
fertur) ὡς βοηλάτην με θεράπευε, μήτε ὡς σκαπα-
νέα, ἀλλὰ διδάξας πρότερον τὴν αἰτίαν οὕτως ἕξεις
ἕτοιμον πρὸς τῷ πείθεσθαι, διδάσκων ἐκ τούτων, μὴ
δεῖν χωρὶς αἰτίας προσέχειν. Ita optarem et ego
occasionem mihi, ut tecum coram tanquam cum huic doctiss.
et physiologiae peritissimo, de aegritudine tua conferre
possem. Quanquam autem non dubitem, te isthic et exer-
citatiores et doctiores me, in arte medica uiros habere:
non tamen praetermittere potui, quin tibi petenti consilium
meum qualecunque tandem futurum erat ascriberem. Colo n
te et ueneror singulariter ac ita tuam huma: complector
ac amo, ut non minus de salute tua atque mea ipsius sollicitus
sum. In eo autem quod alias semper faciendum praecipit Hip-
po: et Gale: atque ego mihi in exercitatione artis iam
inde ab initio diligenter proposui, sedulo caui ne si pro-
desse non possim, nocerem. ἀσκεῖν enim ut inquit Hippo:
περὶ τὰ νοσήματα ὠφελεῖν ἢ μὴ βλάπτειν.
Mihi autem dubium non est, quin primarius affectus sit
ἀπεψία, eam deinde ut fit consequuntur obstructiones uis-
cerum ac postremum corruptiones humorum, qui enim non
mouentur neque exhalant facile putrescunt, ut inquit Aristo:

Iam

Iam putrefactos humores cum natura amplius assimilare nequit, conatur expellere quomodocunque. Atque hinc provenit scabies illa in sinistro latere, quae forte etiam totum corpus iam occupat. Haec breviter de morbo. Curae summa in his sita erit. Principio ut humores depravati praeparentur ad expulsionem, ac deinde expellantur. Praeparantia talia erunt. Ut simul acredinem humorum retundant, pituitosa et crassa incidant, meatus aperiant viscerum maxime epatis & lienis. Haec in adiecta chartula annotavi. Huius itaque syrupi posset sumi cochlear unum in iusculi gallinae cyatho moderato calido duab. horis ante prandium continuis dieb. tribus aut quatuor. Intermisso deinde die uno ac quiescerem in sumptione hierae simplicis Galeni, relegatis omnib. fortiter purgantib. Iuberem autem eam diligenter parari eo modo quo ipse eam paro mihi, & adieci in haec schedula. Plane enim experior eam non frustra tantopere commendatam à Galeno, ac vere esse quod dici solet θεῶν χεῖρας, de his pilulis sumi possent primum quinque mane duab. horis ante prandium, deinde interpositis aliquot dieb. pro ut eluxissent augendus esset numerus aut diminuendus. Intermediis diebus quibus nihil medicamentorum sumeret, uteretur Fumaria tua iusculo Gallinae moderato calido, ad contemperandum humores acres, & impediendum ne ventriculus crudos

aut

aut uitiosos humores attraheret: idque aut quotidie aut quam saepissime commode fieri possit tribus aut quatuor horis ante prandium faciendum esse consulo. Neque dubito, quin si Hum. tua his utatur, magnum ualetudinis melioris commodum sentiret. Ad animi uero morbos ex his periculosissimis conuersionibus temporum prouenientes habet celsitudo tua medicum praestantiss. et paratissimum dominum nostrum Jesum Christum, qui etiam capillos capitis suorum numerauit. Eum oro toto pectore ut aerumnas tuas publicas et priuatas leniat, quod ipsum facturum propter nomen sanctum suum confido. Pro libello Dialectices habeo tibi maximas gratias, quamquam non mandaueram nuncio ut dono librum peteret, tantum cupiebam manum tuam adjici, quia cum libellum quem ante annum ad me dono misisti, Medmanus noster cum Coloniae esset sibi seruauit. D. Crucigerum translatum esse ex hisce miserijs mundi ad Caelestem patriam ipsi quidem gratulor, propter te autem optarem ut eius dulcissima consuetudine in his, tam grauiss. et molestissimis deliberationibus frui diutius tibi licuisset. Sed mihi dubium non est, quin dominus noster Jesus Christus qui pro nobis uictima factus aeterno patri nos omnes sit liberaturus ab impendentibus et praesentibus periculis. Medmanus ante aliquot septimanas ad me scripsit se Bremae fuisse, ut mirer cur non ex

itinere

143.

itinere ad uos deflexerit. Rogat me ubi ad te & Came-
rarium scripsero, ut uos suo nomine amanter salutem. Credo
autem ipsum hoc tempore redysse ad nostrum Athanasium,
quem scribit D. Echtius medicus constantissime ferre for-
tunam suam ut nunquam antea. Hactenus enim nihil red-
ditus ei assignatum esse. Dominus ipsum consoletur &
conformet. Gropperus factus est in patria sua Susati
concionator resignato Canonicatu summi templi Coloniae,
recipiens interim pensionem quinquaginta solidorum aureorum.
Haec adijcere uolui si forte eadem ab alijs non au-
diuissetis. Dominus noster J. C. aeterni patris filius defen-
dat ac colligat reliquias ecclesiae dispersae, quod ex animo
tibi precor & opto toto pectore. O Jesu Christe ἐλέη-
σον πρὸς ἡμᾶς, καὶ μετάσησον κακῶν. Bene
uale mi doctissime ac animo meo carissime. Datae Norimber-
gae Calen. Janua. Anni 1549.

Toto pectore tuus
Cornelius Sittardus.

CLARISSIMO VIRO PIETATE DRA
& uirtute praestanti D. PHILIPPO ME-
lanthoni in inclyta Academia Witeber-
gensi professori celeberrimo praeceptori.
S. perpetua reuerentia colendo. 8

Cla-

Clarissime vir praeceptor perpetua reverentia colende. Etsi
fortassis non satis verecunde facio quod te virum ex volun-
tate et beneficio supremi numinis in sublimi ecclesiae collocatum
loco et gravissimis laboribus et curis occupatum ego qui
tibi de facie uti reor satis notus non sum interpellare
audeo: tamen vicit pudorem meum officij pij et aequi
consideratio et mea de tua ubique pervulgata humanita-
te et animo ἐπιεικεστάτῳ persuasio. Quid tibi debea-
mus omnes quicunque fere ecclesiae alumni et repurgatam
doctrinam amplecti videri volumus notissimum est. Utinam mo-
do in multis maior erga te pietas et gratitudo conspicere-
tur, nec execrandi parricidae te communem parentem
inmani lacerarent et iugularent crudelitate. Sed vi-
vit ille qui vindicem habet oculum et vincit ea iustitia
apud omnes bonos et pios. Mihi autem quod vere affir-
mare possum ab eo usque tempore quo bonarum artium
et pietatis elementa a te magistro praescripta mihi in-
stillata sunt et postquam deinde multos annos in tua
schola assidens salutarem et piam tuam vocem hausi co-
ram, ita ea dulcis et docta visa est atque ita aures et
mentem meam occupasse ut Deo dante deinceps in mul-
ta rerum mearum varietate diversa studia nec illae blan-
dae et Sirenes Italicae eam potuerint mihi obscurare

aut

aut deminuere dulcedinem. Circumfero igr mente & pectore assiduam tui memoriam & una cum mul-
tis pijs cordibus preces & uota pro salute tua & in-
columitate ad filium Dei fundo qui mæstæ & orbæ suæ
ecclæ hunc diligentiss. & uigilantissimum diutissime tuea-
tur aurigam. Scio etiam fratrem meum M. Ada-
mum Curæum quem Deus ad docendi munus uocauit
uere abs te diligi ita ut partem illius tui erga ipsum
amoris in me quoque pro tua liberalitate deriuari indi-
cem & amplectitur me uera beneuolentia clariss. &
doctiss. gener tuus. Hisce igr rationibus adductus non
potui non hoc meo tempore cum pluribus uiris doctis
& amicis meæ beneuolentiæ ostenderem significationem,
meam et erga te testari reuerentiam. Ea autem est
rerum mearum conditio. Didiceram in nostra Germania
te præcipue doctore qualiacunque philosophiæ atque quæ huius
fastigium est artis medicæ elementa, & postea cul-
tissimam & doctissimam adij Italiam ubi artifices
illarum academiarum quos Deus uberrima artis nostræ sci-
entia & singulari dexteritate & peritia ornauit au-
diui & sectatus sum. Nunc autem posteaquam pro-
pitij numinis ope ad meos reductus sum & opera
mea a reipub. Glogouiensi in hac nostra Elysia con-
ducta.

ducta est decreui Deum in coniugio caste & cum bona conscientia inuocare. Mollib. igr uinculis matrimonij cum quadam honesta in mea patria Eleutheropoli uirgine me implicari passus sum. Diem nuptijs diximus XI Octobr. Te igr reuerenter charissime d. Praeceptor oro ut si tantum temporis suffurari tibi potes ad eum diem cum tuo clarissimo genero & oibus tuis ad nos expatieris atq hanc nostram festiuitatem & si philosophicam quod Clariss. D. Crato meus frater, D. Gigas & multi alij tui uere obseruantes & amantes Deo dante facient tua quoq praesentia quae uere Augusta nobis futura est honores. Nos rursus nunquam desinemus te uenerari & uere pia στοργῇ diligere. Habemus hic Iureconsultum D. Antonium Carchesium, ad quem & haec prouincia & plures aliae tanquam ad oraculum confugiunt. Is te colit te amat & una mecum in oculis quod aiunt gestat. Eum hoc tempore Caesar cui est a consilijs ad sua negocia euocauerat. Saepe optat autem sibi a te uel a tuis aliquid imponi operis quo testetur quam ipsi sis carus. De caeteris reb. quod scribam non inuenio. Elysia nostra satis ex Dei beneficio est tranquilla, multis in locis eccliae recte sunt constitutae, alicubi autem adhuc regnant κακοὶ docti sacerdotes. Fama est Caesarem Hyemare Vratislauiae ubi quidem iam fiunt apparatus. Faxit Deus ne

ille

ille regum quem parturiunt. Congressus quietem nostram eclasq turbet. Superiori mense cum Vratislauiam ad meum fratrem excurrissem, à celeberrimo genero tuo breue à uestris mihi poetis petebam impetrari epithulamion, cui si unico disticho tuam quoq benedictionem obt. mi D. præceptor addideris quam nos beabis. Ita tamen peto ut nec importunus uideri nec alieno te tempore onerare uelim. Bene & feliciter uale reuerenter commendo: Glogouiæ 24 Septemb. 1559.

Ex. t:
reuerenter colens
Joachim Cureus medicq
physicus Glogouiensis

D. CASPARI PEUCERO
Franciscus Joël S.D.

Clarissime & ornatissime Vir amice summa animi obseruantia complectende, non minus prudenter quam piè dictum est à summo illo philosopho: qui coniugium negligit deos uidetur negligere. Cum n. Deus primum conformato homini inseuerit omnium reliquarum uirtutum igniculos ac seminaria, q quidem uirtutes in Deo sunt præstantissimæ, ac præcipuè castitatis notitias ingenerauerit atq adeo certa lege fœminam ei coniunxerit, ut non obscure ostenderet se oes commixtiones execrari, q extra hanc legem & coniunctionem fiunt: non dubium est enim ipsum negligere ac illiberalissime aspernari Deum q con-

iugium

iugium negligit ac contemnit. Hoc n. modo & non alio uult
aeternus Deus propagari genus humanum, ne pecudum ritu
hoes temere commisceantur. Hanc aeterni Dei ordinationem,
cum ad me denuo quoque spectare existimarem, posteaque pri-
or mea charissima coniunx miserabili ac tristi casu Deo
Moroia defuncta esset & mortem eius iam per integrum
annum multis gemitibus luxissem, iterumque usus essem consi-
lio eorum, quorum authoritatem uereri debui, sponsalia
contraxi cum pia & pudica uirgine Catharina filia Titi
Temelij ciuis Sundensis demortui, ac nuptijs meis diem
ipsam Calendarum Nouembris constitui quem ut Deus for-
tunet & feliciter prouehat toto illum pectore oro. Cum
autem Clariss. uir in more positum sit ut ad nuptialia
festa inuitentur homines pij ac honesti, cum pp. diuini
auxilij inuocationem, tum propter recepti moris propaga-
tionem: Ego quoque ab excellentia tua clariss. D. Doctor
uehementer etiam atque etiam peto, ut ad dictum diem Gri-
phis Waldij comparere non graueris, sed praesentia tua
nuptias nostras ornes, pia uota meis ac sponsae precibus con-
iungas, aeternum patrem dni nri Jesu Christi inuoces ut
hoc 2dm coniugium meum sit felix & faustum ac salu-
tare, cum mihi, tum sponsae, ac sit inter nos uerus dul-
cis ac incorruptus amor, denique ut quicquid ab Excell. tua
hilaritatis ac laetitiae proficisci poterit, id reipsa etiam
testatum relinquere dignaberis. Quod officium ego profecto
tanti aestimabo, ut pro eo omnia mea studia Excellentiae

tuae

tuæ deberi libenter ac ingenue sum agniturus. Et quæcunque potero rursus gratiss. animo declaraturus. Vale.

Franciscus Joel.

DN. PHILIPPO MELANTHONI. S.

Vir clariss. præceptor ac compater amantiss. ante paucos dies per D. Johannem Lutherum compatrem meum cariss. ad te literas dedi quas te nunc accepisse non dubito. Quia vero in fine earundem significaveram me tibi de filiæ meæ carissimæ nuptiarum tempore brevi iterum scripturum esse, pro mea debita observantia, amore ac studio te latere nolo me hic in patria eas nuptias fieri voluisse. Verum cum Clarissimus vir D. Wesenbecius gener meus futurus iam pridem doctoratus insignia suscipere constituisset, ac interea temporis privilegia academiæ Ienensi concessa allata essent visum est commodissimum fore, ut una eademque die tum doctoratus, tum nuptiarum pompa celebraretur. Eaque de causa XV diem Februarij instantis huic rei constituimus, quæ æternus pater dnj nostri Jesu Christi faustum & felix esse velit. Teque ad utramque pompam reverenter & studiose invito, ac rogo ut ad XIIII Febr: Ienam, tibi non ignotum locum, ac hospitium vetus academiæ vestræ, immo tunc etiam nostræ, venias & quale cupias sodalitium adducas. Et meorum honori adsis & faveas, tuisque sanctissimis precib. hæc quoque auspicia Deo commendes. Meministi te hic & alibi meis & meorum nuptijs adfuisse, cuique

cuius sane rei recordatio mihi periucunda & grata in hunc
usque diem exstitit, nec quidquam magis optarim, quam ut idem
nunc quoque in carissimi generi mei promotione & amantissimae
filiae nuptiis fiat. Spero enim nos hoc praestituros esse, ne quod
vel hospitalitatis uel humanitatis officium in nobis desideretis.
Rixas, iurgia conuitia & calumnias quae sanioribus omnibus im-
probantur ac displicent, in extremas insulas relegabimus, quibus
in locis utinam iam et esset τὸ Μήλον (?) ἔριδος,
quod nescio quo fato in has terras peruenit. Verum nun-
quam spem abieceram quin dominus pro sua bonitate, pa-
cem & concordiam, ecclesiae suae in his praesertim regionibus
aliquando redditurus sit quod quidem pii & concordati omnes
una uoce & mente precantur & optant. Ego hisce meis ad
te datis literas ad D. Rectorem & senatum academiae uestrae
scriptas addidi, tuoque iudicio & singulari erga me beneuolentiae
& studio permitto, an hae reddendae illis sint nec ne. Hoc
uere adfirmare possum, candido, syncero & optimo animo haec
a me fieri, nec quidquam mihi magis in uotis esse, quam ut
qualis qualis occasio nascatur, aliquis aditus aut nuncius
ad ea quae precamur & optamus. Mea tibi debita gratitu-
do & obseruantia perpetuo constabit, nec Deo uolente com-
mittam, ut in hac mea senecta & imbecillitate quae me
quotidie alterius & quidem aeternae patriae admonet, ab of-
ficio discessisse dicar. Deus pro sua infinita clementia
te ecclesiae & reipublicae diu saluum & incolumem seruet. Bene
ac feliciter uale. Datae Vinariae 22 die mensis January
Anno domini 1558.

Franciscus Burchardus.

DOCTISSIMO VIRO D. CASPARO
Peucero compatri suo charissimo Viteberge

S. P. Charissime compater. Accepi a nostro Conrado bibliopola literas tuas pro quib. agentes ago gratias. Quae respondit socer de D. A. Lasco, ei retuli. Puto illum utrique uestrum responsurum. In postremis quas a me habuisti ad D. Philippum literis, rogaui ut nostram etiam et nos, amicis suis Francofordiensib. commendaret. Etsi pij omnes nos summo prosequuntur amore, tamen sperabamus reliquos mitiori futuros animo, ubi senserint D. Philippum nobis quoque bene uelle. Te itaque oro ut nostram causam iterum apud eum agas. Mitto ei aliquot opuscula ex quib. intelliget, quid sentiunt uiri doctissimi in ea quae nunc inter doctos uersatur controuersia maxima. Misissem etiam quae nostri Martyres ea in re confessi sunt, sed temporis breuitas non patitur, ut ea latina dare possimus. Cupiunt uero pij, ut amplius suam in hac re sententiam non celet D. Philippus. Nec sane uideo quomodo pie et tuto id facere possit, cum tot ab eo uno pendeant, et credant eum omnino cum Luteranis hac in re consentire, quod mihi nullo modo uidetur uerum. Nunc ut nouarum rerum te certiorem faciam, primo ab externis incipiam, dein ad domestica ueniam. Induciae quinquiennales inter Caesarem et Gallum sunt promulgatae, Verum eas tanto temporis spatio posse durare non uidetur uerisimile,

Nam

Nam pont: qui à Gallo stat noua molitur, tum in regno Neapolitano, maximas copias coegit, suis ne sub aliquo principe militent, pœna capitali interdixit. Ferunt Gallum post inducias Vrbem in Lombardia expugnasse. Id si uerum sit non patietur multum Caesar, modo per inopiam possit par referre. Est Caesari in inferiori Germania exercitus satis instructus. Sunt qui putant eum aliquid in his regionibus aggredi uelle, nos ueremur ne in nostram perniciem sit paratus. Nam tam infesto est nostra Maria in suos odio ut nihil illius animum pacare possit. Non satis est doctissimorum et piissimorum uirorum maximum numerum è medio sustulisse quin totum regnum in seruitutem Hispanorum redigere conatur. Non opus esse credo, ut de morte Latimeri et Ridlei ad uos aliquid scribam, cum id per illorum fidem, dram, constantiam diuulgatissimum sit. Mortuus est etiam Vintoniensis hidropisi primo correptus. Successit ei in munere Cancellarij Archiepiscopus Eborum. Hethus cognomine. Is apud uos cum Foxo agebat, quum regis causa in quaestione esset. Non minore odio in Christianos iam flagrat, quam ipse Vintoniensis, imo ferunt longe superare. An Cantuariensis sit combustus nec ne, hoc nobis incertum. Quod imago sua Romae sit exusta id pro certissimo habetur. Editus est libellus noe illius in quo omnium rerum palinodiam cecinisse uidetur, Verum

cum

153.

cum pp. insignem autoris stulticiam, obiq nisus est Cantuari,
ensis non esse, coacti p pudore sunt interdicere, ne ampli,
us per manus hoium uolitaret. Quidquid putant Papistae
pro se facere posse, illud quamuis fallissimum, publice
concionari, scribere, legere, dicere, non uerentur. Facile osten,
dunt ex quo prognati sunt patre. Non dubito, ubi iam
illorum iniquitas in flore sit, & nos nostris meritis dignas
luerimus poenas, quin Deus Optimus pp. filium suum Je,
sum Christum respiciet gemitus & dolores suae ecclesiae.
Procul dubio opus erat tali flagello, alioquin euangelium
nunquam radices egisset firmas. Nam maior pars sua tan,
tum quaerebant, multi prae se ferebant speciem pietatis,
qui à religione alienissimi erant. Polus Cardinalis factus
Cantuariensis, iam tandem se Moloch dicauit. Finem
imponam. Salutabis socerum, uxorem & D. Pau,
lum, reliquosque omnes amicos nostros meo nomine plurimum.
Filiolo nostro omnia fausta precor. Salutant D. Philip,
pum & te dominus Checus & Gregorius Raylton. Va,
le. Francofurti pridie Calend. Apriles. 1556.

Tuus Johannes Ha,
les Anglus.

+ VIRO VIRTUTE & DOCTRINA SINGULARI,
D. Philippo Melanthoni, suo praeceptori, &
patrono S. D. P.

De

S. De tuo ad nos itinere impedito, non mediocriter hic
dolemus, partim nostra, partim tua caussa. Quis non
uidet quantum salutis tuus aduentus non solum toti huic
ditioni sed etiam nobis gaudij & uoluptatis allaturus fuisset?
quod tibi, ut parenti debemus & cupimus quare ut male sit
ei qui tuae ad nos profectioni obstitit precari non desistimus
Tua uero humanitas si ex oculis eorum quibus hanc acer-
bam tum ecclesiae tum Germaniae fortunam debere iudi-
camur, in hanc terram ablata fuisset, animi tui maerorem
tum loci huius tranquillitas non parum leuasset, ubi, et-
si barbari sumus, nulla tamen tam tetri facinoris, & im-
manis parricidij monimenta in oculos incurrerent, quibus
tuus dolor toties recrudesceret, tum non solum nostri
Principes, sed plane omnes, quibus literarum nomina hic
nota sunt, aliquo officij genere & testificatione pieta-
tis in te recreando suam beneuolentiam atque studium
tibi probassent. Nam Principes etsi nulla re suum ani-
mum in te (ut oportuit) testati sunt, teque oberran-
tem accersere, cum ea de re a me diligenter actum esset
distulerint tamen ut sunt tui amantes, te praesentem sin-
gulari benignitate prosecuti essent. Tum Princeps
Johannes Alberti in administranda rep. successor, pa-
tris longe dissimilimus (ut nunc quidem uidetur) filius
cum patruo Henrico de suo officio communicat, & iam
nunc

155.

nunc religionis, atque literarum patrocinium suscipit. Hic talis in te fuisset, qualem decet bonum Principem esse, in optime meritos de ecclesia et rep. In nobis uero, qui et nos, et nostra tibi debemus nulla pietatis officia, quae a nobis praestari potuissent, desiderasses. Quapropter aegerrime ferimus te et uariis et grauibus fluctibus iactatum ab hoc tranquillitatis portu nescio cuius importunitate reiectum, nobisque occasionem nostri studii in te declarandi non esse concessam. Quod si qui noui motus extiterint, ut nunc sunt tempora, et hominum fides, procul abesse non uidetur tu, si hac nostra non contemnis, rogo ad nos aduoles, non in aliena, sed in tua peruenies, ubi etsi caetera omnia inculta, tamen fidem atque amicitiam sancte et religiose coli re ipsa experieris. Ego ante scripsissem. Sed de loco, quo literae dandae, semper incertus eram. Dominus tuam humanitatem cum tota domo et ecclesiae et literis in multos annos misericorditer conseruet. Ex aedibus aquilae. 9. Calend. Feb. Aliquid remisissem, nisi mihi uectura defuisset.

Arnoldus Burenius

CLARISS. VIRO DN. PHILIPPO Melanthoni Domino et amico. S.

Cum Zacharias hic discipulus aliquando meus, istuc proficisceretur, nolui committere, ut sine literis meis ad te ueniret. Quanquam igitur putem ipsum sua uirtute

et

& uirtute tibi satis commendatum iri, Volui tamen & ego
calculum meum apponere, teque pro ueteri nostra coniunctione
orare, ut inter tuos, hoc est, quos fauore ac studio tuo prose-
queris, eum haberes. Ostenderesque meam apud te commen-
dationem illi parte aliqua profuisse. Amabis serio homi-
nem ubi diligentiam & studia eius erga bonas literas cog-
noueris. Ego uitae genus in quo iam tempore multo uer-
satus sum, mutaui tandem, & proximis hisce diebus ex
agamo δίγαμος factus sum. Dices fortassis, homo tam
prouectae aetatis? sed multa cogunt liberi & res familia-
ris, cui ego ipse neque possum praeesse, neque si uelim maxime,
scio. Itaque uereor ne mutationem uitae hanc, et conditionis
aliquando sequatur. Sed hanc rem domino committam.
Si tu, cum tuis uales, gaudeo plurimum, neque enim certe
de te iam diu quicquam audiui, eo uidelicet loco positus,
quo pauci a nobis commeant. Non autem minus de tua
salute sollicitus sum, quam de mea idque propter plurima
atque perpetua in me merita tua. Bene uale. XIIII
Calend. Maij. Francoforti.

T. Micyllus.

CLARISSIMO ET PIETATE AC DRA
Ornatissimo uiro D. Philippo Melanthoni prae-
ceptori & amico suo colendo. S. D.

Laetus sum laudari abs te pater laudato uiro licet enim
affari te mihi praeceptor Versiculo Naeuiano. Nam illa
demum

demum uera laus putanda est, quae ab iis proficiscitur, qui clara praestantia & maximis in Rempublicam meritis laudem & gloriam sunt consecuti. Et quia clarorum in Ecclesia, & honoratorum uirorum uoces diuini testimonij instar habent, magis confirmor tuis literis, ut, quamuis multae & uariae nobis obijciantur molestiae difficultatesque alacrius quodam modo in laboribus meis, quos & Ecclesiae & iuuentuti prodesse spero, perrecturus sim. Neque dubito quin filius Dei mitigaturus sit aerumnas in quibus hoc tempore uersamur, & nobis cibus cum publice tum priuatim suo spiritu sancto adfuturus. D. Egidij filium quem mihi commendasti, libenter in disciplinam meam recepi, daboque Deo adiuuante, operam ut in eo erudiendo & tibi & parenti Venerando seni diligentiam & sedulitatem meam probem. Sed & cum collegis meis, & laborum socijs agam ut in eo ad Deum & uirtutem formando nulli, operi & labori parcant. Mitto ad te orationculam pro ludo nostro, petoque, ut si digna tibi uidebitur, eam emendes, & typographo in uulgandam tradas. Bene uale praeceptor optime, & de nobis omnibus optime merite. Ex ludo Electoriano Grimensi III Cal. Sept: M.D.LI.

Adamus Siberus

ERUDITISSIMO VIRO D. PHILIPPO
Melanthoni praeceptori meo Honorando.

S.P. Tametsi non adeo occurrat argumentum quod ad te scribam, nolui tamen omittere quin scires adhuc me uiuere.

Hoc

Hoc toto anno abfui ab aula nostra uersatus partim in Italia
partim in Galliis aliquandiu etiam in Bohemia reliquaque Ger
mania iussu principis mei. Nunc redeo ad illum uersaturus
Sisyphi saxum quam diu uolet Deus. Optarem felicius secu
lum ut inter nostros uestrosque principes rebus compositis minore
cum discrimine possemque de rebus communibus aliquando mutuo con
ferre. Hoc enim modo forte non male consultum subinde foret
reipub. Nunc impedimur mutuo metu et apparet aliquod
malum fatum imminere non modo Germaniae sed aliis et
regionibus. Memini aliquando ex te audiuisse de Turcis
praedixisse quaedam Danielem Prophetam. Rogo te mi
philippe si quando uacet ad me uti locos illos perscribas.
Simul et quid sentias de istis temporibus. Ego uicissim libens
idem fecero rerum quae alibi geruntur quam Germanicarum
peritior. Intellexi in Italia Solymannum Turcam natum
anno 1550 Mense Martio, diei non satis memini. Hoc
scio tamen Mathematicos tribuere illi horoscopum in culmine in sexto
aut septimo arietis. Quod si uerum est apparet illius impe
rium casurum circa annum Domini 1540. ob Eclipsin
solis in loco genituræ. Tu si quid melius audiuisti ne de
digneris amico et studioso et erga rempub: non pessime
animato homini communicare. Literas autem mittere po
teris ad aulam Cæsaris. Commenda me tuis omnibus
et rectissime Vale. Coloniæ Vbiorum. Nono die Junii
Anno Domini xvc xxxij°.

Ex animo tuus

Cornelius Duplicius
Schepperus

Clar.

CLARISSIMO & ORNATISSIMO
uiro D. Philippo Melanthonj suo
preceptori carissimo. S. D.

Multi petunt per literas posteriorem editionem libelli contra Osiandrum & inter hos is cui est dedicatus D. D. Wolfgangus Pastor Ecclesiae in monte Annae sacro D. faber Ambergensis quem non noui, & quem primo loco ponere aequum fuit Dns Joachimus Camerarius, cuius literas quas ad me scripsit cum legeritis, spero uos non negaturum amico tam honestam petitionem quam ipse iudicat utilem & profuturam Ecclesiae. prodesset et una, cum disputationibus mitti ad Canthuariensem presertim cum uos mentionem Osiandri in Praefatione faciatis, Et error Nestorij qui diuellit naturas in Christo et facit reuera duas in eo personas cum singulas actiones Christi alteri tantum naturae, non personae tribuit renouatus a Stancaro est reprehendi ac refutari ab omnibus pijs. Infinita n. absurda ex hoc dogmate sequuntur scilicet quod purus homo non potuisset redimere, & placare iram Dei ac nihil fuisset opus filium Dei assumpsisse h. n. ut fieret redemptor noster. Deinde Deum non esse in Christo σωματικῶς ut mundum sibi reconciliet, sed tanquam hospitem quemadmodum in alijs hominibus cum sit distincta persona quia actiones discernunt personas. Et quid sibi uult illud in Epistola ad Ebraeos. Cum iterum introducit primogenitum in orbem terrae, dicit. Et adorabunt eum oes angeli. Item nouissime diebus istis locutus est nobis in filio per

quem

quem fecit et secula. Si Deus tantum loquitur in Christo sicut in Prophetis. Et actio illa tantum humanæ naturæ in Christo conueniret. Item qui in diebus carnis suæ cum preces obtulisset ad eum qui posset illum à morte seruare, si tantum h. naturæ conueniret illa supplicatio. Sed hæc et similia nobis sunt in conspectu, et abhorreo magis ab hæresi Stancari quam Osiandri. Jam bene ualete et rescribite. Vt respondere possim Dn. Joachimo et alijs qui flagitant editionem. Lipsiæ die fœlicis quem utinam obscuratio Solis nobis non reddat infelicem.

Vester Alexander Alesius D.

CLARISSIMO ET REVERENDO DEo uiro Philippo Melanthoni præceptori colendissimo. S.

Reuerende uir et præceptor unicè colende. Rebus meis hic suspensis de die in diem, detinebar ne quid scriberem. Postea in certiorem statum Dei beneficio deductis destituebamur tabellarijs qui literas perferrent. Nunc itaque professorijs insignibus acceptis fungor professione Christum precor ut faueat et adsit auspicijs meis et suo auxilio uniuersum uitæ regat curriculum, quod faxit ut tua commendatione dignus efficiar. Memor sum omnium eorum quæ mihi abs te iniuncta sunt. In primis quidem ut concordiam et consensum tuear. Quæ autem sint occasiones et causæ motarum hic contentionum et controuersiarum de

cœna

cœna domini perscripsi plenius ad ipso dn. Pastori Ebero.

Quod monebas, ut in enarratione potissimum Lexici et con-
cordantiarum haberem rationem, omnino facio, et plurimum
adiuuor Lexico D. Forsteri quod ualde probo. Geneseos enar-
rationem suscepi. Dum in exordio capitis huius uersor, in-
cido in locum quendam qui est in historia Ecclesiastica, seu
locis communibus Magdeburgensibus de filio Dei. Et præbu-
it mihi occasionem refutandi opinionem hanc pene plus
quam Seructicam qua putant λογον appellari non tam ab
interna actione diuina essentiali quam ab externa prolati
Euangelij. Unde Johannes testimonium non tam primi quam
tertij capitis autoritate niteretur. Labefactatur itaque totius
Euangelij autoritas. Et ex Hæbreorum commentarijs presertim
antiquioribus certo refutari id potest, quæ aperte osten-
dunt Joannem ex primo non ex alio capite desumpsisse sui
Euangelij Exordium. Commentantur enim omnes et ordina-
riam sedem habent tractandi in hoc capite de uerbo quod
fuit ante omnia, æterno increato diuinæ essentiæ quod
uocant דבריו נאמן וקיים ad quod referunt omnia
scripturæ mysteria et Messiæ. Non potui igitur non tax-
are improbam istam opinionem. Sed de his satis. Tibi
uero mea studia probari cupio. Faxit Christus opt: Max:
ut mihi sit quoque facultas declarandi mei erga te studij
et referendi gratias pro tot et tantis officijs et benefi-
cijs præstitis. His tibi me reuerendissime commendo Fran-
cofordiæ 28 Septembris 1559.

Paulus Vnicornus.

D. CASPARO PEUCERO

Hieronimus Wellerus G. & P. in chro.

Clarissime D. Doctor & affinis cariss. legi ac relegi aliquo-
ties magna cum uoluptate epistolas sanctissimi & doctissimi ui-
ri D. Philippi Melanth. soceri tui piæ memoriæ & op-
tarim te plures edere. Videre n. licet in his quæ & quan-
ta certamina uterq; & D. Lutherus & D. Philippus
in instauranda & propaganda puriore dna Euangelij susti-
nuerint, et quanta pericula subierint, ut ipse non dubi-
tem eos cum summis Prophetis conferre. Dici ['uix'] non
potest quam præclaram & utilem operam hoc labore nauau-
eris Ecclæ. Multorum n. piorum animi lectione istarum
literarum confirmantur, cum legunt quanta inter D. Lu-
therum & D. Philipp. fuerit φιλία καὶ συνουσία quan-
taq; coniunctio animorum uoluntatum & sententiarum in con-
fessione ueritatis semper extiterit. Quoties uidi D. Phi-
lippum scripta sua offerentem D. Luthero inspicienda.
Memoria teneo cum D. Philippus in lectione sua tracta-
ret locum de uera inuocatione Dei et cœpisset illam
quæstionem explicare, cur summi illi uiri Moyses, Josua
Elias & cet. sine conditione petiuissent bona corporalia
cum tamen addita conditione illa petenda sint, il-
lum abrumpere hanc explicationem ac dicere, se prius
uelle hac de re cum D. Luthero conferre quam

eam

eam explicaret, et statim à prandio accessit ad D. Lu-
therum, qui interrogatus hac de q̄stione r̄dit. Nihil
de his ardentibꝫ motib. fidei, quales fuerunt in sanctis il-
lis Heroicis precibꝫ posse. Ita semper mos fuit. D. Phi-
lippo de precipuis locis d̄ne Christianæ cum uiro Dej D.
Luthero communicare suam sententiam. Nam D. Philippꝰ
D Lutherum semper ut patrem coluit & uicissim D.
Lutherus D. Philippum uicissim ut suum filium amanter
complexus est deq̄ ipso honorifice & sensit & locutꝰ
est. Sæpe hanc uocem usurpans ait Magister Philippꝰ
ist ein from hertz dz. versehe ni wol Conatur
placidis uerbis aduersarios nostros conuertere imitatus ex-
emplum Prophetæ Joelis in objurgandis Pontificijs,
ipse utitur dolabra, ego uero acuta bipenni. Sed
de his satis filius meus Hieronymus qui tibi has red-
det l̄ras ex numero illoꝝ est qui ad Examen uocati
sunt Vitebergam. Cum autem ipse patrono opus habeat,
ut opinor ut eo facilius stipendium consequatur, amanter
te oro ne graueris tuum studium ipsi deferre ut uoti nostri
compotes reddamur. Hoc mihi gratius facere nihil poteris.
Cum n. non amplum patrimonium ipsi possim relinquere
cupio ipsum sibi parare eiusmodi κειμήλια quod quouis au-
ro & argento sit preciosiꝰ, pietatem atq̄ eruditionem. B-
ac f. uale in Domino meiq̄ memor esto. Tui ego in precib.
meis nunquam ero immemor. Fryberge 22 Martij 1568.

VIRO SANCTISSIMO ET FIDELI
religionis ueræ instauratorj D. Philippo
Melanthoni fratri et præceptori obser.

S. In suscepto nunc itinere meo ad Ducem Prussiæ, non uacat multis scribere, uir sanctissime, paucis tamen attingam præcipua quædam, reliqua ex Abrahamo hoc nostro cognosces. Apostropi nostri maiore quam unquam antea conatu conspirant aduersus doctrinam Euangelij: et dissidiorum in doctrina nomine nos potissimum accusant. Atque ostandum esset unum esse quod de nobis iactant. Sed etsi controuersiæ ipsæ doctrinæ inter nos hic tantæ non sint, quantas illi esse somniant: tamen animis nostrorum uarie affectis non uideo spem conciliationis ullam, nisi priuati affectus abijciantur, atque his positis, unanimiter quæratur gloria Dei. In hoc nunc igitur incumbimus, ut animos nostrorum omnium consociemus ante omnia: atque ita demum ad unanimem et doctrinæ consensum perducamus per gratiam Dei. Hac de caussa potissimum iter hoc iam meum institui. Primum in Prussiam ad Ducem ipsum. Deinde in maiorem Poloniam. Dux Prussiæ suo Osiandrismo plurimum hic est remoratus cursum Euangelij, cum apud alios, tum apud regem ipsum, qui in dies magis ac magis in nostra hac religionis causa frigescere uidetur, et nesciunt inuitus pertrahi uult quam: quod aggredi debeat. Maior uero Polonia, partim ad Waldenses partim ad Saxonicos (ut ita loquar) inclinat. Scopus igitur consilij nostri est, ut

ut uniuersi regni nomine confessio aliqua doctrinae consentienter in futuris comitijs, regi & senatui offeratur. Eam uero iam conscriptam, & a tota minore Polonia (de ordine nobilium loquor) maxima ex parte approbatam habemus. Neque dubitamus à Böemicis quoque approbatum iri: nam eius rei fundamenta sunt iacta iam qualiacunque quum & de Prussiae duce, bene (hac in parte) speramus: nempe ut eam recipiat. Sed de Saxonicis ueremur, ne paulo sint intractabiliores futuri. Praecipuus autem ipsorum est, affinis meus Stanislaus Ostrorogi Castellanus Miedzirecen. Atque apud hunc sanè plurimum ualet nominis tui autoritas. Et si is nobis non aduersetur, alij illum uos sequentur. Quare te oro (mi Philippe) ut ad illum diligenter scribas ut quae pacis sunt, sectetur: et consensum doctrinae promoueat. A Duce Prussiae ad illum recta proficiscar: speroque me illi circiter quartum decimum post paschatis diem affuturum esse. Ibi igitur tuas literas expectabo: Et rogo ut eas habeamus. Plurimum Abrahamus noster. Commendo me & causam nostram sanctis precibus tuis & piorum istic omnium quos omnes saluere officiose iubeo. Koninij 23 Martij Anno 1558.

Manum nosti

Joh: à Lasco

CLARISSIMO DOCTISSIMO ET HU-
manissimo uiro Philippo Melanthoni Dno.
praeceptori & fratri longe oim carissimo.

Dno Vigneri Gaudens.

Gratia tecum & pax per Chrm. Quod tibi iam colen-
dissime praeceptor ac frater, in tot curis, solicitudinib;
molestijs & laborib. constituto negocium facesso, id ut ne
aegre feras amanter rog. Quicquid n. huius facio, non
mea tantum, sed multorum et fratrum in hoc ducatu, qui
aio bene tibi uolunt, nomine facio. Quare etiam haud
dubie his meis tris tanto aequior eris, quanto tibi iam
inde ab initio animi nostri erga te propensio perspectior
fuit. Et quis Philippum Praeceptorem de tris, de pie-
tate & Repub: Christiana optime meritum non reueren-
ter suscipiat, amet, reuereatur? Urget autem aliscentis
Schismatis inter fratres malum, ut de hac epistola inter-
pellem, adeoque responsum tuum in tanto huc illuc spar-
so rumore, pro defensione tui audiamus. Vere n. &
ex animo nobis dolet te ac plerosque alios fama ac aesti-
matione periclitari, quorum nomina hactenus propter
assertam candide ueritatem in toto orbe celeberrima
fuerunt. Nam quanta ex psentibus fratrum certami-
nibus & ad nostros offendicula & ad tertij hostes mbi-
la redeant, res ipsa loquitur. Et qui propitio Chro

gtra

ꝯtra oēs cum Sathanæ tum mundi furias, inuicti hacte-
nus stetimus, nunc & mutuis uulnerib. cadimq & iucundis-
simum hostibq spectaculum pbemus, siue uestra, siue aliorum
culpa id fiat. Ac quidem principio rumor de uobis sparsus
est, nouum Interim in quo nescio conuentu à uobis receptum
esse, quod à prioris corruptela, psertim in ceremonialibq
rais, non parum absit. Et circum ferebantur eiq scripti
exa quæ fidem aliquam isti rumori faciebant. Sed nos
de uestra in pietatis negocio constantia nihil tum ad-
dubitantes, neq scriptum istud aliquid morati sumus, neq
fidem uestram in dubium uocare uoluimq. Interim tum huc
certum nuncium allatum est & ritus alicubi in uestra ditio-
ne à Luthero piæ memoriæ uiro institutos, innouatas & du-
os concionatores forsan nouationem hanc improbantes, in
carcerem coniectos esse. Hic quoq dextrè ac syncerè de uo-
bis sentientes nihil sinistri de uobis uel suspicari, uel pro-
nunciare tantisper uoluimq, dum ipsos uos facti uestri ra-
tionem reddentes audiremq. Sperabamq n. publica ali-
qua purgatione uos oēs nobis scrupos adēturos. Sed cres-
cit magis ac magis, dum id non fit, malus de uobis rumor
Vitembergæ quidem in ritibq nihil mutatum esse sed ta-
men in ueteres & eliminatos, q alibi de nouo instauren-
tur, uos consensisse. Donasse pterea ne quid in dacnile-
gum Papam aut illiq socios fueres epos a pastoribq eiq

gestu

gesta atrocius dicatur. Percutit hoc animos nostros nonnihil,
perpendentes quam nihil te dignum in confessione tua q̃ Inte-
rim scripta ista de re dicas. Sed nihilominus in spem, priora
uestra certamina considerantes, erecti sumus fore, ut tempus isti
uestræ imbecillitati mederetur. Si tamen anxios, solicitos, mæstos,
gementes ac mœrentes nos interim fuisse negem, quam recte
id faciam uiderint alij, certe mentiar. Atq dum ad hunc
modum excruciamur, & præ tristitia propemodum contabes-
cimus, ecce euolant libelli aliquot pessimarum contentionum
pestes. Perfertur ad nos Ambsdorffij scriptum contra oratio-
nem Ziegleri Lipsiæ habitam. Adferuntur item Lutheri
Epistolæ, olim in comitijs Augustanis ad te scriptæ, ac
in tui ignominiam haud dubie nunc editæ. Mox ex-
plicatio sequitur M. Joachimi Vestphali, qua uulgatum
illud: Inter duo mala minus eligendum est, quod forsan
pro tentatæ nouationis defensione citatur, confutatum est.
Postremo Hamburgensium ad te scripta de reb. adiapho-
ris epistola prodit una cum tuo responso. Et ex insigniter
mæstis ac turbatis, longe longe omnium mæstissimos ac tur-
batissimos nos reddit. Quis n. si possibile sit non
protinus emoriatur ista tam indigna inter eos fratres
qui columnæ inter nos esse debebant, certamina au-
diens, ubi maxime syncretismo opus erat? Perniciosas
esse in utraq uitæ actionibus dissensiones esse scimus. In

pietatis

pietatis autem negocio tanto nocentiores esse, quanto de caussis magis arduis hic agitur, quis neget? Ac quidem commodiorem uiam ad extinguendam Euangelij lucem, Sathan nunc inire haud potuisset atque id genus in-ter uos ğritationes, Velitationes, & de rebus a diaphoris certamina. Quod enim ante hac nullis bellorum tumultibus, nullis cædibus, nulla sæuitia, nulla tyrannide effici potuit id nunc mutuis nostris uulneribus magno aduersariorum nostrorum adplausu perficitur. Atque his tantis malis praetexuntur moderationes, conciliationes, condonationes, quas temporis huius ratio seruitus & pericula alioque imminentia exigant. Quasi uero Christianum & bonum uerum non potius fortitudo ac constantia deceant, atque illa tot secum of-fendicula uehens moderatio. Cum igitur hae inter uos digladi-ationes & turbae nostras quoque Ecclesias mirum immodum turbent, committere haud potuimus quin uos perinde atque Dominos praeceptores, fratres, amicos nobis ex animo ca-rissimos, per Christum per omnia sacra, per communia nobis uobiscum studia, per mutuam dilectionem qua deuinctos Christianos praesertim concionatores esse decet, roga-remus, quo rationem ineatis qua gliscenti malo & crescen-ti schismati mederi queatis. In uos omnes Ecclesiae in-tentae sunt, & omnium piorum oculi giecti, et conso-lationis imbrem in tanta animorum uarietate, a uestra fra-

ex

ex sacris literis deprompta, sitiunt. Hoc est disertam, claram, dilucidam, nihil dissimulantem sed oia necessaria complectentem de reb. adiaphoris explicationem a uobis expetimq, quam Ecclæ nostræ tuto uobiscum recipere, sequi, amplecti queant. Nam quidquid salua scripturæ autoritate & conscientijs nostris illæsis recipere possumq, id nos propter Ecclæ unitatem cum confirmandam tum conseruandam ultro suscepturos pollicemur. Neq. n. iocularis uox est. Ve mundo à scandalis. Item Ve homini per quem scandalum uenit. Quod si hanc à uobis explicationem impetrabimq, magna profecto commoditate Ecclesiam Chri. adficietis, omnium piorum animos de nouo uobis conciliabitis & nos qui ad gubernacula Ecclesiasticæ dne uobiscum sedemq, ingenti mærore, tristitia & luctu liberabitis. Ut. n. ingenuè mi Philippe fatear, ac pace tua dicam, nimis breuis est tua ad Hamburgenses concionatores responsio, neq eam constantiam redolet, q in quadam ad Nurenbergenses fratres epistola eadem de re olim scripta, et iam cum Lutheri epistolis aliquot edita, conspicitur. Multa etiam hic dissimulas q modis omnibq explicata oportuit. Sin uero facere hec dedignaberis, id quod Chrs auertat, iam & ecclæ nostræ periclitabuntr, & tua æstimatio in summum discrimen deducetur. Nam cum ista tua ad Hamburgenses fratres responsio neq nobis neq alijs cordatis uiris satisfaciat, aut explicatione dextriori opus erit, aut aulicis cen-

taurus

tauris data ibiq; occasio est qui externæ pacis studio qualibuis re-
cipiendum putant, ut nos si ueteres ritus, qui promiscue & in-
discriminatim ipsis pro adiaphoris habentur, non recipiamus & au-
toritate uestra premant, & in exilium agant, ne dicam tru-
cident ac mactent. Neq; n. Hamburgensium sententiam impro-
bare, nisi solidioribus argumentis atq; ipsi utuntur conuincamur, pos-
sumus. Quemadmodum econtra eam moderationem, quæ om-
nium Ecclesiarum turbationem secum uehit, & cum tot ac tan-
tis offendiculis coniuncta est, neque probare non possumus. Mai-
or est qui in nobis est, quam qui in mundo est Christum & illius
doctrinam damnante. Et potens est Deus conseruare suam Ecclesiam
& Abrahæ filios ex lapidibus suscitare, etiamsi totus mun-
dus furere ac insanire contra nos pergat. Præterea mode-
ratione huiusmodi id præstare uelle quod uni sibi reseruauit Dominus,
non uideo quo diuinæ bonitati uel gratum esse uel placere
possit. Tranquillitatem uobis ac externam pacem uobis hac
ratione pollicemini sed uidetur ne permittente Domino cuius
uox est, In mundo pressuram habebitis, in me non pa-
cem, præsentia mala conduplicetis. Hæc omnia mi suauis-
sime Philippe pro tua prudentia perpende soliciteq;, et
istam petitam abs te claram ac dilucidam de reb. adia-
phoris explicationem, nob. tam syncere te amantibus
imperti. Ea profecto id apud nos erit, quod apud ue-
teres fuit. Διὸς ψῆφος præsertim si ex scripturis, quibus

oia

oia tua egregie hactenus communiuisti, de pro matur. Il-
lud praeterea quod huc illuc Islebius iactabundus scribit Saxoni-
cos ac Misnicos theologos Augustanum librum & adprobasse
& recepisse palam peracta, Alioqui suspicionem qua iam Vi-
tembergenses laborant, & ipse tacendo confirmabis, & can-
dem de nobis cogitandi occasionem, quam haud dubie Ham-
burgensibus dedisti nobis quoque praebebis. Islebij n. iactabun-
das literas hac in re non confutare qd aliud est, atque tacen-
do pondus ijsdem addere, adeoque multorum animos abs te ali-
enare. certe nostri cum non facile abs te alienabuntur
nisi ipse nobis (id quod te nunquam facturum speramus)
necessitatem imponas. Ut tacere hoc ipsum uelimus, nolimus
cogamur. Cogerentur autem, si a nobis minime fucatis fra-
trib. ac amicis animum auerteres & ad Islebium ac nescio
quos aulicos adijceres, conatus illorum, qb. ueram Relig.
cum Philosophica & impios cultus cum ueris conciliare
nituntur, adprobando. Iam quod ad alterum rumorem
adtinet, quo sparsum hic est hoc uos donasse ut neque
a concionatoribus in Papam ac Episcopos e suggestu atro-
cius dicantur & calami et ea in re temperentur, speramus
ab aduersarijs hoc de nobis confictum esse. Nam eos re-
prehendere non debere, qui uis falsae doctrinae & impiorum
cultuum autores in Eccla hactenus fuerint, & summa
crudelitate

crudelitate omnis generis idolomanias adhuc urgeant quid aliud
esset, atque abominanda peruersitate malum bonum & bonum
malum dicere? Rogamus igitur ut quod falsum huius sit, nobis
indices. Nam ad hunc rumorem aliquid etiam de concessa
iterum Episcopis iurisdictione adijcitur, quod aeque falsum esse,
nisi de Christianis Episcopis uerba fiant, speramus. Quid bo-
norum n. & uere Episcoporum autoritas mereatur scimus. Et si
tales essent, qui tanta seueritate hanc ipsam iurisdictionem
reposcunt, facile pareremus & nos ijsdem subijceremus.
Quia uero impij sunt ab eruditione & ab Episcopis
digna adfectione quam longissime absunt, Veram doctrinam
persequuntur, impios cultus ac idolomanias urgent satis
esse ducimus ut ad honestum mortis genus parati, quam
in tali casu dicto audientes simus. Et qua conscientia par-
cere illis non resipiscentib. uel in scriptis nostris uel e sug-
gestu possumus. Quis ad manifeste impiam doctrinam & im-
pios cultus conniuere queat? De Ziegleri oratione
nihil pronuncio, ut pote neque uisa mihi, neque lecta.
Quantum tamen ex responsione Ambsdorffij subodo-
rari possum, nouationem rituum Zieglerus autoritate
Basilij oppalliare &, excusare conatur: id quod tamen
ex uere pijs facile mouebit neminem. Si n. Basilius
eam nouationem sensisset cum tot ac tantis offendicu-

lis

96

lis coniunctam esse. Et tantam Ecclesiarum turbationem hinc oriri, haud dubie ab ea abstinuisset. Certe ex ista in Ecclesijs ali quot uestris nouatione tanta offendicula emergunt, quibus tol lendis nullius Basilij autoritas sufficiens satis erit. Testantur hoc multorum piorum singultus, suspiria, lacrymae, querelae, indignationes. Nam ab imperitis via haec eo accipiuntur quod praesentes nostrae ceremoniae quas a uobis accepimus, et pias esse scimus, impiae sint, et propter impietatem nunc ab rogentur. Et ut maxime nouatio ista uestra ab impietate absit tamen et imperiti hoc non intelligunt, et saeuitia in eos, qui mutatione rituum Ecclesiae neque utili neque necessaria auditorum animos turbare uolunt, adhibenda non erat. Quo pacto enim adiaphoron esse potest, ad quod carceribus co guntur concionatores? At erat inter nos rursus concordia. Non sic sinite Vitebergenses quibus tam multa debemus, turbari piorum animos. Quatenus enim alius alium uicissim mordemus ac deuoramus, eatenus alius ab alio uicissim mordemus consumimur. O mi Philippe, O mi quam Philippe noster, redi propter immortalem Christum ad pristinum candorem, ad pristinam syncaeritatem, ad pristinam constantiam. Ne sanquine facito ista tua formi dine ac pusillanimitate nostrorum animos tantopere. Non aperito hac non utili moderatione, ad quam papatus re currentem impietatem ac idolomanias, fenestram ac ianuam.

Non

Non sis tantorum in Ecclesia offendiculorum autor. Ne si=
nas tua tam egregia scripta, dicta, facta quibus mirifice
hactenus, de Ecclesia ac scholis meritus es, isto condonationis,
nouationis, moderationis nouo, ad eum modum deformari.
Cogita quantum animi ista uestra consilia aduersariis ad=
dant et nostris adimant. Perpende quam placari et istis
moderationibus aduersariorum animi non queant, qui totius Pa=
patus iram et omnes ex aequo impios cultus reposcunt, et ex
nostra pusillanimitate spem concipiunt facilem se uoti compo=
tes futuros hac in re, si sic uacillantes urgere pergant.
Detestatur Dominus apud Jeremiam eos, qui [illegible], qui manus
pessimorum confortant, ut non conuertatur unusquisque a ma=
litia sua. Cur igitur in tam ardua sit causa nos tales non
gerimus, ut huiusmodi detestatio competere in nos haud pos=
sit? Qua peruersitate arundo huc illuc uentis agitata
dici, quam Johannis Baptistae constantiam imitari malumus!
Scimus Reipub. tranquillitatem quae ratione hac quaeritur, rem
modis omnibus expetendam esse. Scimus pacem, quam expe=
titis, nihil neque iucundius, neque optabilius esse. Sed pa=
cem ac tranquillitatem cum tot ac tantis Ecclesiarum incom=
modis, offendiculis ac turbationibus quaerere, id uero an Deo
placeat ipsi positis affectibus iudicate. An non enim di=
uersum Christus docet, Non ueni pacem mittere sed gla=
dium? Item ignem ueni mittere in terram, et quid uolo
nisi ut ardeat? Flaccus de politico bono uiro inquit:

Si

97

Si fractus illabatur orbis ferient ruinæ impauidum. Quanto magis nos qui Christiani et Ecclesiarum gubernatores sumus, functione nostra nihil indignum uel dicere, uel facere, uel recipere, uitandorum periculorum gratia debemus. Fateor crucem temere accersendam non esse. Interim autem hoc quoque uerum est, si per se ueritatis negocium maneat et uitari non queat, fortiter ferendum esse. Proinde te o noster Philippe, iterum atque iterum per Christum redemptorem nostrum et breui futurum iudicem rogamus. Ut professionis tuæ memor, talem te cum Vitebergensibus tuis iam geras, qualem te ab initio huius causæ gessisti, hoc est, ut ea sentias, dicas, scribas, agas, quæ Philippum doctorem Christianum, non aulicum Philosophum decent. Nam qui tibi iam in aulis tales fumos uendunt, ne illi posthac, si in omnibus aliis impietates consentire recuses, capitaliter inimici futuri sunt. Sine carissime Philippe hoc nos abs te impetrare, quod Hamburgenses fratres impetrare non potuerunt, uidelicet disertam ac numeris omnibus constantem Adiaphororum explicationem quæ et nos mœrore ac metu et uos suspicione, Ecclesiis uehementer noxia, liberet. Quod si impetrare hanc abs te, tot fratrum precibus petitam, non siueris, iam nullas profecto deinceps causas fidas habemus quæ adolescenti schismati ac offendiculo mederi queant. Et tu nos in mœrorem coniicies in

hac

hac mortali uita nunquam finiendum. Attamen meliora spe-
rantes hunc tabellarium nostris sum partib. ad te ablegauimus,
reuerenter et amanter responsum tuum poscentes. Bene mi
Philippe Vale et nos ama redamantes te mirifice. Datae
Pattensteinij. 25 Septembris 49.

T. ex animo
Antonius Coruinus.

JOACHIMO CAMERARIO, PHILIPPO
Melanthoni, splendore literarum illustribus
uiris amicis.

S. Vos omnes uere, Christianae et liberalis doctrinae lumina
duo, mihi splendore maxenti cum toto orbis gaudio cogni-
ta caeterum non nota, per Deum, per studia illa quae bonis
communia esse debent, obtestor, mihi et Oporino operam
in commendandis et mittendis Genealogijs uestram collo-
care uelitis. Utinam ego officij aliquid praestare uobis pos-
sem, sed quod magis laetor estis in historia illa efflo-
rescentis Germaniae, quam illustria erunt uestra nomina, o
quam splendida, quantum ego lucis accipiam a uobis.
Sed haec alias, occupatus, nunc hoc unum peto a uobis,
ut ipsimet ex Exegesi Principes commonefacere uelitis
consilij mei ac instituti. Deinde studia nostra commenda-
re. Valete subito. Francofordiae pridie Parasceues.
1556.

Vester Jo. Herold.

D.

D. PHILIPPO MELANTHONI SUO
amico & Patrono. S.

Qui has tibi reddit, pius doctusq; iuvenis est, singulari stu-
dio desiderioq; te videndi ad vos profectus. Oro te ut in col-
loquium tuum hunc admissum, non alienum prius à causa con-
cordiæ publicæ, virtute tua prorsus devincire Christo & ecclæ
velis. Nomen habet aliquod inter suos, & destinatus ad
Rempub. Bernatum est, præcipuo quodam in loco. Sic est in
Dno tua felicitas, ut optimus quisq; cognoscere maxime cupi-
at. De reb. nostris omnibus optime ex hoc potes intellige-
re. Hæc de isto. De tota repub. patriaq; Germaniæ
valde ex te aliquando scire cupio, quid consilij pij sanctiq;
Viri capiatis. Non enim non moveri omnes statu huius peri-
culosissimo. Ac quia summi semper viri in ea cogitatione
studium consiliumq; omne suum consumpserunt, audire ex te
cuperem maxime, quid saltem tibi videatur. Esse enim tem-
pus hoc videtur, quo aut consulendum patriæ est, aut spes
omnis in posterum abijcienda. Neq; instabo valde iam ut
mihi respondeas, magis id expectarim, ut in communi
rebus ab optimis viris consulatur. Certe non ad nihilum
nos Dominus consilio suo & rebus hoc tempore præclare
instruxit, & res ipsa multis modis invitat. Nam ita
puto Principes Austriæ, qui soli hactenus pulcherrimis
successib. evangelij obsistunt, edoctos malis suis, aliquanto

iam

iam meliꝰ adduci posse, ut consuli patiantur reb. Hisce co-
gitationibꝰ serio nostra diu exerceri tib: aim. Itaq cupiam ali-
quid intelligere ex te. Rogo et ut amicitiam q mihi olim
est, cum bonis istic instituta, efficere velis ut integra mihi
maneat. Etiam negotijs fit, ut ne possim ad omes scribere.
Vale in DNO CHRO q te pro voluntate sua sancta
bene servet Amen. Sept. Calend. April anno 38.
Basileæ

Simon Grynæus
tuus.

EXCELLENTIS ERVDITIONIS VIRO
Dn. Peucero philosophiæ doctori ac
inclyti gymnasij Vitebergæ. Mathematum
professori clariss. dno et amico obs.

S. M. D. Etsi nulla mihi tecum ad familiarem consuetudinem
coniunctio intercedat fama tamen partim clari nominis
tui adductus, partim vero quod salutem mihi in lite-
ris ad D. Fabritium datis et in proximis ad Henrich-
um Milichium discipulum meum iuvenem ad magnas
litras ac virtutes expeditum, inscripseris committere
non potuj, sed nec debui, ut quis necessarium mihi
magnopere argum nullum superesit, tamen vel mutuam sa-
lutem redderem ac prior fundamenta ponerem eiꝰ
amicitiæ, quam inter nos felici auspitio cupio subor-
tam hac occasione increscere. Id serio faciliꝰ ac com-
modiꝰ

modiq tua et pace fiat, transmittere placuit literarium munusculum tanto quidem Viro non satis dignum Austriae Vdt chorographiam à me non solum radio descriptam & emendatiq quae antea evulgatam, Verum propria et manu sculptam. Nolo meas in ea rationes celebrare cum haud satis magnum artificium representet, sed q patriae meae sim adfectiones boni videant q tamen male demereri usq non desinit. Quibus rationibus & decadum mearum Austriae culto sermone scriptarum postremae fortasse brevi epitomen. Videbis in quam illam quam postulare videris Genealogiam Austriae Principum prolixe, verae ac longe & locupletiq & emendatius quam antea e edita iunctam videbis. Heis agnosce amicum eidemq ignosce. Viennae Cal. Janu. an. LX. Socerum tuum Philippum Melanthonem cupio salvum. Utinam & Milichio meo in terra precari id possim quo in caelo fruitur. Socerum quidem tuum ad Rsum urgebis. Nam ex nundinis Francofordianis Graeciae meae utcunq apud nos excusae sine Graecis typis non hunc exemplar misi. Sed nihil respondet, nec an acceperit istud certus sum.

Vuolfgangus Lazius Vien.
Caes. Mtis Consil: Histori-
cus & aulicus

Erh.

ERUDITISSIMO PHILIPPO. MELAN-
thoni amico suo optimo & incomparabili.

S. D. Nunquam sic uoti mei compos factus sum, ut cum nuper me Lipsiam uenissem, q te uiderim Philippe. Siquidem iam inde ex quo scripta abs te tuoq ingenio prodita primum legi, in summo mihi uoto erat semper Philippum Melanthonem uidere. Vidi & incredibile prope, quam fuerim gauisus, quid inuisus essem? Quippe q pluris apud me fiat huiusmodi homines uidere, quam summos Pontifices, potentissimos principes ac reges. Si quando absens apud me non parui nois eras, ut certe eras, profecto nunc maximi, postea quam ipse te praesentem uidi ac post hac semper eris quo ad vixero, neq uero in te illud, ut in me aliosq plerosq competit. Minuit psentia famam. Perge tu quaeso igr sic literarum studia promouere, ut posteri quoq nedum superstites adhuc sentiant ex his q uir sit. Verum de hoc satis superq. Valentinus Godefridus communis amicus noster hinc iam abiturus haec duo folia, abs te hic relicta (ut plane coniectabat) mihi commisit, q ea ad te deferenda curarem. Grammatica Linacri. hominis sane doctiss. cum his apud nos ageres, tibi exhibere decreueram: Et exhibuisse utiq, nisi priusquam regulae meae aduectae essent, abisses. Ecce nunc eam tibi offero examinandam, ut

tuo

tuo iudicio comprobatam tradam Melchiori Lottero excudendam.
Nam id ille à me petebat. Vale rectissime, simulq ipse cura ut
valeas quam optime Philippe optime: tibiq certissime persuade.
Caesarium tibi deditissimum esse. Lipsiae septimo Calendas Junij.

Joannes Caesarius
ex animo tuus.

VIRO IN REBVS OMNIBVS SVMMO
Philippo Melanthoni suo charissimo amico et fratri.

S. Quanquam apud vos innumera sit doctorum hominum turba, quae ad se studiosos adolescentes possit allicere tu tamen unicus mihi crecias esse semper visus es, quo flante quicquid est insignium in urbe praesertim nostra ingeniorum ad vos Vittenbergam attrahitur. E quib. Hieremias ille qui te meo noie meisq verbis salutabit flatu tuo excitatus relictis parentib. relicta Elegantissima sorore relicta amenissima Vrbe Argentorato ad te volat. Quem tibi diligenter commendo. Tametsi probitas oris, totus corporis habitus, mores optimi satis tibi cum me etiam tacente commendare possint. Accedit ad haec Herling Hieremiae Sororis mihi arctissima familiaritate coniunctus, quem certo scio ob Mathematica studia delitias tuas, tibi charissimum esse. Quicquid igitur in Hieremiam beneficiorum contuleris, in

Herlinum

Herlinum Virum magnum, & in Gerbelium tui amantissim(um) (ut
nosti) contulisse te credito. Dies ac noctes in historia & an-
tiquis authoribus versor. Haec mea studia si aliquo vetere histo-
rico chronographo vel geographo iuvare poteris, facies mi-
hi gratissimam. Vale & Lutherum meo iussu officiose &
amanter saluta XVI Martij Anno XLV Argent.

Τ. ἐξ αἰὸ Νικό-
λαος ὁ Γερβήλιος

VIRO OPTIMO D. PHILIPPO ME-
lanthoni Sigismund. Gelous Pannon.

S. Ego te iampridem lachrimis ac funebri luctu contumulavi
praeceptor longe omnium qui mihi & coniunctissimi sunt caris-
sime, sin vivis, est quod agam Deo gratias, et toto pecto-
re gratulor. Scribam ad te de rebus tum meis quam
publicis ubi te superesse certo cognovero. Interim hoc
habe me tui amore ab intimis cordis penetralibus ita
flagrare, ut neminem te habere credam a quo tanto
affectu diligere, scripsi ad te saepius in his turbis, nescio
an tibi literae meae sint traditae. Incredibili me volup-
tate affeceris, si ut brevissim(am) ad me epistolam dederis,
in qua tuum statum mihi declares. Nos te peto ut me
in gratia tua retinere velis. Patavij. Idibus Novem-
bris M.D.XXXXVII

PHI-

PHILIPPO MELANTHONI VIRO
clarissimo, praeceptori suo singulari pie-
tate colendo. S. D.

Quae istic rerum vestrarum sit κατάστασις nondum plane
cognoscere potui. tamen ea ad nos perferuntur, quibus
facile adducar ut credam, te affici summo atque incredibili
dolore, ut etiam fortasse hoc ipsum quod in vita maneas a-
cerbum tibi esse videatur. Antea nunciatum erat de morte
filiae. Pauci dies sunt cum fama allata est Casparem Cru-
cigerum decessisse, quem virum? qua integritate? qua doctrina?
Erat autem tibi cum illo arctissima vitae necessitudo, ut et
si exiguam resp. in eius morte iacturam fecisset, tamen
tibi privatim non deesset iusta causa maeroris, orbo talis ami-
ci consuetudine. Iam vero rerum communium eiusmodi forma
est, quod, si nullus esset casus adversus, qui proprie ad te so-
lum pertineret, tamen tibi luctum facere et squalorem ad-
ducere posset. Novi ego naturae tuae πραότητα, et mollitiem
ad suscipiendum dolorem, quae lenitas ac mansuetudo est dig-
nissima te, viro summo, virtute atque optimarum artium
eruditione, nostra memoria principe. Me quidem conficit
maerore publicarum aerumnarum conspectus atque cogitatio.
Multa animo meo obversantur, tum quae iam acciderunt, tum
quae adhuc impendent: ecclesiae dissipatio, libertas amissa

bo-

bonorum oppressio, distractiones animorum ac uoluntatum prius excidium. Hinc oritur alius scrupulus, cura scilicet uitae firmandae alicubi et constabiliendae. Quae deliberatio in hac rerum, Caesarisque temporum et publicorum incommodorum est difficillima. Itaque pendeo inops consilij, dubitans, varia animo uertens ac reuertens, circumspectans, si quem forte portum uideo securum in quem Veladem ex salo ac iactatione tempestatum, quae in mundo, tanquam in mari immenso miscentur. Sed tamen me consolor atque erigo spe conseruationis ecclesiae quam abijcere non debemus, cum extent locupletissimae testificationes promissionum diuinarum. Exiguo tempore reliquite, et in miserationibus magnis congregabo te. Caritate sempiterna dilexi te, ideo attraxi te miserans. Simul autem cogito nos non fuisse [illegible]: De me autem priuatim eo minus angor, quod in communi omnium bonorum calamitate, non debet nobis esse ulla perpua de nobis ipsis sollicitudo. Atque huius consultationis summam in patris opt: mi Max: benignitatem repono. Te quoque decet ijs remedijs dolori mederi tuo, quae tua excellens uirtus, atque animi magnitudo alijs quoque praestare potest, et saepe multorum aegritudinibus sanandis adhibere solet. Quid potuit felicius accidere filiae tuae quam ex his periculis eripi, et Christo sponso in uita aeterna consociari? Molestum est priuari amico, cum quo aetatem

omnem

onnem summa animorum consensione transegeris. Sed te ita sta-
tuere conuenit cursum amicitiae, non tam intermissum esse
in perpetuum, quam breuissimo temporis spatio interpellatum.
Quod uero ad Coxucir spectat publici status, memini ego
te saepe magna cum omnium admiratione dicere solitum, de
fatalibus imperiorum commutationibus, de Ecclesiae proprietate.
quamobrem tute ipsum consule, et abs te ipso medicinam
pete. Quid potest a me proferri quod fugiat sapientiam tuam?
Misi tibi orationes meas non quadam laudis affectatione,
quid enim in his est tanta commendatione dignum? Sed ut
sit apud te hoc munus, amoris erga te mei testificatio,
summi ac singularis. Vale. Patauij, Idibus Febr. M.D.
XXXXVIIII

Tuus Sigismundus
Gelous. Pann.

DN. PH. MELANTH. SIGISMUND.
Torda Gelous S. D.

Etsi nunquam dubitaui, quin a te diligenter, nam et
praesentem in intimis habuisti, et deinde absentem saepe
ornasti iudicio tuo: tamen ex eo maxime coniectro amo-
ris erga me tui magnitudinem quod scripsisti, iam binis lite-
ris te, si quid istic turbetur, ad me uenturum. Sed pro-
fecto tibi non concedo, quod tu me ardentius diligas,
quam ipse a me amere. Vide quantum et quam audacter
usurpem.

usurpem? cum tribuam tibi singularem sapientiam, bonitatem summam, cum te alterum parentem agnoscam. Tantum opto eas mihi facultates divino munere dari, quibus te ita meae domi habere queam, ut velim. Utinam et tempora ea sint, quae non obstent, quo minus tibi tranquillum hospitium praebeamus. Transmontanam provinciam Turcae reliquerunt. Retrocesserunt et caeteri barbari infirmitimi. Aiunt pacem convenisse inter reginam, Fratrem Georgium, et Petrovitium. Multi sperant inclinationem aliquam, qua provincia brevi in potestatem regis sit perventura. Qui extrema pagina superioris epistolae scripsisti, te parare responsionem contra calumnias cuiusdam. patere quaeso aequo animo me non dissimulare apud te sententiam meam. Scio te mei consilij non indigere: ego tamen si tuo loco essem id minime facerem. Primum, quia edundis ultro citroque libellis, contentiones exasperantur. Deinde quod illum indignum putem cui a te respondeatur. Nihil unquam fuisse credo in hominum genere illo inertius. Isocrates in Panathenaico ait se contemnere eos quorum iniquis criminationibus fuerat vexatus, ὡς φανερῶς ἐδεροῦσας καὶ τοιούτους ἀνθρώπους ὄντας οὐδενὸς ἐπειδάφει ἀξίους εἶναι λόγον. Christus opt. Max. te quam diutissime in vita conservet, et tueatur ab omni casus adversi acerbitate. Eperiessij. XXII Decembr. M. D. L.

Summo

SVMMO VIRO, SAPIENTIA, VIRTVTE, et omni disciplinarum genere, Domino Philippo Melanthoni Preceptori: suo, omni obseruantia, amore, fide, et pietate colendo.

S. E Germania dirae dimicationes nunciantur. Hic autem nobis extrema dia impendent mala. Et quanquam nondum perijmus, tamen iam exitij nostri funera comploramus: et ante efferimur, quam moriamur. Transsyluana ora hoc anno vastata est non minori nrorum, quam barbarorum immanitate. Conuenit quidem inter eos pax qui in prouincia rerum potiuntur. Sed ea nec fida nec firma est, nec si talis esset, qualis esse deberent, quicquam reb. nostris praesidij allatura uidetur. Increbuit, non rumor aliquis incertus, sed sermo omnium consentiens et minime obscurus, de futura expeditione tyranni, in proximam aestatem quocunque oculos conuerti, aut cogitationem retuli, arma uideo, et plia cruenta aspicio. Itaque conditio ista displicet horum temporum. Nihil offertur in quo animus conquiescat et iam nihil possit esse maius miserum, quam uiuere. Sed fortassis Deus ἀπὸ μηχανῆς se ostendet: atque has difficultates discutiet. Blasius Jecinus, iuuenis honestus, et studiosus est nostro gynasio istuc proficisci uoluit, quo felicius eas disciplinas perciperet, quae uitae dignitatem efficiunt, mentes excitant ad spem beatitudinis sempiternae. Sperat autem meam apud te commendationem plurimum ualituram:

Cum

Cum igr uelim complectare & in tuorum numero habeas. Mul-
tos tibi commendam necesse est, cum notus sit omnibus amor er-
ga me tuus singularis meusque uicissim in te summus. Quapp
si quid in eo genere itaque [illegible] a me committitur:
quae tua uirtus est, & naturae lenitas, dabis ueniam. Vale
iucundissime praeceptor, meque tuo sensu pristino fouere, & ornare
perge. Eperiessij. xij. Kalend. Februarij. M.D.LI.

Sigismundus Gelous.

CLARISSIMO VIRO, DOMINO Phi-
lippo Melanthoni, praeceptori suo, &
tanquam patri, singulari amore, fide &
obseruantia colendo.

S. Quod me sapienter mones, pro tuo amore: futurum, ut in
uita immortali longe suauius fruamur nostra amicitia; ita e-
quidem statuo, & opto, eam quae hic inter nos est contracta
necessitudinem, sempiternam fore. Eritque omnino eius uis, u-
susque excitatior, & illustrior, in illo beato contubernio:
ubi καὶ τὸν δημιουργὸν naturae, coram cernemus, his oculo-
rum luminibus: καὶ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέαν in eius mente
contemplabimur. Sed profecto ante ego cupio frui & laeta-
ri tuo conspectu iucundissimo, si qua se offerat occasio. Nec
unquam mihi posset accidere gratius, quodque in maiore glo-
ria ponerem, quam si te contingeret domo excipere ale-
reque omni uitae curriculo. Quod cum desiderem, summope-

tamen

summopere, tamen ideo minus uelim euenire, quod scio te sedem mutaturum non esse, nisi conuulsa istic et extincta pace publica Academia dissipata, ac funditus deleta. Ante diem Palmarum me ad se euocarat Franciscus Kellai qui nunc Palatini loco est, in arcem Keladinam. ibi cum ad mensam oportunitas mihi dissset dicendi de te: dixi inter alia, te uenturum ad me, si quid istic turbaretur. Atque id me habere ex tuis literis. Tum ille: Utinam inquit ad me ueniat. Tibi confirmo me eum honorifice habiturum. Interim autem, donec rursus alicubi conueniamus, quoniam interuallo locorum, et temporum disiuncti sumus, per literas tecum quam saepissime colloquar. Quod si rarius fiet, quam tu expectabis, in causa erit penuria certorum hominum qui ad te iter habeant. Transmontana prouincia quam uos Germanice a Septem montibus, seu castris adpellatis, hoc anno in magno periculo est, et ut Homerus loquitur ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς Lis est inter Pamphilum et Glycerium. Constantinopolitanus non uidetur passurus, ut hoc ita habeat. Hinc nostri offerunt tractationes quibus τὴν ἐπαρχίαν σφετερίζονται. Thomas Nadasdius curiae iudex, nuper traiecit Tibiscum: missus a rege ut interesset, et praeesset tractationibus. Mihi uero non uidentur constituta nobis adeo firma praesidia quae ferant impetum hostis potentissimi. ἀδύνατον δὲ μεγαλόψυχοις ἀρχαῖς εὔλογον ἐπιδεῖξαι τέλος. Velim me certiorem facias, τί δέδοκται τῇ βουλῇ περὶ τῆς ἐν τῇ Ἰταλικῇ συνόδου. Ego de Synodis

iam

iam pridem spem omnem abieci et tibi minime censeo e-
undum, quamuis ubi a te ipso discessi, neminem uideam in
Germania, parem subtilitati Italorum artisque usui. Quod
me ornas doctoris titulo scito me non accepisse insignia, et qui-
dem propositis edictis non semel. quibus cogerer, sed summa con-
tentione repugnaui. Primum quia rem mallem quam nomen [illegible]
antiquis multitudinem: planeque ab appellatione abhorrerem.
Nam et ambitio si quae fuit in me antea, nunc omnis occidit.
Deinde quod dicerem me semel apud nos auguratum esse in
Philosophia, in medicina autem me gradum non expetere.
Ne uero expeterem tum id causae fuit, quod iam retuli:
Delector ipsa cognitione, sed nunquam in animum induxi
ut artis professione rem facerem: tum quod apud nos ni-
hil est contemptius hoc titulo. quem si sumsissem, ad remp.
mihi aditum praeclusissem. Obijceretur mox: Cum doctor
sis, ea cura quae ad artem tuam pertinent. Mathias El-
binaus fortasse a nostro senatu uocabitur, ut hic fungatur
munere, ecclesiastico. Et ut uocetur, ego quantum in
me erit, perficiam. Spero enim magnam me ex ea con-
suetudine uoluptatem capturum. Pro libellis mihi missis
ago gratias. Misi et ego tibi calamos in Creta insula na-
tos pingendis Graecis characteribus. Salutem dicis meis uerbis
Laelio Socino, et uiro doctissimo Paulo Ebero. Vale. Chri-
ste sospitet et tueatur ab aduersis casibus. Data Eperiessij
3. Nonas Maij. M.D.LI.

Tuus Sigismundus Gelous.

DNO PHILIPPO MELANTH. SIGIS-
mund. Gelous S. D.

S. Ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν nisi me fallit memoria Athenienses dici iusserant in illo grauissimo iudicio: eandem ego mihi legem impono, apud te uirorum omnium grauiss: Neque tamen hoc dissimulandum arbitror. quod affirmo synce- re καὶ ἀνυποκρίτως me optare unam hanc felicitatem mihi dari, ut te uideam, inque ceruicem et complexus in fundar tu- os. quae sit adfectio pectoris intima, nihil refert dicere, ne uitium incidam, quod uito, adulationis. Nomen certe tuum uirtus excellens, maenium, doctrina iudicium diuinitus ad rerum maximarum, atque disciplinarum explicationem institum, multa atque honorifica mentione mihi celebrans. Te in animi mei pe- netralibus, te in ore ubique fero. Ut qui plus de genere humano meruisti quam Hercules ille aut Theseus qui propea parti orbis terrae Tyrannis sublatis monstrisque et predo- nibus publicis extinctis pacem et securitatem pepererunt poste- ritatis studio atque gratitudine in Deorum numerum etiam relati. Tua Heroica et diuina uirtus, uelut Solis radii, late ad omnes terras et populos, lucem attulit doctrinarum ac quietem mentium et pacificationem salu- tarem. Sum hic per menses Maium, Junium, Julium et Septem- tem. Causae sunt morae publicae; priuata haec accedit, ut me grauissima parte prouinciae meae explicem. Quod iam feci, in-

rationibus iustis et liquidis ad aerarium relatis tamquam prosemo-
dum respiraui, adeo ut non desperem quin deinceps temporis ali-
quid studijs, lectioni et stylo sit uacaturum. Interea a te no-
bis de petitione nostra responsa allata intellexi qualia opta-
uimus. Codices etiam nonnullos lectu dignos, et literas te
mihi misisse cognoui. Ex quib. cumulatam uoluptatem ca-
pissem, si huc perlatae essent. Multis n. magnis atque illustri-
bus uiris eas legendas communicassem. Verum quia id
factum non est, scripsi coniugi meae, ut tam literas quam codi-
ces diligenter ad aduentum meum custodiat et conseruet.
Tibi quoque ego gratias ago, quod nobis de hominibus idone-
is ad utramque gubernationem prouidisti. Quod uero literis
tuis me dignum duxisti, et monimentis illis adscripsisti, fe-
cisti pro tuo in me perpetuo amore, mihi perspecto. cui ta-
metsi ego hactenus studiis erga te et pietate mutuo, re-
spondi, officijs tamen, quae ultro citroque proficisci debent, ita
ut uolui, respondere non potui. Vtinam autem occasio mi-
hi detur qua perficiam, ne ea quoque in parte a te uictus
esse uidear. Comitiorum acta non est mihi dubium, quin in-
telligas. Molimina summorum principum animaduertis, im-
minentia pericula longe prospicis. Quibus unum habemus reme-
dium quod apponamus, inuocationem Dei ut iuxta promissiones
suas adsit naui fluctuanti, et ne sinat eam submergi.
Selimus maior natu Solymani filius, auctus paternis uiribus,
fra-

fratrem Baiazetum profligauit, iamque certum sibi spondet imperij successionem. Ille ad Persam se contulit. Nos aduersus illum Tyrannum nunc inducias colimus. Sed nescio quomodo uerum est illud Homeri. οὐκ ἔστιν λείουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά. Vale et salue, meque amare perge. Viennæ Pannoniæ, die XVI. Augusti, Anno domini M.D.L.VIIII.

DN: PHILIPPO MELANTH: SIGIS-
mundus Gelous S.D.

Cum Georgius qui has tibi reddidit: istuc iter instituisset maxime tui uidendi desiderio rogauit me, ut aliquid sibi ad te literarum darem, quia me apud te in gratia esse ex certorum hominum sermonibus cognouerat. Flagrat iuuenis tuæ amore, teque ante alios omnes in admiratione habet. Ab ineunte aetate studijs literarum incubuit tandem, quia unicuique certum genus propositum esse debet in quo uelit eminere: ad ius ciuile se totum contulit. Est natione Hungarus, moribus elegantibus ac modestis. A te peto maiorem in modum ut ei aditum ad te facilem praebeas, inque tuorum cum numerum adsciscas. Quod te pro tua singulari uirtute, summaque comitate libenter facturum confido. Vale et atque etiam Viennæ Austriæ. XXIJ die Augusti M.D.L.VIIII

CLARISSIMO ET DOCTISSIMO VIRO
Dn: Philippo Melanth. amico suo.
Sigismundus Gelonius Vitenbergam

Paulo

Paulo ante Pascha Dryander cum noua nupta in Angliam
abiturus ex argentina misit ad me tuas mi cariss. Philippe lras
cum munere aureo, cumulate rependentes plebeiam pfatiuncula,
qua non aliud querebatur, quam animi mei memoris & grati
testimonium. Aberam tum domo, ut fere soleo cessante of-
ficina recreationem ex peregrinationibus petere, nec oblata est
reuerso hactenus nuncij copia, nunc nactus hunc Vestratem ho-
minem uix habeo quod scribam, nisi uehementer me de-
lectatum tua munificentia, qua bene quotidie pasco oculos
sicut quotidie tabula cum tua & τοῦ μακαρίτου Λυτέρου
effigie quam etiam in pectore circumfero. Ago tibi gras maximas.
Adderem aliqd de statu harum regionum. Sed non est quod
te possit uoluptate afficere cognitum: nequeo tamen apud
te dissimulare de nostris Thrasonibus qui uidentur uelle anti-
Christum postliminio reducere in Heluetiam, hoes inanissimi &
immanissimi ac nunquam auro satiabiles. Hi cum antea
caelum armis territauerint, nunc ante tubam trepidant &
contrahunt alas submittunt que cristas in morem uicti galli-
nacei. Assequetur sua poena nocentes. Vereor ne posthac
non aeque suauiter hic uicturus sim ac prius, uidendo & au-
diendo quae non libet. Vestra utinam sit felicior conditio. Prae
stomacho mihi calamus elabitur. Vale & age Philippum strenue.
Deus conatus tuos prosperet, qui non possunt non seruire
illius gloriae. Basiliae pridie Bartholomaei 1548.

PRAESTANTISSIMAE ERUDITIONIS
uiro domino Philippo Melanthoni, theologo summo, patrono suo singulari.

Vitebergae.

1 Salue plurimum patrone unice, Mirifice me delectarunt honestissimi iuuenis Jo. Cerchemcij literae, ex quibus cognoui non frustra fuisse meam apud te incommendandis paterni amici studijs operam. Spero enim quandoquidem te adeo facilem in hac re nobis praebes tuis hortatibus tuisque auspicijs, aut hanc aut neminem nostra aetate, Bohemiae suae, in hunc usque diem pertinacius quam ulli Sarmatae priscam barbariem retinenti literarum decus conciliaturum: quo et ipse iuuenem per literas adhortor προευδόκια της οἰκείας. Equidem amicorum opt. tantam tibi me gratiam pro hoc tuo merito debere profiteor, ut uix maiorem pro omnibus ueteribus, quantumuis illa et multa sint et eximia: quae uel commemorare longum sit. Primum enim post diuturnum silentium euidentissimum argumentum accepi, me pristinum in amicitia locum et nunc apud te obtinere: de qua tamen nunquam dubitare sustinui, conscius mihi mutuae erga te uoluntatis. Deinde illa quae in me contulisti, singulari naturae tuae bonitati, ad iuuandos mortales expositissimae, soli imputo: hoc recens officium eidem ipsi quidem debeo, sed tamen aliqua ex parte et meis precibus. Postremo quem commendaui ea mihi iam inde a maioribus necessitudine coniunctus est, ut quicquid

in

in eum confertur, me non minus obliget. Atque utinam si
quid existat in quo tibi vicissim gratificari possim, dare mihi
digneris occasionem ut ingratitudinis notam effugiam. Caeterum
si id non dabitur, ut ego interim in conscientia mutui amoris
vel pietatis potius acquiescam: pro cuius sane magnitudine
dissimulare apud te non possum, quantopere afficiar autorita-
te tua, quam tibi Dei benignitas maiorem in dies atque maio-
rem conciliat apud Caeteros et nationes ut audio: deinde
quod vehementer angar quorundam ut levissime dicam perti-
nacia: qui etsi tibi non male velint, tamen hactenus minus
quam par erat una cum divino illo Luthero detulerunt,
idque non mediocri tranquillitatis ecclesiasticae detrimento.
Spero tamen virtutem vestram Deo favente ex his difficul-
tatibus eluctaturam, nisi fallor rumusculis quibusdam: neque enim
existimo homines illos molestos adeo omnem omnino huma-
nitatem exuisse, ut priusquam [illegible] animum
induerent divina humanaque omnia misceri malint. Sed
huius negocii Catastrophen Deus suo numine vestraque opera
qualem pii optant tandem dabit. Erasmus adhuc apud
nos vivit, deciduae valetudine. Nuper post Synodum salu-
tavit eum una cum Capitone Bucerus. Confabulatio fuit
festiva magis quam Seria. tandem Bucerus iniecit men-
tionem dissidii istius. Illum unum virum esse, cuius diserta
sententia

sententia alterum utilibet parti accessisset eam dubio procul
preponderaturam. Hic noster compendio. Ubi vos inquit
fueritis concordes, nec ego ero discors. Galli mira moliuntur
in Caes. Helvetijs propemodum in caesarianas partes pro-
pensioribus. Sed hactenus moliuntur tantum. Sed ... a 16
... Ba. Vale cum omnibus tuis amice carissime.
Saluere iubeo Sabinum. Basiliae 28 Martij

Tuus Gelonius

CARISS. VIRO D. PHILIPPO ME-
lanthoni omni liberali & sacra eru-
ditione perpolito amico & fratri in Christo
charissimo & hon. Vitembergae.

Laelius Secundus Curio per Christum Jesum

S. Laelius noster cum proxime ad me scriberet, tuo nomine saluta-
tionem humanissimam adiecit, quae mihi non solum grata &
iucunda, verumetiam honorifica fuit. Adiunxit etiam ex-
cusationem tuam, de eo quod meis literis quas superiore anno Brusch-
io poeta ad te dederam, non respondisses. Nam scribit
te eas non accepisse. Miror equidem Bruschium aut tibi
eas non reddidisse siquidem ad vos venit: aut non misisse, si
non venit: quod quidem se diligenter facturum receperat.
Sed quoniam id non est factum, & tu a Laelio summam in-
tellexisti, & gratum ea tua, reliquum est, ut tibi persua-
deas

deas te à me amari, & coli quocunque modo absens, ab absente co-
li & obseruari potest. Atque utinam, uel tu hic nobiscum esses, uel
ego isthic, ut istius tuae eruditionis & suauitatis sermonum fierem
particeps, Inuideo sane Laelio nostro istam felicitatem quam cum inge-
nio sit magno, & ardeat ueritatis desiderio non est dubium quae
dia sit apud te consequuturus, quam mortalis à mortali consequi pt.
Quod si aliquando tamen quam saepe iam apud nos sparsum est,
te ad nos uenire compelleret, quod quidem tuo commodo
fieri uellem, tunc demum uoti compos fierem. Sed quoniam
id fortassis fieri non posset, nisi per nostrae scholae dissipationem,
Patrem domini nostri Jesu Christi, ut hoc omen auertat, oro, & nos
in placida & sancta pace tueatur. Sed si quid accideret,
Velim tibi persuadeas mi Philippe, te hic habere fratrem
amicum, omnibusque tuis commodis & honoribus deditum, Vale
& hunc adolescentem ut mos tuus est, habe commendatum.
De Laelio nostro nihil scribo, quem iam sciam tibi esse cha-
rissimum. Basiliae Cal. Martij 1551.

CLARISSIMO VIRO DN. CASPARI
Peucero artium & Medicinae Docto-
ri domino suo & amico perpetuo
colendo.

F. S. Nihil unquam tam cupiui quam uos omnes incolumes
iam uidere cupio. Sed ob quaedam negotia iam non
licet ad uos excurrere. Propero enim ad illustriss. nostrum

Princi-

Principem, incertus adhuc ubinam agat. Et dolor et temporis angustiae impediunt ne de publicis Galliae, et privatis meis calamitatibus scribam. Ita pressus ut existimem nihil mihi laetum post haec contingere posse. Qui primi ex nostris in his tumultibus perierunt eos omnium felicissimos iudico. Saepius non procul abfui à periculo utinam ad illud propius accessissem. Ubi me ex aula expediuero statim ad uos accurram. Sed meus aduentus non parum doloris afferet, iis quibus inest aliquid humanitatis. Me hic admodum conturbant impiae quorundam uoces qui dicunt nos his calamitatibus dignos esse, ac nobis insultant, tantum ob illam infoelicem quaestionem de coena Domini. Bene et feliciter uale et saluta amicos. Lipsiae 7. Augusti 1562.

Tuus Hubertus Languetus.

CLARISSIMO VIRO DNO PHILIPPO Melanthoni fratri et Dno Venerando.

Vitembergae

Carissime Philippe. Vinariae atque Jenae itaro mihi ad illustris. ducem Megapolensem, deinde ulterius si Deus voluerit, fuit commonstrata ad Magdeburgenses uia, quae reuera proximior est. Quare reliqui Vitembergam ad laeuam et hac profecturus sum, antequam magna me opprimant frigora. Spero quod rediens tuam excell. visurus sum, cum qua nonnulla quae conferam habeo. Misi d. Brentii, Reuchlini atque D. Georgii fratris tui ad te literas, omnes pulchre ualent. Commendo me ex animo tum ex T. tum

D.

D. Peucero & reliquis fratribus. Pater Cœlestis augeat vobis suos diuinos thesauros per Ch. D. N. Magdeburgi, postridie Martini 1559 Veraerius.

REVERENDO & CLARISS: VIRO D. PHI-
lippo Melanthoni sacræ Theologiæ in Aca-
demia Vitebergensi Professori amico nro
chariss^o Johannes Albertus Dei gratia
Dux Megapolensis, Princeps Vanda-
lorum

S. Reuerend: & clarissime uir, quod Simonem Pauli ciuem nrm, Virum eximia modestia & dra preditum, dignum expecta-
tione nra iudicasti, eumque rogatu nro ad nos misisti, id scito nobis esse gratissimum. Tibi quidem certe hoc et noie dignas of-
ficio tuo, & in nos beneuolentia agimus gratias. Aget aut paucis annis post, hæc patria tibi maiores, quantum n. iudicare nos ingenio possumus, & spem posteritatis certæ præ-
iudiciis metiri: hunc uirum ecclesiæ nræ et scholæ magno usui atque ornamento fore confidimus. Etsi autem certis gra-
uibusque causis adducti, à consilio tuo alia ex parte leuiter discessimus: quod tali expectatione Virum, ea presertim ætate amittere non uoluerimus: Sed in ea potius statione collocauerimus: ut nos ipsi frui eius præsentia et fructus ingenii eius tempestiuos capere possimus: tamen nos quoque dignitatis eius & ornamentorum rationem, scito esse habituros. Vt. n. eius ipso perpetuo, & maiore cum utilitate frui possimus, tamen
nos

nos quoque cum se arctius ille nobiscum adiunxerit, eum in Aca-
demias Germaniae nostris mittere sumptib. decreuimus. Quod
nostrum consilium te uirum prudentem nrique amantem speramus
esse probaturum. Johanni Halbrothi optimi uiri, et ecclesiae
nrae Suerinensis pastoris filium Thobiam studijs optimis de-
ditum tibi maiorem in modum commendamus. Gratissimum aut
nobis feceris, si quibus reb. poteris, soles autem prodesse
pluribus eum nra causa adiuueris: dederisque opera, ut te hor-
tatore in studijs humanitatis eos progressus faciat, quae et
ipso digni sunt, et parentis expectationi respondeant. Quod
cum te tua sponte facere fidelis: sciamus, maiori in spe
sumus fore ut ad eam uoluntatem, qua es in omnes, quam maxime
in hunc adolescentem commendatione nra cumulus accedat.
A te crebras et uerbosas literas expectamus. Vale. dat.
Suerini. VII Cal. Martias Ao 1559.

VENERANDO SENI AUTORITATE
et prudentia excellenti D. Ph. Mel.
Domino et praeceptori suo pcaro Ab-
dias Praet.

Valde mihi placet colloquium Herculis, Philoctetae et
Neoptolemi, quod est in Sophoclis Philoctete. Hortatur
nos Hercules ad concordiam et ait αὔτε σὺ τοῦδ'
ἄτερ σθένεις ἑλεῖν τὸ Τροίας πεδίον, οὔθ' οὗτος
σέθεν, ἀλλ' ὡς λέοντε συννόμω φυλάσσετον οὗ-

τος

τοῖς δὲ καὶ σὺ σῶζε. Postea monet eos ut in oppugnatione rerum diuinis pareant, et addit grauissimum dictum. ἡ εὐσέβεια συνθνήσκει βροτοῖς, κἂν ζῶσι κἂν θάνωσι, οὐκ ἀπόλλυται. Huic Philoctetes gratias pro admonitione agit et promittit se pariturum. οὐκ ἀπειθήσω τοῖς σοῖς μύθοις. Idem Neoptolemus facit inquiens: κἀγὼ γνώμην ταύτῃ τίθεμαι. Utinam eo animo multi in negocijs et gubernatione versarentur, et cogitarent duo magna mala esse Sophisticam et contentiones. Ego non tam φύσει quam προαιρέσει in hoc studium incumbo, ut mediocris sit concordia et faciam quantum in me est, ut sit aliqua nostrarum Academiarum coniunctio, quod uideo te optare, et ualde probo. De itinere tuo si quid fuerit factum, denuo rogo ut nostram non praetereas ciuitatem. Vale. D. Francofordiae ad Viadrum Ao. 1558.

CLARISSIMO VIRO DNO PHILIPPO Melanthoni Socero et praeceptori suo colendo. Georgius Sabinus.

S. Proficiscor nunc Vuolmerstadium: deinde profecturus sum ad comitia Polonica, cum primum rediero Francofordiam. Non manebo autem diu Vuolmerstadij: est. n. mihi properandum ac quoniam ante significaui, me accersiturum Sabinam: ideo nunc uolo eam huc reduci Brandenburgum, ibique adesse ad proximum diem Jouis Vesperi. Eo. n. die

die ipse adero et. Literas de quib. scripsi per ministrum Ostrorogij, eas si forte nondum misisti, iam mittas oro: utque simul scribas Doctori Petro Roysio Hispano, Poetæ: Is n. amicitiam tuam uehementer expetit. Hæc scripsi mane festinanter itinere nocturno fatigatus. Domino Peucero salutem. Vale. Datæ Brandenburgi die Barbaræ.

CLARISS. VIRO D. PHILIPPO ME-
lanthoni fri hon.

Unis literis duos commendo ualde imparis fortunæ adolescentes Julianum à Bone patria Florentinum q ante aliquot dies istuc uenit, & Joannem Brugnizium, pria Illyricum, ille affluit, is indiget, ille claro patre & familia is omnino obscura. Tu qd singulis præstare debeas facile uidebis, mihi certe rem gratissimam feceris, si in utrumque aliquid officiorum contuleris. Valeo utcunque, hoc est, discrutiunt me Podagra miustiss. carnifex. peperit. n. quin essem in diuitijs & nunc adduxit in exilio atque egestate. Laboro in nouo testamento in linguam Slauiam uertendo, & succedit qdem res feliciter gra Dei. De statu haru ecclarum mitto nunc scribere, neq. n. paucis possem, Utinam alicubi daretur colloquendi facultas, nam etiam de Heluetijs multa essent conferenda, edidit nunc Caluinus libellum aduersus Uuestphalium lites renouantem quas sopitas oportuit, ne Ecclesiæ cursus magis impediretur

talibus

P

talibus dissensionib[us]. Deus pacis occurrat suo spiritu huic tam
magno malo. Vale clarissime Philippe. Pater coelestis tuis
sanctis laboribus benedicat. Iuua me obsecro tuis precibus cum
tota ecclesia. Narrabit tibi coram iis Illyricus, fuisse ex Sylua
Tyberina emissos tres nebulones, q[ui] me venarentur, q[uod] ubi
Illustrissimus Princeps meus rescivit ablegavit me in eius aulam,
Velut in tutiorem locum. Sed arx et fortitudo mea dominus.
Sed non pudet gigantes illos Babylonicos timere aut mag-
nifacere me tantillum Pygmaeum? Haec est potentia domini
q[ui] illos debilitavit. Sturgardie XVI apr. 1555.

Vergerius

CLARISS: VIRO, PIETATE, SAPIENTIA,
uirtute vera, et dignitate praestantiss. D. CASPA-
RO Peucero, artis Medicae doctori et profes-
sori celeberrimo, Domino suo obseruando.

Witebergam

S. Clariss. et doctissime uir, Verissimum esse comperio quod
psal[mus] ait, Prope est dominus omnibus inuocantibus eum in ueritate,
uoluntatem timentium se facit, et deprecationem eorum exaudit.
Etsi enim pudore et multiplici infirmitate deterritus, ad album
eorum quibus Deum propitium hic psalmus confirmat, nomen meum
Vereor referre: tamen hoc uere asseverare possum in eum tem-
porum statum rationes hic meas incidisse, ut iampridem nihil
a Deo ardentius, et maiore, ut ita dicam, cordolio efflagi-
tarim

tarim, quam uti me aut ex hac aerumnosa uita in Academi-
am caelestem, extra quam certe non est uita, euocare, aut in
locum aliquem tranquilliorem, ubi minore cum gemitu operas
facere possem, seuocare aliquando tandem uellet. Hos gemitus
non ocio fuisse inanes, literae tuae, et easdem altera a clariss:
et doctiss: D. D. Iacobo Thomingo Ordinario in Lipsia-
m eandem fere sententiam hoc ipso die consecutae, satis magno
sunt argumento. Quo nomine secundum Deum, maximas tibi grati-
as ago, quod alia quaeuis mihi cogitanti, uel potius dubijs in
reb. fluctuanti, quasi portum quendam et receptum eminus
aperuisti. Etsi autem in successione tanti uiri, cuius memori-
am uerissimis laudibus aeternitati consecrasti, grauis mihi ad-
uersaria expectatio est constituta, et traductione oeconomiae
multas consequi difficultates necesse est, tamen quomodo se
nunc habent negocia, nihil causae uideo, cur debeam munus
diuinitus oblatum repudiare. Nec uerendum est, ne quisquam
leuitatem arguat, et terram iubeat inhabitare, non deseren-
tem, sicut mos est quibusdam, mutuam aggregationem, quan-
to eo uentum est sit, ut secessio pro salute haberi possit,
et ubi uis potius quam hic esse melius sit. Ac haud et
scio quod quidem multa suspirari permittant, an non aliqua
excusatoria missio expectanda hic sit illis, qui probare nolint
fixa iam et stabilita tribunitio uelut plebiscito ab his,
quibus bene est, neminem intercedere: ut tanto licentius,
qua data porta ruant et terras turbine perflent. Sed

ut

ut hæc decernantur et quocunque tandem fluant quorum animus meminisse horret luctuque refugit, ego sic habeo constitutum, et in eam facile sententiam inclino, ut si ea, quam ostendisti, conditio offeratur non modo, non sim recusaturus, sed ambabus potius manibus illam amplexurus. Quanquam autem mutatione locorum, vicissitudines rerum humanarum declinari nequeunt, tamen ut aiunt sementem non recte facere, qui omnes ventos observat, sit hæc curæ præpotentis Dei committenda sunt. Illud incommodius de quo probius angor, non esse eam in me facultatem eaque artium necessariorum instrumenta, ut cum succedere Vicarius etiam et virtuti demortui summi viri, tum expectationi amicorum tui similium, hoc est aliquid de studiis nostris existimantium satisfacere recte possim. Nam praeter assiduitatem forte aliquam diligentiæ, quod afferam, aut de quo pollicear, habeo nihil. Sed hæc vestri iam sunt consilii: quod ut certius institui possit, aliqua de tempore salario et aliis subiiciam, quorum mentionem Cl. d.d. Thomingus inserendam putavit. Ego hic ad nullam diem obligatione aliqua detineor usus stipendio annuo 300 cum accessione frumenti: Vini, hordei, ligni, quod ad 100 fere pretium quotannis poterat redire. Conditio tolerabilis, nisi infuso aceto diluta esset: quæ isthic cum quibus laborum partibus sit expectanda, vestrum erit definire planius, ac si huc itur, literas vocationis tempori mittere, ut tempestive meum hic munus resignare et durante hyeme ad profectionem Vernam comparare

parare me meosq possim. Quam ad profectionem quia et sump-
tu quoque et transuectionibus multis opus est, ideo recte atque ordine
fiet, si de his et alijs etiam quae opus est, neque nunc in hac festi-
nantia occurrant, plane perspicueque edocebor. Caetera Deus
bene vertat, cui T. E. cum tota uestra inclyta Academia
commendo. Datae Jenae. 23 Decemb.

T. E. deditiss.
Matthaeus Vuesenbecg.

CLARISSIMO DOCTISSIMOQUE VIRO, DNO PHI-
Lippo Melanthoni, sacrae theologiae professori
in celebri Academia Vitebergensi eximio dno
& praeceptori S. obseruando suo Vuittenberg.

S. Clarissime uir, praeceptor obseruande: Magnum est hoc huma-
nitatis et amoris in me tui argumentum, quod in summis maximisque
tuis occupationibus, non solum de me cogitas, quo ego uno con-
tentus esse poteram, uerum etiam idipsum crebris mihi de-
clarandum literis existimas. At quibus literis? scrip-
tis me hercule tam amanter et beneuole, ut ijs legendis
in tua humanitate et beneuolentia erga me, animus meus
non possit, non magna iucunditate requiescere. Quare,
cum tibi ago gratias, ut debeo immortales, quod ita in me
animatus sis: Tu uero et oro, atque etiam, ut id quod facis,
perpetuo facias. Ego tibi ita sum animo et obseruantia
addictus, ut nihil sit, quod uehementius optem, quam et dili-
gi à te, et meum tibi amorem observantiamque in rebus uicissim proba-
re

re atq; ostendere. Qui mihi tuas attulerunt litteras, eis ego omnem meam operam (inprimis clarissimo Viro D. D. Cracouio) si qua in re uellent uti, & omnino, quicquid ualeo, tua iussa detuli. Visi sunt amicitiam meam plurimi facere, & à me preter eam nihil expetere, q̃ illis facillimũ fuit impetrare: nam cum oib; naturã pateo, tum uero q. à te diliguntur, amore meo nunquam excludentur. Spero autem me ijs, ea testimonia meæ erga te obseruantiæ declarasse, ex quib; facile æstimare potuerint humanitatem tuam, à me reuerenter coli, & fieri merito plurimi. In Comitijs nostris qd agatur, ex D. Cracouij literis procul dubio cognosces. Ecclæ nostræ, Dei beneficio sunt tranquillæ & ung omnium ministrorum in drã consensus. Deus in posterum et illis spiritum concordiæ largiatur, ut uera doceant & salutaria nobis & toti ecclæ agant. Optimorũ Virorum D. Victorini & M. Andreæ uicem ex animo doleo: nec satis cur ita hostiliter cum ipsis actum sit, intelligo, de eorum liberatione, nihil dum nobis et constat. Dominus ipsis adsit ex q̃ hoc periculo, in pristinum statum incolumes restituat. Pro pagellis ad me missis gratias (ut debeo) ago, Responsio tua, ad articulos Bauaricos, summopere obij pijs adprobatur. Utinam etiam tantum ocij, ab oposis molestijsq; tuis negocijs tibi superesset ut inchoatam profanatici hoïs refutationem, à nostris concionatorib; ante triennium fere transmissam, pertexere liceret.

liceret. Stenckfeldianismus n. hic et in vicinia, etiam apud
diuites et magnates grassatur. Idcirco operæprecium esset, docte
ac grauiter eiusmodi deliria, quibus multi simplices decipiuntur
refutare. Sed hæc uestro permitto arbitrio. Staphylus trans-
fuga, hic de exequiis Caroli V orationem funebrem ualde
prolixam edi curauit, in qua preces pro defunctis, ex sacris
literis, et patrum scriptis defendere conatur, multaque contra
nostros, acerbe et virulenter dicta, miscet. Arbitror id
scriptum a D. Cracouio, uobis iampridem transmissum, ut
et tabulam quandam germanicam, in qua uaria genera opi-
nionum, ex Lutheri d[octri]na ortarum recenset. Dominus
multis et magnis uulneribus eccl[es]iæ, medeatur, et semper
apud nos colligat eccl[esi]am, se uere celebrantem et inuocan-
tem. Is te cum omnibus tuis protegat, et diu nobis ac
eccl[es]iæ superstite conseruet: Vale meque tui amantissimum
dilige. Augustæ Rhetiæ: pridie D. Pauli et Petri,
anno salutis 1559. T. H. summo studio addictus
Johannes Baptista Hen[c]kelius.

Testimonium.

Michael Hofmannus Silesius nouem apud nos men-
ses uersatus est: et assiduus in nostro gymnasio fuit.
per quod tempus ita se probauit bonis omnibus uiris atque pro-
fessoribus literarum: ut propter magnum acumen et memoriæ
fir-

firmitatem, tuam et nostrarum artium tribuant: in illisque summum studium & diligentiam. Fidem praeterea & modestiam, & magnarum uirtutum non modo semina, uerum et indicia & fructus, usque adeo ut dolendum sit lumen oculorum mentis lumini deesse: simul & laetandum ei atque gratulandum: corporis incommodum, animi commodis locupletissime esse compensatum. Hunc ego omnibus uiris bonis atque literarum magistris, & artium doctoribus hoc meo testimonio commendo quocunque uenturus est: non solum ad defendendum ipsum contra calumnias iniquorum: uerum etiam ad tuendum contra fortunae iniurias. Comitem etiam atque ducem eius Iohannem Godschalcum Silesium: consimilibus ornatum uirtutibus consimili testimonio earundem uirtutum commendo ut quemadmodum ipsi inter se coniunctissimi sunt familiaritate consuetudine necessitudine: sic nos nostros animos & beneuolentias eis ac copulemus: quemadmodum euangelica caritas atque necessitudo inquirit. Datae Argentorati sexto Nonas Julij Anno 1571.

Joann: Sturmius Rector.

DOCTRINA AC OMNI VIRTUTUM GENERE clariss.o Ornatiss.oque Viro D. Philippo Melanthoni do: & praeceptori suo in primis Venerando. Viteberga

S.

Dici à me vix potest Vir doctiss. quantopere doleam post meum ex Anglia reditum oblatum esse nullum, per quem literis meis uel pro summis tuis erga me officijs gratias tibi agerem, uel saltem pristinam illam uitæ consuetudinem tanto tempore intermissam renouarem. Fuit .n. mihi domi tuæ cum Hermanno schelo hospitium aliquando commune, usus uero domesticus tecum tantus, ut agnoscam me non modo magnos inde fructus consecutum uerum et maiores consecuturum fuisse, nisi fata tantam mihi felicitatem inuidissent, quæ è medio studiorum cursu isthinc me eo tempore abripuerunt. Cæterum uti hactenus intermissi à me officij nomine uehementer dolui, ita uicissim nunc gaudeo datum esse Jodocum hunc uirum sane bonum, mihiq antea consuetudine mutua notum: q. et meas se tibi literas traditurum fideliter, et tuas, si quas redderes, diligenter curaturum esse affirmauit. Ego sane mi Philippe, aliiq non pauci mecum ingenti gaudeo perfusi fuimus ante biennium posteaquam ex omnium bonorum doctorumq hominum patrono summo Cantuariensi epo didicimus, te a rege Eduardo magnis constitutis præmijs in Angliam accersitum esse. Tu namq is es, qui multa in religione, dã, prudentia, sapientiaq tua moderari potuisses. Nunc uero ipse cum mecum recolo, quanti interea temporis motus inciderint, fœlicitati tuæ congratulor q non ueneris eaq

mala

mala prudenter declinaris, quam optimi quique nullo consilio ui-
tare potuerunt quorum e munere eos caeteris faeliciores esse
duco, qui mortem cum uita commutarunt. Neque enim mors il-
lis quotidie ob oculos uersatur, ut quibusdam, neque carceris
uincula perferunt, ut multi, neque possessionibus eiecti fortunis-
que omnibus spoliati exilij causa solum, coguntur uertere ut
plurimi, & ego, quem de exilij loco deligendo cogitantem,
clarissimus uir Doctor Machabaeus regis clementissimi au-
toritate in Daniam accersiuit. Ubi tametsi nunc portum
teneam Dei clementia adhuc tutum & tranquillum, non pos-
sum tamen non ualde mihi hic uitam acerbam esse, existima-
re, quoad sensero Principis Elisabetae Serenissimi regis
Eduardi Sororis toto a me quinquennio in literis tum La-
tinis tum Graecis institutae fortunam tam esse afflictam pla-
neque miseram. Quis enim uirginem, quae ob animi dotes tam
praeclaras tum omnibus huius aetatis Virginibus praeponi, tum
uero maxime cum prisci illius seculi mulieribus praestantissi-
mis componi potest, quis unquam Virginem eiusmodi in
durissimam custodiam à Sorore traditam esse sine lachry-
mis possit meminisse? E qua custodia tametsi nunc non
ulla beneuolentia, sed metu emissam esse audio, libe-
ram tamen eam iudicare nequeo, quae corporis praesen-
tia idolis seruire, & sacrificio illi confecto interesse co-
gitur contra conscientiam. Cum itaque mi Philippe Prin-
cipi

cipi illi optimæ et in religionis doctrina rectissime institutæ aut professionis nomine grauissima quæque sint subeunda pericula, aut uitæ causa propriæ, quæ omnibus chara est, lingua probanda sint multa, quibus mens reclamat et ratio, quorum alterum si, ne sexus, siue ætatis suæ communi quadam naturæ imbecillitate ab ipsa factum esse constat, oro, obnixeque peto, ut tu tuis literis animum ipsius afflictum confirmes ac consoleris. Nam cum tuorum librorum lectione plurimum semper sit delectata, et grauissimum tuum de maximis rebus iudicium semper fecerit plurimi, tuum consilium et consolatio, plus apud ipsam ponderis, quam alterius cuiusque suat habitura: Facies hoc officio tuo Celsitudini ipsius rem non minus gratam quam hoc calamitoso tempore necessariam, mihi uero ita iucundam, ut summi loco beneficij eam sim habiturus. Nihil enim duco antiquius, quam non modo mea, uerum etiam tua opera tantæ prodesse principi: quæ ut regni illius florentissimi habenis est dignissima, ita aliquando futurum spero, ut per ipsam papistico iugo excusso, Anglicana ecclesia pristinæ dignitati restituatur. Id faxit Christus opt: max: qui te nobis omnibus et toti ecclesiæ quam diutissime incolumem seruet. Salutat te amanter Doctor Matthæus uir tui plane obseruantissimus, et mei mearumque rerum studiosissimus. Literas tuas ad principem Elisabetam huc quæso mittas per Iodocum. Nam ego eas hinc rectissimeque

simeq primum sum curaturus. Vale uir doctissime, praeceptorq colende, et huic meae ad te hominem occupatissimum scribendiq audaciae ignosce. Hafniae 30 Nouemb. Anno 1554.

Tui obseruantiss:
Johannes Spithouius
Monasteriensis.

ERUDITIONE et PIETATE PRAESTANTI Viro Domino Philippo Melanthoni amico suo singulari

Quemadmodum Salomon templum domino extructurus peritissimos quosq artifices ad hoc opus consummandum sele-gisse dicitur, ita rex Eduardus Sextus Ecclesiae sui-nas reparaturus, regnumq suum optimarum artium gemmis ornaturus, te artificem doctissimum et ad hoc institutum maxime accommodum adesse optat, ut quam hactenus in Germania, ita et in Anglia Euangelii doctrinam et liberalium artium cognitionem propagare possis. Quod quidem eius uotum ego antehac meis ad te literis significaui. Nunc uero ex ipsius literis (quas hic tabellarius tibi tradet) uoluntatem ipsius cognosces. Et ut reipsa declararet uoluntatem illius ad te ornandum esse propensissam, quadraginta coronatos dono ad te misit. Nam si tibi nos inuisere liberet, indignum iudicauit, ut Viatici penuria profectionem tuam impediret. Quod uero nomen sibi mercatoris

catoris qui pecuniam illam tibi Lipsiæ numerabit, aliæque literæ indicabunt. Nos mercatori cuidam Londinensi qui Abel vocatur eam ad te dedimus. In omni deliberatione scio vocationem Dei, præcipue spectandam, nihilque sine vocatione suscipiendum esse. Atque ego Deum non dubito te per regis nostri literas ad nos vocare, ut luce tuæ doctrinæ Ecclesia nostra illustretur. Quare te oro ut huic vocationi non repugnes, sed si quæ sit quæ te ab hoc itinere suscipiendo remorentur, ea literis tuis mihi significes, egoque pro virili enitar ut remoris et obstaculis omnibus sublatis, planam et facilem tibi viam aperiam. Deus Ecclesiam suam tueatur, et politiam nostram tranquillum ecclesiæ suæ hospitium faciat, teque in hoc hospitio quiescere concedat. Vale Lambethi septimo Junii 1553.

Tui ad nos accessus cupidissimus T. Cant.

CLARISS° VIRO PHILIPPO MElanthoni. Joach. Came. S.D.

Ὁ σιβαλὸς προσκαλεῖται μὲν ἡμᾶς, ἡμῖν δὲ ἔρχεσθαι ἀνάγκη ὡς οἴομαι, διά τε πολλὰς αὐτοῦ εὐεργεσίας, καὶ τὸ σώνηθες φιλίστοργος οὐδαμῶς πλαστὸς, τέθνηκε δὲ ἡ σύζυγος αὐτοῦ. Itaque est in luctu et mihi animus erat hoc tempore proficisci in patriam aliis de caussis, quibus movebar. Hac vero sentio me plane impelli. De Ligni-

censi

censi negocio ἐπέχειν nos τὴν ἐπιμέλειαν τοσαύτην opor-
tere existimo. Ea .n. audivi quibus mirifice perturbor. Neq[ue]
iam ausim ullum bonum virum tantis periculis obijcere, quan-
tum adituri illi videntur qui adirent ista Provincia. Iam
& bellum contra Lipsensem Basilium vidi, ἄμουσον ἀλλο-
διαίτου ἀπόστολον. Sed sunt ferenda iuvenum τολμήματα,
τὰ καὶ σιωπητέον μὴ κακῷ κακὸν τὸ ἄκος διδούς.
Iam alia me angunt. Laterensis noster ἐπαρρησιάσατ᾽
οὐκ οἶδ᾽ ὅτι. Misenae Oeconomus ludi cum querela ad al-
κάστην concurrit ἤψατο γάρ τι καὶ τοῦδε. οὐδ᾽ ἀναγκαι-
τάτ᾽ ὧντ᾽ ἔχει. Nunc illi omnes secundum Plautum in fermen-
to iacent. Nam & Laterenses δυσχεραίνει. Verum non
vana modo est ira sine viribus sed saepe numero etiam nocens.
ἐκεῖνοι δὲ τὴν δίκην μόνον οὐ φυγῆς καὶ ἐξορίας τι-
μῶνται, ὡς φασὶν οἱ εἰδότες. ὁ δ᾽ ἀλλ᾽ ἄλλο μὲν
οὐδὲν τόδε δὲ μόνον ἐκέλευσεν δηλῶσαι ἐμοὶ ὅτι
παρασκευάζοιτο ὡς ἐπεξελευσόμενος ταύτην τὴν
ὕβριν καὶ ἠδικῆσθαι λέγει περὶ τοῦ πράγματος
εἰς τὴν χολὴν ἐπέμφθησαν. Hoc indicat valde eum
iratum esse. Ego ad deprecationes confugi & scripsi lite-
ras plane supplices. Si quid opus erat fac tu quoque tu-
as adiungas. nam me tuo perturbationem aliquam maio-
rem, cum vehementiam quorundam & horum tempo-
rum infelicitatem considero. Te quam felicissime valere
cum

cum omnibus tuis cupio. Hodie putavi me iter quod Christus fortunet idque & tu precaberis, ingressurum & ad principem Anhalt. profecturum esse. inde fortasse alteras ad te scribam. Tu nactus occasionem scribendi literas Norimbergam ad me dabis. Iterum vale xaj dagcy. Invocamus filium Dei sedentem ad dexteram omnipotentiae Dei. Vale. VI id.

D. PHILIPPO MELANCHTONI G. Fabricius. C. S. D.

Ornatiss. Vir D. Cammerstadius huc nuper transiens certam spem compositionis ac ocij ostendit, nec se discessurum prius cum consiliarijs suis Numburgo affirmavit, quam pacem referret. M. Nicolao signiferari mandavit ut huc se quam primum conferat, daturus illi est singulis septimanis florenum, vestem aut eius loco florenos octo, victum: addidit praeterea pollicitationes, se promoturum eius studia. De partu monstroso Francofordiae ad Viadrum quae ex utero materno vulnus, & in pedib. calcaria secum extulit, iam auditum isthic esse, non dubito: sed non paulo horridior trans Albim natus est Rhadebergi, cuius effigiem videndi qua eius loci praefectus ad me misit. Vale feliciter. Misnae XVIII Febr.

CL. V. PH. MELANTHONI Domino & patrono s. colendo. Vitenbergae

8.

S. Principum animos Philippe chariss. melius multo nosti, quam ut paucis depingere possim, contra Respublicas ciuitatum, quan tum plus habeant tranquillitatis, quare commode apud nos ui uere, frui consuetudine Grynaei & alioru, posses, si modo ue lis. Polliceor ego magistratus nomine & meo auctius & splendidius Honorarium quam illic habeas, simul & tran quillitatem summam. Praeterea aedes sat magnas quas D. Erasmus inhabitauit liberas, quo ad uitales duxeris auras & amplius tibi scribo. Viaticum plusque satis. Nec te la tet, Germaniam nostram multis nominibus praestare caeteris. Rogo ter obsecro & obtestor uires inanimum sume, aude, te aulicis plusquam molestiis quibus indies magis magisque im pliceris, ubi nec tibi nec studijs contente uiuis, exue, ad quam te dominus functionem uocauit instrue. Compar tua ut primum Rheni oram conspexerit scio, patriae intensum desyderium deponet. Sunt apud nos & comes & huma nae matronae, nec est quicquam quae illam deterrere aut possit aut debeat. Habemus & praeter caeteros D. Boni facium Amerbachium tui studiosissimum qui te & uiuit & somniat cum tua scribendi modestia. Perge quaeso per Christum in appellationibus rerum formandis, quo studiosis ni hil utilius nihil gratius facere poteris. Etiamsi ad illam editionem serius fortassis perficias erit tamen breui, ut

solus

solus sub prælum recipiam, quare oro per si quid charum est, me eius desiderio ne frustreris. Quos alios huic labori adhibendos putes scire uelim, quo monere & instigare eos queam. nihil .n. subterfugere statui laborum, donec habeas thesaurus quos æstimaueris commodos & pares. Si uidetur consultum per sum tuum aliquando ad me dare ut ostendare quos adhibendos putes. Aut ut illi per se laborent, ut tu postea conferas, docere liceat. Problemata ardenti animo expecto, & quæ putes addenda, illa proprio nuncio mittere potes aut Nurenbergam ad Joachimum q tuto ad me dare pt. Mitto chronicon seu temporum concordantias omnium Historiarum lucem atq utinam sit tam frugiferum quam laboriosum. Vale. mustricob Francof. mense Septemb. Anno 1534.

T. ex aio Johan Heruagius cui ut tua impera.

CLARISSIMO VIRO D. PHILIPPO
Melanchtoni preceptori S. optime merito.

S. Cum gener tuus, dulciss. preceptor, iam profecturus esset, ac literas ei iam tradidissem, ex improuiso ad nos uenit Matthias noster, sicut haud dubie a genero tibi narratum est, eaq causa est quod eum expectari adhuc a nobis prioribus literis scripserim. Quare te rogo ne

ægre

aegre ferre, quod literas non retexui. Eram .n. occupatus, ac sperabam generum tuum facile hunc errorem excusaturum. Incidit autem Matthiae aduentus, hic in disputationem D. Osiandri quam publice in praesentia principis habuit. Aequia. uidebatur paenitentiam definiisse suo quodam more & a recepta consuetudine nostrarum Ecclesiarum alieno impugnauit Matthias initio rem satis leuiter, postea uero cum D. Osiander fidem esse partem paenitentiae prorsus negaret & exempla quibus ille utebatur de Dauide & aliis et locum Esaiae cap. 38, quasi dicontriuit omnia ossa mea & repudiaret, paulo acrius contendere coepit, ita ut tandem & silentium ei mandaretur. Quare permotus, ut arbitror, postridie themata quaedam contraria, publice proposuit, quib. suam sententiam exposuit. Sed indigne tulerunt, plerique, id factum & ad seditionem spectare interpretabantur. Et quanquam erat importune factum, tamen rem ipsam propositam etiam ut impiam damnari, uidebatur mihi iniquum. Nihil .n. aliud quam quod illae de paenitentia profitentur uestrae Ecclesiae, scripsisse eum iudicare poteram. Certamen uero ita compositum est ut Matthias uisus sit quiescere. Cum autem ex illa contentione & opinionum uarietate multorum animi non leuiter offensi sint, ac ut uerum fatear, ego quoque

ab

aliquanto perturbatior factus sum, non potui dissimulare quin tibi, ut praeceptori amantissimo rem exponerem, tuumq iudicium expeterem. Vincit alter ut uetus Ecclesiastes autoritate eaq plurimorum aias perstringit & in admirationem & falsam rapit alter utro nos uehementer eo permouet q singe eum ita loqui, quemadmodum a praeceptorib. didicit. Hoc autem multis leuis quiddam uidetur quam ut alterum erroris conuincere posit, praesertim cum iij et qui non ita pridem a uobis honorib auctj & magnis titulis ornati ad nos redierunt, in alterig opinionem aperte inclinent. Aiunt .n. rem aliter se here, etiamsi alij docendi causa fidem poenitentiae partem faciant. Quae, mihi uox uidetur esse parum conueniens tantis personis, nec satis honorifice de praeceptorib sentiens. Quamobrem mi dulciss. praeceptor et atq et propter nostram amicitiam & amorem Christi te rogo ut tuum iudicium priuatim mihi sigeres ut quid de his rebus & opinionib firmiter sentiendum sit, statuere possim. Nihil adhuc hactenq a te petiui, quamuis multas contentiones alias hic huimq. Sed quia haec res mihi grauiss. uidetur adeo ut etiam nostrae Eccliae inde periclitentur, hoc unum obsecro ut mihi concedas, ut intelligam quae sententia iure posit & debeat propugnari. Nec alio consilio id peto quam ut ipse mecum primum certus sim de ueritate deinde interrogatus a principe possim absq

hae,

haesitatione ulla id pronunciare quod Ecclesiis nostris utile ac necessarium sit. Ut autem videas utriusque sententiam inclusi disputationem D. Osiandri, et Matthiae themata his literis, ac peto ut hanc totam rem etiam tecum tenere velis, nec committere ut quisquam me haec tecum communicasse intelligat. Id ego vicissim tuo iudicio cognito, praestabo bona fide. Gener tuus, qui mecum nunc amicissime vivit, tuas literas mihi tuto perferet, ac si daretur occasio, vellem etiam principem nostrum tecte admoneri, ut caveat eos qui studio novitatis, magna animi affectant, omniumque admirationem in se convertere volunt. O pestis Ecclesiae execranda cum intestinis dissensionibus leviculorum rerum tacitum scandalum edimus. Plura profecto per indignationem scribere non possum, Christus nobis adsit et suam Ecclesiam in ea puritate doctrinae, quae nobis divinitus patefacta est paucorum studiis, conservet integram ad sui nominis gloriam. Bene vale amantissime praeceptor et me tui certe studiosissimum ama. Christus te et tueatur incolumem in his ecclesiae perturbationibus ut ambigentes conscientias pie erudire et explicare possis. Quod ardentissime votis a Deo per dominum nostrum J. C. peto. Ex regiomonte Prussiae 17. April Aº 1549

Tuus ex animo Christoph.
Jonas.

CLARISSIMO VIRO DOCTRINA ET PIETATE praestanti D. Magistro P. Melanchtoni praeceptori suo observando.

S

Quis sit status Regiomontanae Ecclesiarum non puto te ig-
norare reuerenter praeceptor. Heri n. quidam eques principis ad
nos profectus est cum multis literis q inter caetera Magistrum
Christophorum uocat adiuuandum Funcium ut opinor, in pro-
pagando Osiandri dogmate. Princeps iam curat omnia Osi-
andri scripta recudi initium faciens a Schmeckbier quod nunc
sub praelo et propemodum absolutum est. Hinc iudicare potes
quanti faciat iudicia Ecclesiae et humanissimas multorum
magnorum uirorum admonitiones. Tantum ludit nos et
quaecunq ad deformandum religionem uestram facere uidentur
sedulo exequitur. Quidam metuunt ipsum post reditum a
nuptiis terrorem esse aggressurum idq rege consentiente.
Iussit n. omnes tum nobiles tum et reliquos esse armis instructos.
Deus misereatur Ecclesiae suae Amen Dantisci in Vigilia D.
Joannis.

Jo. placot.

CLARISSIMO VIRO D. PHILIPPO MELANCH
toni praeceptori s. perpetua summaq cum obser-
uantia colendo. Vuitebergae. Post multa.

Nunc de repub. et deq meorum rerum statu aliquid sub-
iungendum est. Et schola atq ecclesia Rostochiana in
pristino sane adhuc est statu. Non illo quidem ualde com-
modo, praesertim quod ad scholam attinet, attamen tranquil-
lo. Ac speramus subinde melius nos habituros, cum et M.
D. nobis adiunctus fuerit et principes quod de con-

stituenda

stituenda schola toties iam promiserunt, serio tandem ali-
quando egerint. De Lubecensi autem ecclesia, non dubito quin
iam olim compereris fuisse in ea acre & perniciosum
dissidium, et quibus id occasionibus accensum quamque nunc vicissim
nunc aliquantulum sit restinctum. Attamen mearum etiam par-
tium esse arbitror aliquid eadem de re ad te scribere. Prae-
sertim cum nunc Lubecae sim & cognitioni seu diiudicationi
eius controversiae interfuerim. Nam cum senatus Lubecensis ad
tollendum illud dissidium, cavendosque maiores motus (Valde
n. rem ad seditionem spectasse aiunt) vicinarum Ecclesiarum
superintendentes convocasset, Nempe D. Aepinum, M. Hen-
ningum e Luneburgo, D. Henricum Schmedensted e Dith-
marsia ego quoque ascitus & mandato principum Lubecam pro-
fectus sum. Ibi causa a consulibus nobis in praesentia om-
nium pastorum & concionatorum Lubecensium est proposita &
simul duo scripta (quorum alterum accusatio erat quae nomine
pastorum & concionatorum contra Laurentium Morsken, Ecclesiae
ad S. Jacobum Diaconum, senatui fuerat exhibita, alterum
rei illius defensio) tradita, quae perlegeremque & una cum
adiunctis nobis commissariis a senatu, de ratione componendae
istius controversiae cogitaremus. Est autem nobis etiam doctor Dra-
conites qui biennium iam Lubecae ut audio, sed sine aliqua
functione, tantum edendorum librorum suorum causa versatur nobis
peregrinis adiunctus. Caput accusationis erat, de articulo
iustificationis perperam & periculose docuisse Laurentium.
Et recitabantur multa eius incommoda & impia dicta quibus

de-

derogare fidem receptae in his Ecclesijs istae noluerit, qualia sunt. Man hatt die Bischer die gnade gotts viel zu viel gepredigt. Item Fidem in Jesum Christum nequaquam in iudicio Dei consistere, nisi habeant sibi adiuncta testimonia charitatis & bonorum operum. Ideoque eos qui in fine vitae demum ad Deum convertuntur, (ut facinorosos &c.) non recipi. Erat item opinio de eo quod commentum de fide formata in ecclesiam vellet revehere. Quodque reiectis exclusivis, fide & operibus simul iustificari hominem assereret. Verum Laurentius coram auditus negabat hanc suam esse sententiam, negabat item tales voces quae iusticiae fidei a se usurpatas esse. Et palam affirmabat se etiam pastorum & concionatorum Lubecensium nequaquam ulla in parte damnare aut reprehendere. Neque se habuisse propositum quicquam aliter docendi quam ipsi docerent. Item se amplecti omnes articulos fidei prout in confessione & Apologia Augustana, itemque in harum urbium Saxonicarum nuper edita confessione continentur, continerentur seu recitarentur. Voces autem illas quarum autor perhiberetur, aut errore aut malevolentia auditorum in eam sententiam acceptas, & inter cives sparsas esse. Addebat etiam se, si quid in forma verborum qua in sua defensione & confessione usus esset, desiderarem, admonitum libenter mutaturum & quae periculosa aut incommoda viderentur, vitaturum. Ad talia cum se offerret, Laurentius iniunctum nobis est a commissarijs, ut nostrum iudicium de ipsius scripto, deque formulis

ab

ab ipso usurpatis in scripto, quarum pleraque obscuræ & im-
propriæ uidebantur, et ob id aliquam causam præbuisse errori
auditorum atque dissidio perscriberemque & offerremque senatui. Id ita
fecimus. Tandem res ita composita est, ut Laurentius fidem da-
ret se in posterum in doctrina & ceremonijs nihil discrepaturum
à pastoribus huius Ecclesiæ. Nec discessurum à forma uerborum quæ
tum in confessionibus harum Ecclesiarum tum in nostro scripto
senatui exhibito usurparetur. Item cum ipsius conciones ita acceps-
tæ sint, quasi receptæ & ueræ doctrinæ de articulo iustificatio-
nis essent quiæ, unde & recepta illa doctrina apud multos suspecta
fieri cœperit, & factiones atque odia inter ciues inualuerint.
Ideo Laurentio iniunctum, ut publica declaratione, seu confessio-
ne descripta recitata, testaretur, receptam huius Ecclesiæ doctrinam,
prout una uoce à pastoribus & concionatoribus huius urbis hic-
ce tot annis esset tradita, ueram atque synceram esse, &
cum doctrina Catholica Ecclesiæ Christi consentire. Eius declara-
tionis formulam literis hisce adiunctam mitto. Misurus
libenter & alia, nisi propter prolixitatem minus grata fore
uererer. Attamen monebis me, si forte & illa requiris.
Ea concionatorum reconciliatio, & Laurentij confessio, Domi-
nica Reminiscere in duobus templis in magno hominum con-
cursu promulgata est. Multi tum in Laurentium tanquam
publicæ tranquillitatis in Ecclesia & politia huius urbis, tur-
batorem, maluissent grauius aliquid statui, & urbe quam

primum

primum cœpi. Alij contra, inter quos et plerique consules et senatores erant, contendebant id certamen initio non de re ipsa motum, sed propter alias offensiones ortum et importunis sermonibus et clamoribus auctum esse. Neque caeteros concionatores prorsus esse extra noxam. Ideo cum Laurentio mitius agendum. Eiectionemque ex urbe vix sine tumultu aut seditione posse fieri. Postridie die itaque Dominica Reminiscere D. Aeping caeterique theologi à Senatu Lubecensi benigne dimissi domum abierunt. Cumque ego sperarem futurum ut eodem modo dimitterer, Senatus interea cum meo Principe duce Joanne Alberto, qui tum Lubecae erat, agit, de me ad aliquot menses Lubecae relinquendo. Interea enim se operam daturos ut rursus superintendentem haberent, quod sine superintendentis opera et praesentia, factam recens concordiam minime firmam aut diuturnam fore metuerent. Assensit Princeps ut usque ad festum Paschae apud Lubecenses manerem. Ad longius autem tempus se sine consensu Ducis Henrici non velle aliquid promittere. Ita mihi mandato Principis sine recusatione parendum erat. Quia tamen sine omni librorum suppellectile Lubecam veneram, ideoque ad habendas conciones et lectiones, sicut iniungebatur, parum recte eram instructus, permisit consul ut quam celerrime irem Rostochium (Est enim bidui tantum iter) et coniugem etiam cum liberis, si vellem adducerem. Quod et feci, maxime

maxime ideo quod mihi incertum est quam diu me Principes
Lubecae sint relicturi. Veni ergo cum familia Lubecam 3. die
Martij & paulo post epistolam ad Colossenses praelegendam
suscepi. Haec de hisce negotijs, mearumque rerum statu prolixius
narravi, spero te in bonam partem accepturum. Utinam
autem mi charissi. praeceptor in commonstrando aliquo ido-
neo homine, qui superintendentis in hac urbe munere fun-
geretur, iuvare nunc possem Ecclesiam. Equidem per mag-
ni id & ad tranquillitatem & ad constantiam Ecclesiarum
Saxonicarum omnium, referre arbitror. Nam haec urbs, ut
nosti, per se ampla & supra modum populosa est, & pro-
fecto studio verbi divini admodum dedita. Et videntur vi-
cinorum oppidorum Ecclesiae valde ad hanc respicere, & quodam
modo ex hac pendere. Ideo hanc tranquillam & bene
constitutam esse vehementer optandum & laborandum est.
Cum ope iter te oro diligentem huius rei curam ut habeas.
Ego an Senatus & pastores hoc ipsum recens à te petierint
nescio. Neque percunctari et urgere id propter certas cau-
sas audeo. Sed quicquid est, fac obsecro ut ut meo ro-
gatu attentiss. de hoc negotio cogites: Si senatus eo rem
differt quod me fortasse hic mansurum existimat, valde in-
consideranter facit. Nam neque ego profecto ad eam functio-
nem ullo modo aptus sum. Et quod putant impetrari
facile

facile à Principibus posse ut me hoc tempore à se dimit-
tant, in eo et falli eos arbitror. Et cur ego à schola, in qua
utilius ut spero servio reip. quamque conservari & non nihil in-
staurari tantopere reip. tu cupio, iam discederem? Ideoque etsi
et senatores aliqui & pastores aliquo modo præ se ferant
quod me hic retinere cupiant, ego tamen nunquam id in
animum induxi meum. Sed Deum toto pectore precor,
ut alia ratione rectius huic Ecclesiæ consulat. Hæc prolixe qui-
dem me scripsisse hactenus video. Sed tamen alia etiam ad-
denda forent, nisi quamprimum dimitti tabellarium oporte-
ret. Et cuperem equidem valde, ad alios et claros & ami-
cos meos a quorum plerisque literas ad me amantiss. scriptas
accepi nunc rescribere, nisi angustia temporis prohiberet.
Ac in primis D. Magister Paulus mihi rogandus & co-
hortandus esset, ut quæ de filio D. Hermanni à Dom,
civis & senatoris Lubecen. petii, id a se impetrare pa-
tiatur. Item M. David ut se primo quoque tempore Rost-
ochium ad nos conferat & suum ad nos adventum toti scho-
læ gratum & expectatum fore sciat. Sed cum mihi illa
iam prolixius scribere non vacet, oro te, ut hæc illis
meo nomine significare non graveris. Simulque ut Reveren-
dis viris D. Pastori D. Maiori. Item Milichio M.
Erasmo Reinholdo, M. Marcello. Cæterisque omnibus collegis sa-
lutem dicas. Deus etc. per dominum nostrum J. C. te totamque
scholam

scholam uestram ad utilitatem Ecclesiae s. quam diutissime in-
columem conseruet. Datae Lubecae die XIIII Martij Anno
M.D.LI.

Joannes Aurifaber
Vratisla.

DN: PHIL. MELANTH. ADAMVS
Siberus

S. Charissime praeceptor, Librorum poematum meorum
hic est ordo. Prioribus quinque complexus sum patrum
sanctorum προσευχάς quaecunque ueteri et nouo testamen-
to continentur. Sexto et septimo εὐχαριστίας. Octauo
ἐπινίκια. quae sequuntur quatuor Aolosticha appellare pla-
cuit, quod licet sacra et in illis tracto, ea tamen non
sunt unius generis. Ultimus qui est decimus tertius, tot enim emis-
surus sum, Epigrammata complectitur et bonorum Virorum
qui proximis his annis interierunt, Epitaphia. Mitto
tibi quaedam ex quibus aestimatum quasi capto iudicium facere possis
de toto opusculo, quod tricenta ut minimum chartarum erit.
Malui autem quicquid mihi datum est ocij a scholasticis
laboribus in quibus iam nimis multos annos uersamur, sacris
scribendis consumere, quam alijs nugis. Tum ut Deus, cuius
munere habemus, si quid in hoc genere uidemur posse,
mea qualicunque uena celebretur: tum quantum in no-
bis est, multorum perniciosa scripta ex manibus puerorum
excutiamus.

excutiamq. Priores libros Johanni Alberto Principi gentis Henetæ inscripsi, rogatus ab amicis, posteriores prioris editio-nis patronos retinent. Tuum promissum expecto, ut ad proxi-mas nundinas Francofordianas ad Oporinum mittam. Verum illud tamen, ita à te exigo, si te maiora negocia non im-pediunt. Æternus pater dni & liberatoris nostri J. C. te-mi preceptor qui diutissime nobis saluum & incolumem conser-uet. Clarissimos uiros D. D. Casp. Peucerum generum tuum & paulum Eberum saluto. Ex ludo illustri Grimmen-si postridie Cal. Feb. M. D. Liiij.

CLARISSIMO VIRO PIETATE, SAPIEN-tia & dra longe præstantiss. D. Ph. Melantho-ni, Theologo & Philosopho summo, Precepto-ri & amico colendo suo Adamus Siberus.

Clarissime Vir, præceptor & amice colende. Mitto ad te psalterium Dauidis expressum à me uersibus elegia-cis. Etsi enim à multis hoc opus oratione numerosa est ex-plicatum, Flaminio, Spinula, & Eobano Hesso, qui primum ex germanis totum Dauidem carminibus legendum nobis dedit: tamen cum solutiones testamenti utriusque omnes numeris comprehendissem: non potui temperare mihi, quin & hoc poema prioribus adijcerem, non tam quidem, ut cum illo certarem, quod sumere mihi nec potui, nec debui: quam ut argumentum totum precium sucrarum absolue-rem,

rem, ac pueris, nostræ fidei comissis proponerem. An
vero opere aliquod precium fecerem, equidem non affirmem.
dedi certe operam, ut quoad possem, & sententiam prophetæ
breuiter complecterer, & formis ac figuris maxime latinis &
idoneis eandem exprimerem. Usus sum interpretatione D.
Lutheri, ad quam contuli Felicis, Campensis & Vatabli, &
multorum aliorum qui extant, adhibui præterea hominem doctum
ac pium, qui decem annis audiuit D. Zieglerum, & nunc
ministrum verbi apud nos gerit. qui quidem hærenti mihi
uariantibus interpretibus. in multis locis suppetias tulit. Ideo
autem ad te præceptor colende laborem hunc nostrum mitto.
primum ut iudicio ac limæ tuæ illum subijciam, deinde, si
dignum esse opus quod referatur in publicum, existimabis,
rogem te, des hoc amori in me tuo, meæque erga te beneuo
lentiæ observantiæque ut præfatiuncula aliqua me ornes.
Ut quod olim scripsisse te in Epistola quadam ad nos memi
ni, extet aliqua significatio in scriptis meis nostræ amici
tiæ. Impudenter fortasse facio, qui hoc abs te contende
re sustineam possunt .n. mihi de negare hoc occupatio
nes tuæ, et scriptum ipsum eiusmodi non esse dicat ali
quis, quod elogio clarissimi optimique Viri comprobetur:
Sed tamen cum hoc beneficij, quæ tua est facilitas &
des & dederis alijs multis, quibus si non anteponi, ali
qua ex parte certe æquari liberum possit: bonam in
spem venio, te venerantis & colentis te ex animo ami
ci

ei cupiditati minime aduersaturum. Inscribam opus ipsum Principi Electori Augusto, nec dubito, si commendatio tua accesserit, fore, ut me, per quinquennium in hoc poëma insumpti laboris et industriæ meæ non pœniteat. Bene et feliciter uale, teque Christus dominus ad gloriam nominis sui tueatur et defendat. Ex ludo illustri Grimmensi 7 calend. Septemb. M.D.LIX.

DOCTISS. ATQ. CLARISS. VIRO D. PHIlippo Melanthoni dno et amico summa obseruantia colendo. Christophorus à Carolobitzs

Quod promissum de uinis quibusdam exoticis ad te mittendis hactenus non exolui, partim utriusque nostrum absentia accidit partim et quod uina ipsa, quæ ex foro Julij et simul è Rhetia expectaui, nondum uia sint aduecta. Sed cum nunc nauis esset oblata, qua, quo uellem, recte istuc mittere possem, interim e genere Renuallico quod à loco, ubi prouenit, prosecciuum appellatur, nonnihil ad te mittere uolui donec cætera quæ iam pridem in itinere esse compertum habeo aduehantur. Et quanquam de Vngarico et aliquid addere cupiebam, tamen id nescio qua de causa et turbidius et crudius et num est, quam ut tibi mittendum esse uideatur. Sed ubi ad maturitatem claritatemque peruenerit, tum de eo ipso, quam et de Rhetico, quod in dies expecto, aliquid ad

ad te mittetur. Ac uero ne putes hoc, quod nunc mitto, aesti-
uis mensibus minus conseruari posse, cum Renuallica plerunque post
Calendas Julij acescere soleant, his literis rationem quandam
descriptam adiungendam duxi, qua seruata uxor tua illud uel
in biennium aut triennium tueri possit. Sed satis de Vino.
De Republica autem, et de communibus, in quibus uersamur
ac in dies magis magisque uersaturi uidemur periculis nihil
nunc scribere libet, praesertim ad te, qui pro singulari tua sapi-
entia non modo de ijs quae sunt, longe, quam ego, rectius iu-
dicare, Verum etiam illa, quae impendent, certius prospicere
potes. Illud saltem, si hactenus tibi minus notum fuit, ex me-
is literis tibi notum esse uolo, Caesarem ad omnes aduersariorum
querelas ita benigne et commode respondere, ut uel cum iactu-
ra existimationis ac dignitatis suae principibus istis satisfactum,
et paci ac tranquillitati Germaniae consultum cupiat, si modo
illis pax et tranquillitas Germaniae cordi fuerit. Quod qui-
dem de nostro, qui iam incipit cernere, quo tandem res exitu-
ra sit, non despero. Et quoniam ad pacificationem nuper
Lintij inchoatam, si Deus annuerit, perficiendam, ad 26.
diem huius mensis alius conuentus Patauiam est indictus, eiusque
rei gratia eodem principe nostro admittente induciae iam sunt
pactae, ab eius ipsius conuentus exitu omnis spes nostra reli-
qua pendere uidetur. Ad quem eundem cum Cancellarius nos-
ter et eius iussu Principis intra quatriduum profecturi simus,
hoc

hoc ipsum iter nostrum, et totum potius, quae instat tractationem pacis, Votis ac precationibus vestris adiuvari ac Dei benignitate aspiran-te ad optatum exitum provehi cupimus. Vale Dresdae 17 Maii Anno 1552.

DN. PHILIPPO MELANTH. Victorinus Strigelius.

S. Duae res potissimum me permoverunt, ut his miseris et luctuosis temporibus sanctissimum coniugii ordinem amplecterer. Una quod puritatem conscientiae cuius nutricula est pia consuetudo coniugum omnibus suavitatibus ἀγαμίας ante ferendam esse statuo. Altera quod invocatio, Propriius Ecclesiae cultus, omniumque domina et regina virtutum praestari sine castitate nequeunt. Quis enim tam ferus est tamque immanis, qui non vehementer ista legens commoveatur, sequimini sanctificationem sine qua nemo videbit Deum. Nam vagae libidines non solum miseros homines ab aeterna Dei consuetudine, qua nihil dulcius cogitari potest, avellunt, sed etiam in hac vita noticiam et invocationem Dei extinguunt. Gratiam iter habeo aeterno Patri d. n. J. Chri. quod mentem meam ad amandum, ac colendum hunc ordinem primum et antiquissimum flexit, et me a naturis immundis, ut tu sapientissime scribis segregavit. Tibi et clarissime et optime mente praeceptor perpetuam gratitudinem polliceor atque defero pro hoc ἐχεγαμίας, quod ad infinitam reliquorum beneficiorum multitudinem adiunxisti. Neque vero hac appellatione nunquam

Va

R

γαμικὸν quod per se magnum est, intelligo solum, sed multo et
magis uota illa γαμικὰ plena pietatis, quae certissima amoris erga
me tui pignora ac testimonia sunt. Ego cum nihil habeam
quod ἐξ ἴσου ἀνταλλάξων pro tot ac tantis tuis meritis
rependam, te in patris ac praeceptoris loco semper colam, om-
nique contentione perficiam, ut beneficia quae in me liberali
pectore contulisti, et grauia et grata esse intelligas. Quam
autem pompa fuerit honestissimarum nuptiarum et quanto-
pere tuam praesentiam et colloquium desiderarint non modo
hospites reliqui, sed et Principes Illustriss. et omnes con-
siliarii, ex narratione Dauidis, qui omnium rerum spectator et testis
fuit, melius quam ex meis literis cognosces. Illud certe sine sus-
pitione assentationis affirmare possum, multos hospites non tam con-
uiuii causa, cui de summa perfectione pauca defuerunt, quam
spe audiendi dulcissimos sermones tuos huc uenisse. Nam ut
caeteros omittam Vir clariss. genere et uirtute praestans dominus
Baptista Henzelius patricius Augustanus uix tum iter confecisset
nisi cupiditate incredibili te in nuptiis nostris uidendi arsisset.
Sed quoniam uoluntati tuae inopinata negotia obstiterunt, fa-
cile in excusatione minime fucosa acquiesco. Ad extremum a
te peto clarissime et humanissime praeceptor, ut hanc rem de qua
D. Henzelius tecum agere coram statuerat εὐμενῶς καὶ προ-
θύμως perficias. Agnoscis haud dubie inter reliquos disci-
pulos et auditores tuos M. Joannem Maspergerum Augusta-
num

num q uoce decani M. Joannis Aurifabri ante triennium, ut opinor, renunciatus est. Hic uehementer cupit atq exoptat testimonio collegij uestri ornari, q ei ad multas res obtinendas profuturum esse arbitror. Scribes igitur haud grauatim mea et D. Henzelij causa commendationem publicam, quam ipsius doctrina coniuncta singulari pietate meretur, nec dubites quin perpetua gratitudine hoc officium M. Johannes, cuius modo mentio facta est, celebraturus sit. Salutant te reuerenter et amanter multi hospites clarissimi, quorum nomina David noster recensebit. Salutem opto Viro clarissimo D. Dauino, quem et propter ingenij praestantiam colo, et propter priuata in me officia amo. Bene et feliciter uale praeceptor clarissime, et me in numero discipulorum qui tibi sint carissimi habeto. Vinariae 22 Maij 1549.

DN. CASP. PEVCERO Petrus Vincentius S. D. Wormatiam

Et heri domi tuae et hac ipsa hora in templo filiolum tuum Casparum recte ualentem, vegetum et alacrem Dei beneficio vidi, et uideo quotidie. Valet tota domus uestra, nisi quod socrus ex calculo ut solet graues cruciatus sentit. Quod te ex Milichij literis cuiusmodi sit, arbitror cognoscere. Ego partim scribo ne imprudens, aut te aut Socerum non necessaria sollicitudine afficere uidear. Quod ad nos

attinet

attinet officium debitæ erga familiam uestram pietatis & beneuo-
lentiæ nullum pretermittemque, idque existimo uobis persuasum esse.
Schola & Resp. est in eo quo reliquisti statu. Non ualde doleo
me nondum uos secutum esse, presertim cum uideam, scholasticæ iu-
uentuti mansionem meam gratam fuisse, & ea adhuc mediocri fre-
quentia hic hæreat. Sed Heus tu. De Trochilo, ecquid
scis eum in Francorum traiectu apud nostrum Conradum fuisse &
quod belle Philippo satis fecerit gloriatum esse. Doleo te tum ab-
fuisse. Sed est hoc quoque astutiæ illius documentum quod te demum
absente mollia fandi tempora se habiturum olfecit sagax iste Sueuus.
Quam uellem tibi datum esse, pro eo, ac meritus fuit
dedolandum & ornandum ex uirtutibus suis. Sed hæc sese ti-
bi subduxit, ex nassa tua anguilla. Menij Apologiam ad-
uersus Flacium uidisse uos credo. Salsum est scriptum,
sed uereor ne Cirrem Illyricam & Aloen expiat. Wigan-
dus quoque ad me scripsit. Expostulationem de Synodo aui-
um insimulans me grauiss: aduersus Ecclam peccati quod in oroe
mea de cura recte loquendi ex Synodo tanquam autenti-
co scripto citatus sit uersus Fallitur & fallit uulgi quod pen-
det ab ore. Ait me sibi suspectum esse de toto Poema-
te Sed quisquis autor sit, me tamen reum esse omnium blas-
phemiarum (his enim utitur uerbis) & mendaciorum quæ
in eo scripto contineantur, quod uersus unius citatione in scho-
la pub. librum approbare & canonizare non sum ueritus
crimen utrox ut uides & dignus bolus isto cane. Sed

Menij

Menij scriptum nisi fallor ex stultis insanos faciet. Crato ex Vratislauia nobis scribit, post Musaei discessum statum Ecclesiae in patria, dei beneficio, tranquilliorem fuisse. Viennae disputationem pub. contra Pontificiam doctrinam de operum meritis habitam Theologici collegij consensu publico. Praeterea equites nostros 500 rem feliciter contra 4000 Turcarum gessisse. Sed haec isthic arbitror a vobis non ignorarj. Egidius meus Pomeranus in Uriam a Glenitio per literas hoc die reuocatur, Vestra familia uniuersa recte valet praeter Serrum ut scripsi antea. Adducti sunt praeterea a Magistro Joanne 4 alij Vienenses seu Austriaci pueri ex his unus est Brassicani filius. Bene et feliciter vale. 8. Non. Octob: ex Viteberga. 1557

Salutem opto D. doct: Georgio, M. Paulo, Rungio et amicis caeteris.

CLARISS. V. ERVDITIONE ET VIRTVTE praestanti Dn. Casp. Peucero artis medicae D. designato Volfgangus Meurerus D.

S. D. quod instituis ac paras, Vir Clariss. faustum ac felix ac salutare ut sit Ecclesiae, tibi tuisque omnibus Deum ex animo precor et gratiam tibi habeo quod me ad istam festiuitatem renunciationis honoris tui tam amanter et sedulo inuitas. Ad quam ut ueniam, permittente et iuuante Deo,

multa

multa sint q̄ me excitant atq̧ impellunt. Inprimis uero q̄ non minus socero tuo, cui om̄ia officia summa, mediocria & infima debemus, gratum id & iucundum fore haud obscure ex Eromi, & tuis sermonibus et ante intelligere potui, quam tibi ipsi, cui non tantum debetur gr̄a pro dato beneficio, ut scribis, sed etiam per se eximia tua uirtus, & in omni disciplinarum genere eru̅, meretur, ut in q̄ maxima hominum frequentia & pleno theatro laudes tuæ decantentur. Cui si & nihil ornamenti adiungere ipse possum, animum tamen beneuolentiæ & amoris plenum, cupidumq̧ tui honoris, dignitatis, laudis & gloriæ adferam. quo te contentum fore arbitror, nec tamen ullam occasionem ꝑtermittam quidem operam sedulo ut meum uobis amorem, fidem, candorem & studij diligentiam probem. Interea socerum tuum & D. Fendium ex me reuerenter & amanter saluta ac bene uale. Lipsiæ. 16. Cal. Feb. Anno 60.

ERVDITO VIRO MAGISTRO
Caspari Bornero ad D. Thomam
ludi magistro Lipsiæ amico cariss.º

Julius Pflug.

S. De funebri meditatione nr̄a q̄ scripsisti, addunt mihi non parum aīj. quis n. dubitet se publico committere autore Philippo? qui meo quidem iudicio

op...

Optimus est, et dicendi, et intelligendi Mag. Exeat igitur
nostrum istud, quicquid id est, in manus hominum tuo arbitratu.
Neque enim est, cur donationem illam revocem, atque id quod factum
est tuum ad me redire velim. Facies tu quidem ut in edenda
oratione neque meam, neque tuam existimationem neglexisse videaris
idque consequere, si ita edendum curaveris, ut nostra
liberalitate non videaris esse abusus. Sed tute haec ipsa
tecum multo melius. Rem itaque, quid autem rem? immo
me ipsum in hac re tibi plane committo, ac ne de fide tua
dubitare videar, pluribus de his non agam. Unum hoc si
adsedero, esse locos quosdam quos cumprimis emendatos
velim. In exordio unus, quem sic imprimendum cura.
Quorum sive utrunque sive alterum exsisteret, quemadmodum
existimationem meam, si qua modo est tueri possem non reperirem.
Item in principio confirmationis. Cum animum
ac cogitationes meas refero ad mores atque ingenium Mosellani
nostri, video in eo cum omnia fuisse eximia, tum hoc pene
divinum, quod in his quae essent in se excolendis perseverit.
ut quae deessent, non magnopere desiderarentur. Est item aliud
in media pene oratione. Sinite me hoc loco praeterire.
Praeterea adire haereditatem pro obire commutatum velim,
hoc idem in loco de successione Erasmica. Plura emendarem
si esset in manibus integrum exemplar. Caetera
tuo iudicio relinquam. De Joachimo Videro, quam
ego dignum esse statuo, qui succedat Mosellano. Sed de
hac

hac re breui coram. Tu explora num ille Cochleus opera-
ram suam addixerit Principi itidem ego faciam. Quod
de Epitaphio consilium dedit Philippus sane probo. Mihi
quidem nihil est in optatis magis, quam ut uiri immortalis
sit memoria. Quod reliquum est librum Philippi de pon-
deribus & mensuris quam primum huc mitte. Protonota-
rium hospitem meum interroga, quo tempore futurum sit iudi-
cium illud nostrum, quod Principale appellant, & rescribe
de eo ipso rustim Vale. 1524.

DN: PHIL. MELANTH. Jaco-
bus Runge

S. Reuerende dne prestor & pater in Chro colende.
Princeps noster adolescens Johannes Fridericus creatus est
die Augustini, quod felix & faustum sit patriæ & eccle-
siæ Antistes, seu ut uocant, postulatus administrator
Caminensis. Deliberatio de iure confirmationis redimen-
do à Papa tanquam à praedone etiam nobis propo-
sita est. De mea migratione proximo Octobri certum re-
sponsum daturus sum Noribergensibus, & una uobiscum in-
uoco filium Dei, qui a Gosulio non contemnendam ostendit
ut deliberationem meam gubernet, det consilium salutare
felicemque successum et exitum, quod dua distichon nostrum
continet. Apologiam aduersus rabiem & temeritatem bla-
xix

xur expeting ses, eamq pb ecclesiam et posteritatem necessa-
riam esse arbitror. A uiro opt. Bordmao nos accusari miror
presertim cum Dauid mihi diuersum scripserit. Sunt qui de-
creta Synodi nostræ et totam historiam edi uelint. Sed
ego cauendas maiores tragœdias esse censeo, sequorq illud
Catonis: Emas non q opus est, sed quod necesse est. In epistola D.
Camerarij quanquam non adsequor via tamen iucundissima
mihi est, eritq mihi exemplar λακωνικῆ brevitas illa.
Miror me moneri de felicitate mea in ludo in quo hoc anno
mihi successit. Maierius noster, cum quo sic uos ludere
opto ut non sine socia ludi inde discedat. De stipendio Gor-
cei nihil agi potuit, qa cancellarius abest. Vellem equi-
dem centum ei decerni cum animaduertam eum maritum
fore. Etsi autem nullo Euripo mutabilior aulis est, tamen
aureos octoginta una cum domo qua pater eius tenuit ut
spero accipiet. Maierius peritus rationum et fortunarum
nostrarum me excusabit, quod Garcæo sicut expectat per
me non respondeo. Cura Academiæ pene nihil mihi
amplius est cordi, et rideo cum me professorem in uestra
Academia scribitis. Sed tamen uelim Garcæo eru-
ditum collegam adiungi. Si aula mihi respondebit ut
spero, fratrem meum mense Octobri ad uos adducam. Sa-
lutem opto Cl. Viro Dno Caspario Aero optatiss. tuo tuæque toti
domui. Filius Dei te seruet reuerende presbyter. Ex Wolgasto
Die tertia Septemb. 1556.

DN.

DN: PHILIPPO MELANTH. Jo-
annes Crato. S. D.

Aeterno opt. et benigniss. Creatori et conseruatori Natu-
rae et generis humani gratia. Die meo natali foelici par-
tu fidiss. mea coniunx filiolam peperit, eam ut Chrs σωστής
conseruet, quod manet pars parua τοῦ πληρώματος sui, et
faciat ut nobis quoque sit superstes orbis. precibus oro. Hominē
autem mihi natum scio meque ut humana quaecunque acciderint,
aequo animo feram praeparo. Corpusculum uidetur δυσάπερ-
ροσελόρ. Nec sane firmus sum et tenuiss. de ea saepe haec
ualetudo conficitur. Sed haec in diuinae uoluntatis boni-
tate sunt reposita. Casparus mihi scripsit te h. Godefridū
commonuisse sui officij. Id mihi gratiss. est. Quam n. sit
fallax expectatio temporis nostri, quam multi ad labefact-
andos et deprauandos alios parati sint, uosque subuenire
meae solicitudini, vehementer gratum habeo. Nimis stolide
st, qui nescio quam curam a nobis requirunt, praesertim cum
nō nunc tantum, sed fallaciis et simulationum inuolucris tegi
possint. Vos autem salutari seueritate intercludere iter
ad extremam nequitiam adolescentibus utile est. Vestras
literas diu non legi. Tua autem lego quotidie, estque
mihi tantum rei recreationis, quantum in nostris stu-
diis temporis consumo. De reliquis scripsi ad Casparum
ac peto meas et preces adolescenti captiuo prodesse.

Qu-

publica sit tristissa. Copias Turcicas in Pannoniam aduentare certissim est. Praesidia atq auxilia humana, aut nulla aut minime firma. B. V. Cl. Vir & cariss. pater. Vratisl. XVII decemb. 58.

CLARISSIMO VIRO, D CASPARI
Peucero, dno & amico suo plm re-
uerendo.

S. Utinam tales essemus Peucere doctissime, quales nos esse arbitramur: tum etiam de gente nostra aliter iudicatis atq res ipsa fert, apud quam nulli minore in precio sunt quam qui bonis & honestis literarum studijs uacant. Quod tamen non mirandum, quum peruersum semper fuerit uulgi iudicium. Louanienses Theologi, interdixerunt suis bibliopolis ne Forsteri Dictionarium uendant, nescio quib. Isaaci desertoris Iudaei calumnijs persuasi, q publico scripto boni Viri manes insectatur. Id tamen spero eum non impune laturum, exorto aliquo si lingua perito q ipsum sit Vindicaturus de recutiti Christiani Sycophantijs. Amicitiam inter nos initam tuebor ac fouebo quo ad uixero meoq filio ut idem faciat, q alias sua sponte facit, author semper ero. D. Hotomano, qui cum magna mihi est familiaritas, tuas ipsi tradam. Bene uale uir amicissime, atq Iunij Adagia, q hac hyeme nra produxit officina, beneuolo aio accipe. Commenda nos qso summa Veneratione D. Q. socero tuo: preceptori nro. Francoforti 8 Idus April: 1558.

T. D. Addictus
Nic: Episcopius

INSIGNI PIETATE AC DNA VIRO,
D. Nicolao Specht, Ecclesiae et oecono-
miae Portensis administratori, dno et
amico suo plurimum colendo

S. Tuae, scriptae postridie Gregorij redditae mihi sunt XXV
die Septembri, cum Francofurto rediissent librarij nostri,
reddidit autem eas ille, quem commendaueras, adolescens, qui
rogatus a me de suo statu respondit se conditionem habere apud
quendam hic uerbi ministrum. aliòq sanè, tui caussa libenter ei
commodassem operam meam. Nam pergratae fuerunt tuae
literae, quae mihi memoriam renouarunt anni superioris, quan-
do uobiscum eram, acceptus à uobis omnibus humanitate ac
beneuolentia summa, quo magis etiam debere me puto, si
quid officij possem in uos conferre uicissim, alacriter illud atque
libenter praestare. M. Paulus Vogel sub finem Aprilis
hic abijt cum suis in Galliam: opinor eos habitare Ande-
gaui. His nundinis Francofurtensis allatae nobis sunt Mau-
ritij ducis effigies: uerum non refert eas quas antea uidi.
Rogo te si quam nancisci potes ueram, ut me participem
facias. Rei nouae nihil habeo magnopere quod scribam. Bel-
lum geritur inter Caesarem atque Gallum, et tamen magnum est
silentium. Rumor fuerat, Pontificem uelle rursus urgere
pacem, quandoquidem illa mense Iulio confici non potuit
per intercessores Anglos. Polum atque Vintoniensem: nunc
nu-

autem ex Italia scribitur non unis literis, illum esse irrequietum & moliri bellum pro Gallo. Nam exules Neapolitanos reuocasse dicitur atque fouere coniecisse et in uincula cardinales duos, quam nescio de causa, multaque alia facere, quibus animum suum atque studium satis declarat. Qui sit comitiorum Augustae status, non uos istic latet. Ferdinandus abijt illinc, opinor. Si uerum est, quod plerique confirmant de pace Turcae Imperatoris & Persarum regis, credibile est horrendum bellum anno proximo resuscitatum iri per Vngariam. Deus adsit nobis omnibus. D. Camerario, & illorum hospiti Numburgico, item Doctori Badehornio, caeterisque amicis diligenter me commendabis. Vale uir ornatiss. Dat: Argent. tertia octob: M.D.L.V.

Vetuimque hic subacerbam fore uindemia, ob intempestiuam pluuiam: quale sit uestrum Portense futurum nescio: tuum, cum istic essem, ualde me delectabat.

Tui studiosissimus
Jo. Sleid.

IDEM.

S. Effigiem Mauricij ducis accepi, uir ornatiss. quam dono misisti, sed profecto, si sciuissem illud futurum, non eram tibi scripturus, nec enim tam operosam esse putabam, sed similem illi, quam Vogelerus mihi dederat in charta non magna delineatam. Cum autem ea sit tua beneuolentia, permagnam habeo gratiam, & uidebo quid inuicem tibi pro tam splendido munere aliquando reponam. De D. Philippi mor-

te

morte hic auditum fuit ante mensem: sed audeo falsum esse. In Anglia combustus est ob religione XXI Cantuar. archieps. per Galliam quoque et Belgium dure instituunt persecutiones. Videtur imminere noua quaepiam tempestas. Deus nos respiciat clementer. Vale. Dat. Argent: XVI April: 56.

Jo. Sleid:

CLARISSIMO VIRO D PHILIPPO
Melanthoni utriusque linguae interpreti
doctiss. Praeceptori suo cariss.

Quod hactenus ad literas tuas nihil rescripserim, Philippe nostrae Germaniae decus eximium partim fuit in causa ualetudo mea, qua iam multis annis aduersante, dum me imprudenter medicis credidi, nunquam tamen desperatione, quam praeterita hyeme, qua adeo inualuerat ut aliquando etiam de uita desperarim. eius tamen desiderium non multum animum meum cruciabat, spe immortalitatis per Christum fretus. A qua iam etsi utcunque respiraui, non tamen sic confirmatus sum ut studiis habilem me esse sentiam. Partim uero inscitia mea, cuius mihi probe conscius sum, tum insignis tua eruditio, quae nunquam non se nobis exhibet uaria ac multiplex. Quippe nihil aliud me inde consecuturum arbitrabar, quam ut meam imperitiam traducerem, et studia tua quae in communem studiosorum utilitatem desudant meis ineptiis remorarer. Itaque apud me statueram in antiquo silentio permanere. Id cum animo meo immotum sederet, alius scrupulus mihi iniectus est Nempe si

nihil

nihil scriberem, ne tibi viderer ingratus, et inhumanus, qui tum ocu-
lis meis obuersarere protinus ne haec macula mihi inureretur, has
incepi ad te exarare literas, mestas quidem illas, utpote quas ne-
cessitas reluctante ingenio extorsit, sed tamen summi mei in te amo-
ris testes, leuius iudicans uelut in inscitiae Charybdim quam
in ingratitudinis Scyllam incidere. quae si tibi molestae sunt tibi
imputabis, qui prior me literis tuis Graece scriptis longe elegantiss.
lacesseris, quae tanti apud me sunt ut nec tum Arabum et Ga-
zis, nec Croesi diuitijs, nec Gygis annulo, aut si quid his quoque
preciosius per mutarem, quas quoties lego, lego autem eas frequen-
ter, ita ingenium tuum admiror ut obstupescam. Ac mecum
musitans hominem ne germanum tam graece loqui? non me-
dius fidius ipsas Athenas tum Atticas dixerim. quis enim
non uere miraretur tantam literarum Graecarum. Nam de la-
tinis quid loquar attinet. quas ad inuidiam usque doctus es)
peritiam in iuuene, nondum tricesimum annum ingresso? nihil
certe (facessat omnis adulatio) simile unquam habuit Ger-
mania. O me ter felicem si aliquando per ualetudinem
liceat tanto bono frui. Caeterum frustra mecum agis, in li-
teris tuis ut te in album amicorum referam. Siquidem
iampridem antequam tu me natum scires ob raras animi
tui dotes, quas in te in libris aeditis perspexi, tanto
amore accensus fui, ut non modo inter amicos cariss. te
hu[i]erim, uerum et parentis ac praeceptoris loco obserua-
rim amarimque, licet ipse indoctus sim, tamen alienae doctri-
nae uirtutisque ab ineunte aetate fui et admirator et cultor
maximus. Quamobrem tibi persuasum esse sit a nemine

mor-

mortalium te sincerius amari, quam à Carino quem tu si inter tuos, non dicam amicos, sed discipulos aut clientulos numeraris, id mihi satis est, polliceor uirissim me nulli illorum nec fide nec amore cessurum. Vale. Octauo Calendas Aprilis Francofordiae

Carinus.

Phº MEL. D. G. FABRICIVS

Clariss. V. et praeceptor ueneraude, de Schleinicior fa, milia hominum honestissimorum pueri sex, aliquot annos hic uixerunt, summa modestia et indole singulari: eos nunc mit, tere parentes et tutores in Academiam constituerunt, ut antequam ad exteros eant te doctore utantur, et ad mo, res formandos et ad studia artium opt. perdiscenda. Eo nimium felices, quod tales hoc seculo parentes habeant qui ipsos uelint recte literis institui: et quod aetate tenera et ad discendum apta, illis detur te audire senemque nostri seculi uirtutis atque humanitatis principem. Verum de hue ris cum praesentes erunt ipse pro tua sapientia iudi, cabis: nunc quaeritur illis locus ubi commode pueri sex cum praeceptore et famulo hitent quos in magna turba esse parentes nollent, in alicuius uiri eruditi uiuere op, tarent contubernio. Quod si destituere consilio ipsorum praestor, tuo utere, quod ut illi impartias, uehementer te rogo: inter pellandum quidem in re tali non eras, sed fiducia humanitatis tuae et amicorum precibus adductus scripsi. Deum precor ut mitiget tibi senectutis molesti, as

as, diuque Ecclesiae & literis incolumem te seruet. Vale feli-
citer Misena 1559. 3. Non. Februar. quo die
periit exercitus Brunonis Saxoniae ducis naufragio.

D. CASPARO PEUCERO, GEORG.
Fabritius.

S. Cum fuerit poculum ex ophite confectum, intelliges pre-
cium lapideum, quoniam aliter non uis. Tarandi & Zi-
raphae descriptiones in appellationibus mihi perplacent. Iu-
dicium Viennensium Mathematici de Cometa credo tibi ui-
sum. In Pragensi conuentu nihil impetratur aequi, quod
ad religionem attinet, maximoque dolore ac aperto fremitu
omnium ordinum. Hic Adolescens qui meas tibi reddit,
Mattheas Breu, pauber & pupillus est, e coetu musico in
ludum nostrum missus ex aula est ad biennium habet
exiguum stipendium, cum fratre, nec quenquam ami-
cum, cuius utatur tantum consilio. Te oro optime
Peucere, ut illi ne desis ut habeat pro sua facul-
tate commodum hospitium: placet n. mihi uehe-
menter indoles eius ac probitas. Nolo te ulla re gra-
uare alia, nisi ut consultor sis: pp. Io. arg. Eo
dixanor aulicum hic eum retinere ad tempus non
potui. Ignosce autem mihi quod officii causa, quod debere
piis & pauperibus ad te confugio: quem tamen

omni

omni uirtutis ac officij genere delectari scio. Vale feliciter die natali meo, in quem omnes meæ mihi uitæ, mutationes inciderunt, profectionis in Italiam, reditus è Roma, reditus in patriam, amicitiarum coniunctio, et alia quædam leuia. Si quid eorum librorum adiectum est de quibus mandata negotiatoribus dedisti, cum erit qui ferat, ad me mitte, et precium singulorum assigna. Vale denuo.

DN. CASPARI PEUCERO.
Georg. Fabritius

S. Ornatissime uir, amice obseruande. Vir clariss. D. Joachimus Camerarius has mihi literas Lipsia misit tibi reddendas, qua occasione oblata meas, simul abijcere nolui. Nam quamuis nihil esset, quod scriberem, scribere aliquid uolui ueteris obseruantiæ meæ caussa. Domesticum luctum tuum sero accepi, nostro Camerario referente. De morbo tuo audiui, nec in patria te esse scirem, nisi eiusdem nunc docuissent literæ. Fecit enim morbi popularis late grassans et contagio et suspicio, ut cessauerint eiusmodi literas mittendi officia. Deo autem tecum gratias agimus, quod tuam familiam et liberos dulciss. seruauit, et halitum illum Satanæ lethalem compressit. Et te hortamur atque rogamus, ut ualetudini tuæ parcas, quam debilitant onera occupationum, et cui studio benemerendi in studijs laboribusque non pepercisti nec facile potes parcere.

Idem

Idem Jacobus Lachnerus uir uenerandus pastor noster sentit
atq; petit, q te reuerenter saluere iubet. Turbe in Belgio,
bellum in Pannonia quem non conficiant merore? quas non
dabunt occasiones hosti barbaro ad inuadendam Germaniam?
Deus respiciat Ecclesiam et patriam nostram, et spiritu S. guber
net nos, ut ipsum cum fide et tremore colamus. Et ludo il
lustri Misseno, die Thomae Apostoli anno M.D.LXVI.

DOCTRINA ET HUMANITATE PRAESTANTI
dno Martino Boreccio. E. uiro ornatissimo ami
co s. praecipuo.

S. Quo tempore literae tuae mihi redditae, eo ualetudo mea
erat admodum afflicta. Itaq domo aliquot iam dies non po
terum exire, ac ne domi quidem aliquid praecipue rei agere.
Ad tuam petitionem quod attinet studiose et diligenter praesta
bitur officium. Quid autem spei tibi faciam non possum
decernere. Nam et occasiones incertae, et has aucupantes
complures sunt, et praesentium fere solet ratio haberi. Quo
circa ut de euentu dubio, tu statues quid rationibus tuis
maxime congruat, et reb. expediat. Ubi primum pote
ro Rdum Virum D. Pfefingerum conuenire, cum eo accura
te de te loquar. Dedi tibi aliquando conuertendum libel
lum graecum, quem cupio exprimendo edi, si possim a ty
pographo obtinere, ut laborem istum suscipiat. Velim
autem te, si forte res procedat mihi significare, consil
ium ne et uoluntas tua sit, ut alicui dedicetur interpre
tatio

tatio tua teq adeo componere epistolam q scripto tuo re-
ponatur et mihi per occasionem mittere. Fac ualeas tibiq
persuadeas me quibuscunq in reb. concedatur tibi sine recu-
satione esse gratificaturum Vale die XV Mensis octobris.

Ioach. Camerarius

OPTIMO ET DOCTISSIMO Iuueni
M. Boreck amico suo charissimo.

S. Tuas literas heri accepi diserte et mirifice scriptas.
Video n. te in ea sententia esse, ut existimes spiritum
Dei, intempestiue aperire os nobis, ut loquamur de iis q ad
Idolomaniam e pectoribus hominum euellendam, ne quis iusto dei
iudicio sit excusabilis, pertinet. Certe nunquam sapientia di-
uina q os et aures nostras aperit, est intempestiua.
Sed in hanc partem saepe prudentia carnis, saepissime dia-
bolicae subiectiones nostrae peccant. Dicendum inqs erat de
presentia in ministerio, de fructu της κοινωνίας recte.
Sed frustra hoc audiunt homines foris, cum intus latet ma-
lum inscitia et ignorantia, quid sint Sacramenta, qd
Sacramentalis corporis et sanguinis Christi manducatio, quo
fine sit ritus institutus. Et externis rebus ludicris interea
ad quos πεσσὸς uester adhibet uaenias et corollas pue-
riles, confirmatur horribilis ἀρτολατρεία. Hoc ulcus nemo
uult tangere, et q attingit mundum et diabolum in-
festum habet. Id cum uident theologi illi qui suauia
sectantur in presentia amplectuntur ea q neutram partem

laedunt

lædunt, & in istis sibi mirifice placent. Sed exitus acta probabit. De imaginib. familiæ si quid scripserit Jungermannus faciam quod potero. De uestris et adhuc laboro, ita sua calliditate frater tuus intricauit uia, ut uix extricare queam. Libellum precum si miseris gratum erit. Alterum Joh. Matthesii te potius diligenter legere, quam ad me mittere malo. Vnum Dei mandatum, mille sapientum cogitationis rationibus anteferendum. Qui sic non sapit, frustra sapit. Ego in patriam Deo uolente iturus sum, ac perducam mecum in labyrinthum coniugem & filiolum. Bene uale & S. D. Jungermannum. 29 Aprilis 1567.

Crato

EIDEM.

S. Tuas literas quas Vratisl. misisti hic nudiustertius accepi. De Imaginib. familiæ D. Jungermanno gratificari cupio, licet Cancellariam nihil gratuito concedere, & Imperatorem quoque ad ista difficilem esse sciam. Mittat igitur picturam. Vobis ante duos menses magno studio uix diploma uestrum impetraui. De libro precum & scriptis edionis non uolo tibi aliquam exhibere molestiam. Te moderata sequi mihi gratissimum est maximè cum ingenia hominum & tempora sint turbulenta, & ego uerear ne non tam necessaria quam difficilia moueantur in patria. Quædam silenda poterant rectius remoueri quam clamorib. Sed necesse est nos in his tenebris sedere & iram domini portare, quia peccauimus ei ut propheta loquitur. Oremus

autem

autem ea quae sequuntur ut dominus sit lux nostra, hocque castis precibus efflagitemus. Est quidem lux sed inuocantibus illum uere. Veritas autem non à falsitate hic est. ab hac prudentia & sapientia uero ab eo qui se ueritatem, uitam, uiam, atque lucem profitetur, proficiscitur. Haec ad te quem sacris studijs deditum scio. Nam publica rectius ab alijs cognosces. Mea familia Viennae est. Filiolo nondum potui habere commodum praeceptorem. Et uereor ne prius odisse quam amare literas discat. Catalogum recentium librorum ad me mittere oblitus es. Etiam non rogatus sperabam te hoc officium Cratoni tuo singulis annis bis uel ter praestare posse. Boni igitur consules, si forte & ego cessator sum in ijs quibus beneuolentiam atque benignitatem quae tibi non claudetur declaratam cupis. Bene uale Posonij ex arce 29 Junij 1567.

Crato.

JOACHIM: CAMERARIUS MARTINO BORETTIO

S. Volui his dieb. ad uos accedere. Sed cum occupationes quaedam in ijs explicandis, quae me absente accumulatae fuerunt me detinuere, tum ualetudo minus etiam firma remorata est. Audio urgeri sententiam meam de ratione studiorum discipuli tui & illius uniuersa institutione, cum, ut existimo, ista res mihi comissa relinqui deberet considerationi meae. Mitto autem modo exposita & designata ea quae sequenda nunc quidem iudico. Inexperiendoque cognosci poterit commoditas. Neque ego hac in parte meam diligentiam desiderari

rari patiatur. Reliqua erunt vigilantiae attentionisque tuae. Vale.

Epistolae Ciceronis explicentur diebus cuiusque hebdomados qui-
nis, secundo, tertio, quarto, quinto, sexto. hora aliqua ante me-
ridiem ut Vita. Dialectica praecepta tradantur post meri-
diem hora 2da diebus singularum hebdomadum binis, quin-
to et sexto.

Virgilius singularum hebdomadum diebus ternis eadem hora
proponatur, secundo tertio, quarto die.

Praecepta Rhetoricae itidem diebus binis sicut Dialectica ho-
ra quarta.

Theognidis et adiuncta poematia proponantur diebus binis
hebdomados V et VI Hora IX.

Die sabbathi et Dominico atque reliquis feriis ea quae solent recitare
in templis ex scriptis euangelicis atque apostolicis, iubeantur legi
graece et audiatur interpretatio, et accedat correctio atque
explicatio.

Praescripta autem dicta sic exercebitur, ut hac etiam repetitio-
nes interrogando quid discendo profectum sit cognoscantur.

Stili exercitatio instituetur secundum ordinem progymnasmatum.
Neque difficilibus et implicatis variis cogitationes animi per-
turbabuntur. Ita enim et iudicium depravari solet.

Iubebitur puer et memoria complecti aliquam Epistolam Ci-
ceronis, et versus aliquot Virgilii, singulis hebdomadibus.

Puer commissus fidei tuae et cuius tu praeceptor es, et qui habet do-
mesticum respectum reuerendi Viri D. Pastoris Pfeffingeri,
neque ad conuiuia venire, neque domo ad externos aut alios
quae suis egredi, neque quicquam suo arbitrio agere debet, sed
sequi in omnibus iussa et promissionem praeceptoris et D.
pastoris autoritatem.

EXCELLENTI VIRO, DOCTRINA ET VIRTUTE, D. Jacobo Fabricio, Dantiscano. Doctori Theologiae, fratri suo in Christo obseruando.

Dantisci.

S. Literas tuas Calendis Junij scriptas XXI Julij Vratislauiensis Tabellarius cui Monauius noster eas dederat, accepi. Erant eae mihi desideratissimae, quod quo maiore in Jesu Christo, communi nostro Domino, amore te prosequor, tanto magis quo loco res tuae essent scire cuperem κοινὰ γὰρ καὶ φίλων ἅπαντα. Ego vero non te amicum solum, sed vnice mihi obseruandum fratrem agnosco: ac spiritu meo tecum versor, Deum vnice obsecrans, ut tempus illud gratuitae suae beneuolentiae tandem aliquando appetere, et laeto de sancta vocatione tua nuncio nos exhilarare, velit. Si nondum venit hora tua, qua depulsis nebulis eorum, qui verentur ne officias eorum luminibus illuceas: det Deus ut tibi tuisque sic praeluceas, ut etiam hac ratione sanctum Dei nomen glorificetur. Tu interim, quod facis perdura: et inter multa quae tibi spiritus Christi suggerit et illud perpende, seruorum videlicet Christi sortem eam esse, fuisse et futuram esse, ut proemia ministerij eorum, multis remoris, et odij ac inuidiae spiculis essent obnoxia. Sed haec via Christus, regnans in medio inimicorum suorum, suis in bonum vertit, et impedimenta amolitur, ut fiat tandem id quod consilium manusque Dei decreuit ut fieret. Sed venio ad τὰ καθ' ἡμᾶς.

Theo-

Theodorus à Baro multa senectutis incommoda sentit, et curis de Eccla Gallicana conficitur. Nuper bis decubuit. Fui illi hortator ne ulli Bareti posthac respondeat, sed in hac aetate, Prophetas minores breuib. Annotationib. ut Psalmos et Nouum testamentum, illustret. Danaeus recte ualet. Serranus Nemausiae euangelizat. Tota Gallia tumultuat. semen tn̄ Euangelij eas egit radices, ut plane non possit exstirpari.

Rod. Gualth. cum omnib. suis collegis, Item. Bernater mi recte ualent. Diotrephes nr̄ μοσχὰλ(?) factus, nec συναγωγίας, nec lectiones habere sit. Ego ambigua pace fruor, si terrenam illam patem spectes. Causas non nescis. Neostadiana Schola efflorescit. Ursinus ad ueteres docendi, et ad amicos scribendi, labores, rediit. Tossanus Marbachio grauiter respondit, et ἀβούσαλα scribere ostendit. Senex parat responsionem. Sturmius eadem fidelia plures parietes dealbare constituit: quantum uidi nuper cum apud eum (Heydelberga rediens) Argentinae essem. Inter caetera Hosiandri χαλὶνχαν(?) edet, ut doceat, multa prius isti discenda, quam sexagenarios de ponte Scripturae instituat et χεῖρα(?) διδάσκαλον agat. Heidelbergā mi omnes discedent. Princeps conditiones eas pscripsit (dictatas à Marbachio certum est) quas nemo è nris acceptare posset. D. Erastus ad nos Basileam migrabit. Spero et fratrem meum accessurum. Etsi sunt qui speirā eū Melopii(?) nolint. Pro succino misso summas tibi gratias habeo, tam Amerbachij

Rectoris

Rectoris nri, quam meo nomine. Corculum, glebulum & tessellas ei dedi. Amantiss. & gratiam habet & te resalutat. Delectat, ut nouisti, talib. ac sententiam tuam de anulorum, nummorumq; in Diuersino sepulcris, Ausonij Versu mihi confirmauit. Uxor mea cum filiab. & imprimis Hannula nra officiose te salutant. De dolio tuo quid fieri uelis cum tibi placebit, significabis. Feliciter in Chro uale. Basilea Die Jacobi Apostoli 1580

Quaeso ut si quid sit in quo me tibi seruire uoles, ut significes.

Verè tui amantiss.

J. Grynaeus.

Illustriss: PRINCIPI AUGUSTO,

Princ. Electori Saxoniae.

Illustrissime dux, potentissime elector, dne clementissime. Tantum studium, tantaq; diligentia in C. T. ad res obscurissimas inuestigandas esse dr, ut nemo etiam diligentissimus inueniatur, qui sit contendendo, par, aut similis: ita ut magni acutissimi celeritate uincas ipsos artifices. Elaborat autem praeclare industria C. T. in linguae latinae cognitione, ad cuius fundamenta in pueritia iacta, iam quasi aedificium super imposuit, ijdem fecerunt imperatores celeberrimi maiores domus Saxoniae. Nam Otho, ob res gestas, dictus Magnus linguam eandem didicit aetate etiam prouecta, ut post Italiam domitam, loqui cum doctis

doctis posset, & sermonem gentis subiectæ intelligeret. Eiusdem filius Otho II græcæ cognitionem adiunxit. Nam & uxorem Constantinopolitanam duxit, & ea lingua Italis libertatem, Germanis imperium, sibi ipse uitam conseruauit: Etenim post infaustum cum Saracenis prælium naui se committens, cum nautis græcis græce locutus, ad portum Messanensem in Sicilia euadit, & exercitus Italicos, & Germanicos statim intelligit. Exempla maiorum maxima, Princeps maxime pulcherrime imitaris, nec dubito sine summa delectatione, certe cum singulari Illustrissimi nominis tui gloria: cum lingua latina non solum imperij Romani terminos, uerum etiam regna Europæa ambiat & complectatur. Talis cupiditatis, & industriæ labores in C. T. non solum mihi proponere soleo, sed & adolescentulis mihi commissis sæpissime prædicare, quoties ad pietatem, & studia eos adhortandi datur occasio, quæ datur cotidie. Hoc autem tempore, cum ad C. T. poematum Sacrorum libros meos mitterem, & literas Vernaculas adderem: merito sum reprehensus, & error mihi meus pudorem affert. Nunc ueniam, à clementia tua supplex peto, quod si commissum amplius fuerit me ipsum uenia indignum iudicabo. DEVS omnipotens Elector amplissime C. T. propitius tueatur periculosis his temporib. & hæredem harum prouinciarum auitæque uirtutis tribuat & imperium diuturnum largiatur. Valeat C. T.

feli-

feliciter. Cludo illustri Misena à nato Xsto deruatore anno M. D. LXVII. M. Nouembris D VI quo die Henricus Leo Dux Saxoniæ Lothary Imp: nepos Bardeuicu Vrbem Henetam incendit, et solo æquat. Cel. T. illustrissimæ humil: Subditus.

Georg: Fabritius.

D IACOBO HERBRANDO S. S. THEOlogiæ D professori Tubingensi.

Gratiam et felicitatem in Christo pre.

Multitudo beneficiorum uestrorum, et beneuolentia erga me plane paterna, uir excellentissime, præceptor et patrone colendissime, uel nolentem ad scribendi officium pertrahere possent. Verum ad obsequia D. V. promptissimus, non inuitus literarum munus suscepi. Et quamuis nihil excellentia uestra dignum proferre possum, pauca tamen hæc de salute nostra (quam uobis quoque curæ esse certe scio) D. V. non ingrata fore confido. Et quia non dubito D. V. ex priorib. literis ad M. Samuelem præceptorem meum obseruandiss. datis, de reb. meis certiorem factam: breuior in iis commemorandis ero. Non: Aprilis Tubinga profectus 20 eiusdem saluus Viennam perueni ibique ad aditum usque nostrum concionando, baptizando et cœnam ægris ministrando ad petitionem dominorum

(si quidem tum primati provincialium ministri aberant) me exercui. Decimo demum Junij Vienna solventes et 16° Turcicos fines ingressi, 18 Budam pervenimus. In hoc itinere perlustravimus Presburgum, arcemque regalem: Castra commorisium fortissima: Strigonium cum arce, sede quondam episcopali, in quo inter caetera adhuc visitur sacellum de marmore sub rubro, sed instar speculi imaginem intuentis representante, augustissimum: Vicegradum arcem praealtam Coronae Ungaricae olim custodem, cum palatio regis Matthiae, arcem Budensem illustrissimam et regalem, et Pest urbem Budae, transflumen oppositam. Quae loca natura, hominumque industria quondam illustria et amaena fuisse reliquiae docent: Jam vero à Turcis foedissimè conspurcata et desiderium antiquum, splendorem et magnificentiam visendi, et misericordiam non immerito cuipiam movere possent. Postquam vero Orator, oblato honorario 300 talerorum, duobus horologijs (quib. Turcia caret) miro artificio fabrefactis, alijsque vasis argenteis atque inauratis, de conditionib. pacis religiose servandis, et irruptionibus Turcarum praecavendis et puniendis cum Bascha Budense diu multumque egisset, pro captivis quoque nonnullis contra ius et aequum, intercessisset comitatu Turcico à Bascha Budense diu multumque stipati 23 Junij Albam Graecam petijmus eoque huius mensis ultimo pervenientes pp ad-

versam

uersam ualetudinem Domini oratoris per integrum octiduum
ibi commorati sumus. Cumque nobis Bascha de nauali profectione,
terrestri multo commodiore Nicopolin usque promissionem fecisset:
naues tum Belgradi relinquere, et terra ingredi iussi sumus, prae-
tendentes Danubij quasdam angustias, et consuetudinem, quam
ulterius nauigijs progredi nemini Christianorum hactenus per-
missum sit. 8 Ergo Julij Belgradum, nauesque nostras relin-
quentes, quadrigarum ope reliquum iter, sed minus commode et
feliciter confecimus. Successum temporis oes exaere atque aqua
putri, aestu solis nimio et uino minus salubri, et capitis,
totiusque corporis calore molestari coepimus, propter cuius mor-
bi importunitatem decem Sophiae relinquere coacti fuimus.
Ego quoque Sophiae in acutissimum morbum incidi, sed Dei
beneficio, aurae maritimae afflatu mox eo liberatus sum, cum
tamen prius a domino meo cognosco, cum barone Heberstei-
nense, caeterisque nobilibus similiter afflictis, Adrianopolin ci-
uitatem amplam et sedem olim imperatoriam permissus, curae cu-
iusdam Judaei portugalensis demandati fuissemus. 6 Augusti
sub ortum solis plerique incolumes Constantinopolin aspeximus
et a D. Oratore Carolo a Rhym Gandauiensi legatis
Venetorum et aliquot Zauschijs Turcicis ab urbe adhuc re-
motissimi excepti sumus. Et haec de itinere breuiter. De
ecclesijs Ungariae, utriusque Misiae et Graeciae pauca.
Ungari quos transiuimus, aut Caluinistae sunt aut Antitrini-
tarij filij et S.S. Deitatem abnegantes, pastores ipsorum
per-

pertinaces & rudes sunt, praesidium & patrocinium ex Transyl-
uania accipientes. Mesiam superiorem, quam Bosniam uocant
Rosciani Croatica lingua utentes inhabitant. Hi cum Bulgaris
in Mesia inferiori degentib. graecam fidem colunt, traditionum
paternarum, & ceremoniarum plurimarum studiosi obseruato-
res, candelis plurimis & maximis de summitate templi per
circulum quendam dispositis in Missae celebratione utuntur. Tem-
pla habent circumquaq. imaginibus apostolorum, Christi, Mariae
& quorundam sanctorum exornata. Jeiunia indicunt pluri-
ma, in quib. per 14 dies, aut integrum mensem tantum pa-
ne & aqua fruuntur. Paulini uocantur quod uetus testamen-
tum paruifacientes, noua Pauli scripta praecipue agnoscunt.
Concionatores indoctos quemadmodum & Graeci habent. Et cum
praeter Croaticum nihil sapiant, cum ipsis conferre non potui.
Graeci praeter triuiales & grammaticas scholas nullas aben-
ant. Vulgus cum plerisq. sacerdotib. & monachis (hos
enim ordines Graeci quoq. agnoscunt) pure loquentes non
intelligit. Tantum enim uulgaris à genuina lingua distat,
quantum Italica à latina. Missarum pompa suorum
oculos & animum perstringunt. Populumq. de religione to-
to anni curriculo nihil docent, praeterquam in quadragesi-
mali. Sculptilia, purgatorium, inuocationem sanctorum
damnant, sub utraq. specie nobiscum communicant: In
baptismo uero non nihil à nobis dissentiunt. Ex indocta
enim superstitione nostram phrasin: Ego baptizo te in nomi-
ne

ne patris, filij & SS. Spiritum sanctum à patre procede-
re asserunt, cum pontificijs amicitiam non colunt. In præ-
cipuis Turciæ urbibus Ragusæi ex Ragusa libera civitate
Italiæ habitant: mercaturam exercent maximam. Hi cum
alijs Italis, præcipue Genuensib. Galatam vicinam Constan-
tinopoli urbem, & Bosphorum Thraciæ accolentibus pa-
pisticæ religionis strenui sunt defensores, hões alioquin op-
timi, à quib. maximis beneficijs Belgradi, Nissæ, Sophiæ
Philicopoli, & Adrianopoli affecti sumq. Commoda .n. hos-
pitia præbentes humanissime & liberaliter eos tractarunt.
Iudæi quoq maximo numero Turciam gravant, nobis tamen
ministrando interptando, medicinas faciendo, alijsq operis ne-
cessarijs bene velle videntur: plurimarum linguarum periti
sunt, mercatores opulenti, artifices industrij. Constantino-
poli ultra quadraginta millia habitare dicuntur. Quorū
ædes oēs (certam .n. urbis partem ad Bosphorum usq
protendentem occupant) ante quadriennium conflagrarunt,
quarum ruinas iam magnifice restaurant. In hos diversarum
religionum cultores dominantur Turcæ, q mira devotio-
ne & superstitione sacra sua peragunt. Campanas nul-
las habent, sed tempore concionis, aut precum (quas qua-
ter in die faciunt) unus duo, sæpe tres, quatuor, quinq
Papæ (sic .n. suos sacrificos appellant) simul turrim
templi conscendentes, unisona, amusa, & ridicula can-
tione suos ad preces convocant. In quarum pactione

plu-

plurimis Ceremonijs utuntur. Antequam templum ingrediantur
manus, pedes et caput lavant, calceos ad limen foris relinquunt,
in genua et faciem sese provoluunt, manus complicant, aurib. ad-
movent, et si q[ue] his consimiles sunt, quas ad dimidium horae
crebrius iterant. Diem Veneris sacrum habent, in quo ante
meridiem preces usitatis ceremonijs faciunt: deinde laudes et
omnibus sanctis canunt. Tertio Alcoranum legunt. Post
meridiem unus Turcice, alter Arabice concionatur primo
laudantes Deum, q[ui] ipsis amplum regnum et victorias pluri-
mas concedens, insuper quoque viam veritatis et salutis per
Machometem monstrant. Deinde res sanctos celebrant. Tertio
pro salute Imperatoris et totius Ecclae, usq[ue] qui terra mariq[ue]
pro patria dimicant, diligenter et sedulo orant. Deniq[ue] po-
pulum de morib., et viam felicitatem consequendi docent. Sed
de moribus, alijsq[ue] rebus Turcicis, coram aliquando verba facere
tutius erit: quare de ijs plura referre in p[rae]sentia supersedeo, meq[ue]
reverenter V. D. et patrocinio humiliter commendo, pre-
ces pro salute vestra, totiusq[ue] familiae sedulus promitto.
Quemodo Adam Neuserus de Cathedra ad equum descen-
derit D. Cancellario scripsi. Postremo scilicet reveren-
ter et subens se peto salutem et felicitatem dici re-
verendo et clarissimo Viro D.D. Scharffio sacrae scriptu-
rae fidelissimo et dexterrimo interpreti, preceptori de me opti-
me merito, cuius quoque perpetuo in precib[us] meis memor sum.
Datae Constantinopoli 11 Octobr. anno 1573.

V. E. et R. D.
obsequentissimus discipulus
M. S. G.

D. JACOBO ANDREÆ S.S. THEOLO-
giæ doctori, in academia Tubingensi.

Salutem et felicitatem reuerenter in Christo precatur plurimum

Alteras iam litteras mitto praestantissime uir, Cancellari dignissime, in quibus prolixiorem esse, multitudo scribendarum, et inopinatus generosorum comitum nostrorum discessus uetuit. Sed ne meo officio omni ex parte deessem, haec licet pauca R. V. D. mittere debui. Memini adhuc ornatissime uir R. V. D. mihi mandare, ut de Adamo Neusero, quondam pastore Heydelbergensi inquirerem. Compri autem à ludi rectore Gomonensi (cui familiaris fuit) quod Neuserus solum, ut citra, uertens, Gomorrant peruenerit, ibique se in dolium cum alijs multis Budam transferendum includi curarit. Hac fraude delusa, aliam comminiscitur, et habitum Vngaricum assumens totum se more Turcarum radi uoluit, ut tutius et securius iter Budense ingredi posset. Sed ne hoc quidem ei cessit consilium. Nam ad supremum capitaneum castrorum Gomorrensium D. Kuelmannum Goppingensem, tanquam transfuga et explorator delatus, in uincula coniectus est. Ex quibus tandem precibus ludi rectoris, aliorumque, hominis uesaniam ex assiduis studijs et lucubrationibus contractum mentientium liberatus, per Poloniam septem castra adijt, indeque comitem assumens (ut audio uirum doctum) ante annum Constantinopolin uenit, modo cum comite infausto circumcisus,

cumcisus, non Mophij .i. Turcarum Patriarcha aut Papa: sed spahij factus est: ist auch nirrens geschoren [illegible] gewiniger worden. (Sunt n. Spahij Turcici imperatoris aerarij equites) Sed tantum stipendij non hz, ut equum alere posit, uitam agit miserrimam & contemptam. Socios hz germanos quosdam in bello captos, cum his quotidie ferè in tabernis & tonstrina quadam potat, prophana & obscœna nonnunq; masculorum (salua reuerentia V.) concubitu (qui in Turcia usitatissimus est) tractat: à suis sceleratus pfaffus & transfuga quouis supplicio dignus, audit: quod abiurata religione uera ad Turcas sponte transierit, regerit ille conuitia, sicq; tempus fallunt. Sed nec ipsum interim terrores & pugnæ (illæ foris & a conterraneis) destituunt. Nam à familiaribus ipsius intelligo, q pessima conscientia utatur, attonitus sæpe & meditabundus assideat: subinde ingemiscat, uocesq; desperationis plenas interdum edat, q nimium maiestatem dei scrutari uolens, in hunc errorem & tenebrarum uoraginem demersus sit. Mox rursum se colligens, blasphemijs & mendacijs nostram religionem incessat. Nunquã tamen manifestis uerbis Turcicam pbare uisus est. Et cum ipsi à socijs (nam hic religio omnib. libera est) Apostasia obijcitur, non se fidem mutasse, sed pristinam adhuc in corde alere respondet. Circumcisionis uero exemplo nescio quo populorum à Diuo Mattheo conuersorum patrocinatur, q antiquitus & Baptisma & circumcisionem

nem retineant. Omnem pecuniam quam secum ex germania
et transsyluania abstulit, Constantinopoli remisit, eamque per ma-
gos recuperare frustra tentauit. Ita miser homo a Satha-
na ubique deluditur. Nouis reb. et magicis artib. ipsum studere
familiares perhibent. Primo Octobris colloquium meum per
tonsorem quendam germanum petijt, sed quia concioni opera
danda erat conuentum in aliud tempus distuli. Uxorem
iam ducere cogitat, interpretis nostri uicinam. Sed quia num-
mis, quos unice spectant Turcae non turget, metuo ne nup-
tijs istis excidat. Sed plus satis de isto. De ecclesiarum
statu pauca. In Turcico imperio uarias ecclesias et
religiones, puram non reperio. De Caluinistis et An-
titrinitarijs Ungariae V. dignitati proximis literis scripsi.
Secunda Rascianorum et Graecorum est (in plerisque n. con-
ueniunt) quae in ceremonijs et traditionibus patrum plu-
rimi Papisticis non absimiles, in doctrina uero paucissimi sunt.
Ordines certos monachorum, monialium et sacrificulorum habent.
His uxores ducere, sed ea conditione conceditur, ut prima
defuncta, caelibem uitam in reliquum agant. Patriarchae uero
cum suis nubere non licet. Tertia Italorum et Ragusaeorum
est, qui a Ragusa libera ciuitate Italiae dicti Principales
Turciae urbes inhabitant. Mercatores sunt opulentissimi, huma-
ni et benefici qui nobis multa bona in nostra profectione praesti-
terunt, religionem hi colunt papisticam. Quarta Judaeorum
est, quae infinito numero Turciam premunt. Quinta Turcarum

quae

quæ præter reliquos studiose & deuote à suis colitur. Sed de ea præsens uolente Deo aliquid referre, quàm periculo non necessario scribere malo. Status ecclesiarum græcarum (quæ religiõis an-tiquitate & morum innocentia placere deberet) miserandus & de-plorandus est. Quod enim ad eam ipsorum concernit, pastores alunt indoctos, qui præter missas legere, nihil ferè norunt. Paucissi-mi eorum (ut nec uulgus) puram græcam linguam intelligunt: sed uulgari contenti illam ut superuacuam fastidiunt. Per to-tum anni circulum missa uix dum (puro enim sermone conscripta est) intellecta contenti, nunquam nisi in quadragesimali conciones habent. Sub utraque tamen specie communicant, inuocationem sanctorum & purgatorium damnant, conuersationem papistarum sacrificulorum ex supercilio quodam auersantur. Vitæ honestate Turcis paulo me-liores sunt, nec tamen impuritatis male audiunt. Luxus in uestitu græcorum germanis uix est credibilis, capillos purissimo auro in-uoluunt, frontem & aures gemmis preciosis, & manib. sump-tuosis ornant, collum torque, lacertos lamina & optimo auro cir-cundant, pectus catenis aureis & argenteis grauant, & alijs ornamentis plurimis non cum imperatoria nostra certant, sed multis parasangis eam post se relinquunt. Literas D. V. et D. Crusij præceptoris colendissimi nondum tradidi; No-titiam patriarchæ per rectorem ipsius ex nostro sodalitio familiarem, captans. Continui me hactenus ob aëem minus conuenientem: sed uolente Deo in posterum græcis me associabo, ut fidem ipsorum probe cognitam habeam. No-

ua

ua q D. V. serre attinet, perpauca sunt. Sexto Junij anni
praesentis qdam nouus in Turcia doctor Bizantij capite mulcta-
tus est, q Mahometem falsum Prophetam fuisse asserens, fi-
lij quoq et Spiritus sancti aeternitatem (an pure ignoro)
docens aliquot millia Turcarum et in his magnam partem
Janitscheror, q pcipua Turcici exercitus pars sunt, in
suam sententiam pertraxerit. Aiunt Budae ipsum primo
suum dogma sparsisse: q cum imperatori innotuisset, eum qui
Zauschium n. pfectum quendam Constantinopolin uocari uolu-
isse, Zauschius mandato obaediens Budam pergit: id nouus
doctor magiae forsan beneficio cognoscens, Zauschio (iux du
dimidio itineris confecto) ignotus fit obuiam, seq quem
quaerat abducere, profitetur. Legatus dictis tandem fidem
habens, ipsum pro mandato imperatoris Constantinopolin non
inuitum sequentem ducit. In itinere Zauschio reliquisq co-
mitib. suam religionem persuadet. Constantinopolim ueniens
imperatori se sistit, et fidei suae rationem reddit, pp
quam in carcerem coniectus, paulo post cum luctu, et
commiseratione plurimorum ipsius discipulor, non in loco
supplicijs consueto, sed ante carcerem, et leui, ut ipsis ui-
detur supplicij genere capitis truncatione, affectus est.
Metuit n. imperator ne grauiori poena et in publico su-
menda, Janitscherorum animi exacerbati, seditionem moue-
rent. Et cum qdam ex ordine isto detruncatum uideret
ipsum exosculatus, iugulum sibiipsi abscidit, iniquum esse
dicens,

dicens, mortuo magistro discipulum uiuere. Sed de eo facto pa-
rum hodie auditur. Turcae quoque Persae & Arabes oes Mach-
ometistae de ueritate religionis inter se digladiantur, quolibet
horum contendente uerum se Alcoranum (uariant .n. inter se)
à Mahomete traditum habere de quibus alias. Dominus
orator Carolus á Rim Gandauiensis (qui per quadrienni-
um iam pacis conseruandae in Constantinopoli agit, iamque
ptes officij sui explesse uisus erat) adhuc cum suis ex
uoluntate & mandato Caesareae maiestatis nrae, nobiscum
moratur, idque pp negocia grauia, quae mutua oratorum opa
Caesareae maiestatis expediri uult. Vir doctus & prudens
est: sed religionis papisticae. In rebus Christianorum &
conditionib. pacis in futuros annos cum Turca constituen-
dae, mutuasque sedulasque dni oratores tradunt. Orandus
est dns, ut pro salute ipsorum, atque negocium ceptum, in
gloriam nois ipsius, Romaniqu imperij emolumentum, felici-
ter perficiant. Hisce me V. R. D humiliter commen-
do. Datae Constantinopoli ii Octobr. 73.

V. R. D. deditiss. & subiectiss.
M. S. G Verbi Dei minister
indignus

DN. M. SAMVELI HEYLAND PRO-
fessori Ethices in academia Tubingensi.

Salutem & felicitatem in Christo plurimam.
Literas de salute uestra, totiusque familiae, ornatissime Vir

praeceptor

preceptor colendissime, de statu quoque Galliæ, Flandriæ totiusque Germaniæ, præcipue uero ducatus nostri laudatissimi, summo cum desiderio expecto. Ego Dei clementia et bonitate bene ualeo, summaque cum uoluptate et gaudio hic uersor. Verum ne longo exordio literas protraham, beneuolentia antiqua fretus, reliquum itineris nostri breuiter persequar. literas n. priores de reb. nostris ad Budam usque gestis uos accepisse spero postea quam ergo Bascha Budensis comitatum equestrem nobis addidisset: Buda profecti ultimo Junij h. e. nauigatione octo dierum Belgradum peruenimus. In hac profectione præcipue uidimus Ertzigenmarckt maximum et pulcherrimum pagum à multitudine in habitantium Rascianum dictum. Sunt autem Rasciani populus per totum Ungariam et Mysiam dispersus Croatica utentes lingua, pessimum genus hominum, rapax, dolosum et seruituti natum. Horum exploratione Turcæ homines et iumenta è nostris confinibus abigunt. Horum quoque ministerio, præcipue uero unius (cuius sepulchrum Gomorræ uidi) Solymannus exercitum suum Viennam duxit religionem græcorum se colere profitentur. quorum uulgari lingua in missa sua utuntur. Templa habent imaginib. sanctorum, Christi, Mariæ, lampadib. item et candelis conspicua 26 Junij Walutschij appulimus, cumque multum diei adhuc reliquum esset ad dimidium miliare egressi locum prælij inter Ludouicum regem Ungariæ et Turcam commissi conspeximus, ubi adhuc fo-

foueæ tormentorum bellicorum & sepulchrales in uastissima planitie frugib. consita, uisuntur: paludem quoque in qua rex Ludouicus fugiens, cum equo retroactus & suffocatus est, Vngarus quidam praelio interfecit, monstrauit. Perlustrauimus quoque artem siue castra Petri Waradini, in rupe ad Danubium sita, in quorum expugnatione 80000 Turcarum occubuisse ferunt. Vbique in Vngaria locorum quae partim utrique imperatori tributaria sunt, generosissimo uino, & carponibus Danubij optimis & maximis, quatuordecim semis & plurimum librarum Dominus autor donatus est, cuius magnitudinis pisces duobus cruciferis emi uidimus. Belgradi octiduo commorantes propter afflictissimam domini oratoris ualetudinem, singula bene perlustrauimus. Vrbs est ampla, hortis fere singulis domibus contiguis, duob. quoque fluminib. Drauo & Danubio ibidem congredientibus, amœna, Turci hic architectari & ruinas restaurare incipiunt. Sed cum ipsi architecturae ignari sint, opera & seruitio Christianorum captiuorum (quorum infinitus propemodum in Turcia numerus est, partim foetore & squalore carceris contabescentium, partim maximis laboribus, quos quotidie sufferre coguntur, paulatim emorientium) horum inquam opera, magnifica & splendida mercium receptacula, templa, balnea, & carpelzerias illis hospitiorum loco, de puro lapide aedificant. Supra uero Belgradum, omnia diruta & defoedata iacent: propugnacula quoque natura & arte munita fere penitus corruere patiuntur. Metuunt enim imperator esse ui aliqua

ea

ea in potestatem suam recipiat, ideo ut nullos aut certe par,
uos sumptus in iis restaurandis faciunt: Belgradi in portu,
ubi appulimus 60 iustæ magnitudinis naues comeatui de,
putatas inuenimus. Cum. n. imperator noster in honorario mit,
tendo moram solito diutur morem fecisset, id prorsus nega,
tum iri, bellumque à nostris iam parari sibi persuaserunt, qua
pp et ipsi de reb. ad bellum necessarijs prouiderunt. Arx
Belgradi quinque turrib. fortissima, uiribus humanis inexpug,
nabilis uidetur. In ea uidimus reliquias pugnæ inter Lude,
uicum et Solymannum, fragmenta scilicet brachialium
humeralium, buccularum, maximorum calceos, clypeos, thora,
ces, cataphractorum, aliaque similia, sed tormentis alysque
machinis bellicis ipsorum propugnacula, nullo modo nostris st compa
randa. Nam Strigonij, Vicegradi, Budæ, petro, Waradini &
Belgradi, uix eum apparatum, in his omnibus, reperire licet
quem in uno Comoriensi. Budæ quidem et Belgradi inue,
nimus tormenta maxima, sed araneis et puluere sepulta,
rotisque confractis et disiectis, ut qui sine horum ope pome,
ria sua proferre possint. Ostiduum ergo pp generosi nostri
comitis morbi grauitatem Albæ Græcæ commorantes, osti,
duo Julij institutum iter, sed non sine magnis molestijs con,
tinuauimus. Nam contra promissionem Budæ nobis à Bassha
factam, nauigia, quibus commodissime cum omni supellecti,
le uehebamur, Belgradi relinquere et terram ingredi
iussi sumus, itaque paulatim factum, ut oes ægrotare ce,
perimus. Licet. n. montes, nemora, colles, ualles oīs

gnis

gnis fontib. arborib. & herbis amenissima plurimum nos oblecta-
re potuerint, uarij quoque hominum mores & habitus non parum
nos recrearint: Iter tamen putredine & crassitie, aqua & ui-
num sapore foetido nobis aduersissima fuere. Dei tamen bene-
ficio & quadrigarum auxilio, itinere 12 dierum h.e. 19 Julij
Sophiam pueneimus (sic dictam, quod eodem tempore, quo sancta
Sophia Constantinopoli extructa sit) urbem montibus, plani-
cie, agris, uineis, hortis urbanis & fonticulorum multitudine amoe-
nissimam. In hac cum alijs plurimis, ardore corporis maximo
correptus fui, cumque plures propter morbi uehementiam iter face-
re non ualerent, Sophiae Ragusaeorum curae relicti sunt, qui
quinta demum post nos Septimana Bizantium uenerunt.
Ego uero cum alijs quibusdam nobilib. a Barone de Heber-
stein ac nostro secretario similiter aegris Adrianopolin (ur-
bem amplissimam, alteramque Turcici imperatoris sedem) à
domino oratore pmissus 25 Julij Philippopolin ueni (
urbem à Philippo Macedonum rege conditam. Haec situ pulch-
errima est, trib. montib. conterminata, partimque disterminata.
In quorum uno uestigia palatij & tribunal Philippi in sax-
o excisum, adhuc uisitur. In hoc sedisse dicitur cum exercitum
suum, in propinquam extra urbem planiciem congregatum con-
templari uoluit. 28 Adrianopolim attingentes, cuiusdam portuga-
lensis cuiusdam Judaei nos commisimus. Inde primo Augusti
profecto, mox sequenti die, ex beneficio Dei & uenti mari-
ni afflatu mihi gratissimo, sanitatem prorsus accepi. Ter-
tio Augusti Selimbriae urbe maritima & supra saxum sita

primo

primo Græcorum templa et ceremonias uidimus. Sexto Augusti salui et incolumes plerique Constantinopolin oriente sole uenimus, à Cæs: Maiestatis oratore, Venetorum legatis et Turcicis Zauschijs excepti. 16 Augusti Sarallium h.e. aulam Imperatoris Turcici ingressi et imperatoris nostri honorarium ferentes, ad prandium à Turcis uocati sumus. Eo finito sex tantum nobiles, cum dominis oratoribus in conspectum Imperatoris adducti sunt, qui postquam de more uestem ipsius exosculati sunt, retro regredi coacti sunt. Postea de composito exercitus Turcicæ cum ducib. et capitaneis in suis ordinibus nos præterierunt. Aula amplissima est, ut aliquot millia capere possit. In hac singuli ordines equitum et peditum suas certas stationes habent; et quod mihi mirum uidebatur, cum aliquot millia astarent, non uerbum ullum aut sibilum, non strepitum, non screatum audiri, sed tanquam statuæ summo silentio suum quisque locum tenebat. 21 Augusti, Imperatorem uidi ad templum, cum maximo et augusto comitatu euntem, cumque nostras ædes præteriret, pecunia sparsa magnificentiæ specimen edere uoluit. 21 Septembris per Bosphorum Thraciæ ad Pontum Euxinum, animi gratia egressi sumus. Bosphorus longitudinem habet amplius trium milliarium germanicorum. Ex utroque latere montes uitib. generosis consitos, ad quorum radices, iuxta ipsissimum Bosphorum, uillæ sunt urbanæ, et habitationes græcorum, pro spacio duorum miliarium, hortis et arboribus, malorum punicorum, persicorum, oliuarum et chrysomelorum amœnissimæ. Bosphorus à mari Euxino

præ-

prægrandi saxo disterminatur, in cuius summitate columna marmo-
rea est à Pompeio consule Romano constituta. In reditu Bospho-
rum translati, Asiam ingressi sumus, ibique uiridarium Turcici
Imperatoris, et in eo ædificium, columnis marmoreis et pictu-
ra Persica pulcherrimè exornatum uidimus. Noua apud
nos hoc tempore nulla habentur, quamquam classis Turcica uehe-
mentia uentorum dissipata 10 naues amiserit. Veneti contra
fœdus cum Hispano et Pontifice pactum pacem cum Tur-
ca, sed Marco misero inierunt. Præter tributum enim 300000.
ducatorum quotannis soluendorum, Candiam insuper petit. Lega-
tos eorum, qui ante mensem tributum apportarunt, huius nulla
ratione habita audire adhuc differt, cum nostros decimo ab
aduentu die admisisset. Verum de his in præsentia satis.
Docti apud nos nulli sunt, quibuscum conuersari et conferre
possem. Sed hanc iacturam uoluptate priuatæ lectionis
compensare oportet. Omnis generis oblectamenta me hic, Dei
beneficio, Melancholicum esse non sinunt, et si clam in-
terdum obrepat, expatiando ad sanctam Sophiam, Mossam
Solymanni, aliaque templa augusta et splendida, in mari
quoque cum aliis comitibus nauigiis excurrendo, melancholi-
am pello. Nomina Græcorum autorum, qui comparari
nequeunt, aut amplius non imprimuntur, mihi perscribi rogo.
Occasione enim data ad montem sanctum proficiscar, ubi mul-
tos græcos libros à monachis et Patriarcha olim Con-
stantinopolitano reseruari audio. Græci nostri indocti et ru-
des sunt, pauci Græcæ linguæ, præter Patriarcham cum

paucis,

paucis, ignari oes. Deniq precib. uestris dominum meum ge=
nerosum, nosq omnes commendo, ut in quiete et gaudio quo haste=
hactenus, in posterum quoq [illegible]. Obsequia quoq et servitia
mea Reverendis et clarissimis viris D.D. Schepfio D.
D. Brentio D. Schegkio viro singulari, reliquisq preceptoribus meis, collegis uestris, optime de me meritis, consultissimo quoq viro D. Direction Johanni [illegible] (cui prodi=
me fusissime scribam, iam pp plures de necessariis Vien=
niam mittendis non potui) eadem humiliter commendo, Sa=
lutem con[iugi] et uestram, totiusq familiae precib. meis com=
mendatum perpetuo habens. Datae Constantinopoli ii Octo=
bris Anno 1573.

Discipulus et filius uester
ad oia obsequens M. S. G.
Byzantij agens.

JOH: CRATO: GEORGIO MAIORI.

S. Non sum narrator temporis acti, et est id propemodum
à morib. et aetate mea alienum. Sed fuerunt tamen,
optime Maior ueritatis amator maxime, alia tempora ac
nunc sunt alia doctorum ad doctos adiunctio. Ac memi=
nisse te arbitror, quam hilare et libenter sumq D. Luterq
me adolescentem de iis rebus disputantem à quib. illiq
sententia abhorrebat, audiuerit, quam benigne modeste
etiam a me cogitata et prolata absurde exceperit, quam
paterne docuerit. Nunc si qd inauditur saltem ab il=
lis q Lutere esse uolunt, nec tamen sunt, q ab opinio=
nibus

opinionibus uiolentiss. ipsorum discrepat, Deus bone quas turbas
mouent, quam calumniam adhibent. An uero istae sint fidei syn-
cerae effectiones ad meum iudicium non reuoco. In persuasione qua-
dam de ueteri tua erga me et perpetua beneuolentia haec
ad te scribo, et tibi M. Abelum uirum doctum, candidum et
recte inuocantem Deum, de manu quod aiunt in manum do: etsi
mihi quidem non tam in manib. quam in oculis et pectore est.
Nam si tueri possem contra odium maleuolentiae non im-
plorarem uestrum auxilium. Possidet hic regnum orator
quidam, is inflatus ambitione multa facit insolenter et iniu-
riose. De eius autem factis omnia perscribere longum esset,
sed neque ego hoc ipsum possum absque dolore, neque uos lege-
ritis ista sine molestia. Hoc unum quod diuinus Luterus di-
cebat sit uobis pro multis. Falsos fratres esse pessimos.
Is uero sua falsitate ea quae in Abelo ad commendationem
ualere debebant ad reprehensionem uertit, et ita malitiose
fictis criminibus eum onerauit, ut multi in quib. altae sunt
radices opinionum, quae in animi debilitate minime recte iu-
dicant alium eum esse putent ac est. Et quid possint doli,
machinae, fallaciae, praestigiae illorum, qui abutuntur creduli-
tate imperitae multitudinis Iure meliora Madewr, non ignoras.
Ideo misero non dices succurrere, sed plane succurres, cumque
quantum poteris, poteris autem plurimum, collegii uestri
theologici testimonio, quod ex ueritate illi dari aequum est sub-
leuabis.

leuabis. Nihil ille fecit tumultuose, nec unquam facturus
est: Bonum senem & ueritatis amantem Trinarij parentem in-
tricatum extricauit. Is cum in ardore pietatis quaedam dixisset
uehementer & fortasse inconsiderate: Abelus tanquam con-
citator insimulatus est & iussus confessionem scribere. senior
quoque sua pretulit, ne nihil intelligere uideretur. Ea res dis-
plicuit D. Casparo qui tum aderat. Caeterum in scripto Abe-
li nihil quod possent reprehendere, ac quod a preceptorib. ac inpri-
mis innocentissimo Dno nostro non fuisset scriptum & dictum
prius, repertum est. Nam aequitatem & ueritatem rei uer-
bi laqueo capere ab humanitate & pietate alienum ui-
detur. Sed cum uideret parum differre suspectum, uereque
reum, & acerbitas odij in illum saeuiret, melioribus lo-
cum dare quam inuisum retinere maluit. Itaque cum se dis-
cessurum significauit, tanta fuit maleuolentia, ut aditum
etiam ad alios praecludere conaretur. Cum autem ad ex-
peditionem nihil uideatur uestro grauissimo testimonio con-
ducibilius, ad uos in optima conscientia & rectissima uolun-
tate confugit uestramque opem implorat & auxilium effla-
gitat: quod ut ei feratis, ita a uobis peto, ut maiori
studio & contentione nullam rem petere possim. Nihil uo-
bis praescribo, res ostendit eum esse innocentissimum, & pro
quo autoritatem uestram interponatis minime indignum.
Minus callide fortasse & caute fecit: sed quid de eo sta-

tuas

tuas hoc, qui cum in luce positus eam uideat, dissimulet se uidere aut interrogatus neget? Ad meam uoluntatem & studium uobis probandum non afferam multa uerba, re, si potero, faciam, ut me, id quod sum uestri amantissimum, studiosissimum & obseruantissimum cognoscatis. Saluto fratres & amicos amicissime uosque omnes ualere & Christo atque piis grata acceptaque facere, odiosa autem perfidiis & simulationib. opto. XXII Nouebr. qui dies natalis mihi est aeterno Deo gratia.

HONESTO ATQUE ERUDITO D. JOhanni Metzigen Hanensi, studioso artium et literarum amico & Affini suo carissimo. Lipsiae

S. D. De tuis commodis, aut ornamentis cogitare non desino, affinis optime. Heri iter in publico hospitio, cum me nobilis quidam alloqueretur, qui paedagogum requireret Baronis cuiusdam filiis, hominem grauem & eruditum: tu mihi & uiro clarissimo D. Christophoro, qui & ipse aderat, in mentem uenisti, quod posses eo muneri praefici. Habet ille filios adolescentulos tres, quos Pragae alere uult, ad discendas literas quib. nonnihil imbuti sunt, & linguam Bohemicam quosque deinceps in Academiam aliquam mittere constituit. Qualis sit ratio stipendii tui istic, ignoro: sed ego hanc occasionem et tibi fore commodam animaduerto, unde tibi & gratia, & magnorum uirorum beneuolentia conciliari

liari posset. Igitur si tibi uidetur, intra dies octo ad nos excurre, ut et ipse cum Barone illo loquaris, nostris literis commendatus: et quid tibi faciendum sit, et quod salarium constituendum, praesens intelligas, et cum matre atque amicis deliberes. Facies mihi rem ualde gratam. Literas uiro praestantiss. D. Camerario trade, et si fieri potest, responsum ab illo accipe. Vale feliciter. E ludo illustri Misna VII Cal. Jun. Anno à Christo nato. M.D.LXX.

Georgius Fabricius
rector.

ORNATISS° ET DOCTISSIMO VIRO
D. Volfgango Fusio senatui Lipsiensi à libellis, amico et affini suo
colendo.

S.D. Magnus nunc est belli apparatus, et regum externorum cupiditas exhaurit copiosam uiris Germaniam. Qui si tales exercitus in Thraciam aut ipsam Asiam immitteretur, posset propagari ad Indos usque nomen et imperium Christianum. Germanorum uita uirtusque sunt uenalia, quos Carolus V. rursus concitauit in arma, tota eius posteritas non sedabit. Sed nos committamus patriam et fortunas nostras Deo. Socer meus pro pellibus numerabit pecuniam et si quid librorum est literarumue relictum, cum suis sarcinulis componet: nam ei iniunxi ut te conueniret. Si quid elegans inter isthic certi rerum nouarum est hoc est, si quid elegans inter libros nouos, de eo fac me certiorem. Sabini epistolae eiusdem filii non

sunt,

St, & in ea ad Sleidanum uellem ipsum apposuisse, q Slei
danus praetermisit, & ob id negligentiae accusatur. Contra Jouium
bene scribit, quem qui tantopere laudant, ut omnibus cum nostris
hominib. anteferant, eos profecto insanos iudico: historicus est sed
non uir Verus: doctus fuit & ingenio ualuit, sed uita &
mores turpissimi: episcopus fuit, sed q Samuel de sui temporis
scribit sacerdotib. nesciuit dominum, & ignorauit officium sacer-
dotum. Reprehenditur et à Veneto quodam, uiro graui,
q alienis laborib. usus sit pro suis. Vale feliciter, & si
male iudico, tu me emenda. Misena IIII Non. Maij M.D.
L VIIX.

Georgius Fabricius

ORNATISSIMO INTEGRITATE & DOCTRI-
NA Viro, D Volfgango Fusio senatui Lipsi-
ensi à libellis, amico & affini suo colendo. S.D.

Strasburgo prolixiores dare non potui, iter ad tuas re-
spondebo iam, si possum, diligentius. Pontifex, q nunc
saeuit in Ecclesia, est Neapolitanus, nec Johannes Pe-
trus fuit, dictus Paulus IIII de familia Carapha, de
quo libro quinto carminum suorum M. Antonius Fla-
minius honestum profert testimonium. Antea fuit pro-
fessione Jesuita, post Episcopus Theatinus à prima aeta-
te simulator, Vnde Veneti dicuntur, apud quos Monach-
us fuit, Theatinum nominare quem uolunt significare

hy-

hÿpocritam. Delectatus supra modum crudo pavone, q
cum in cœna aliqui non fuisset appositus, medicorum suasu,
in cocum sævire voluit, cumq iracundia fremeret, medici ex-
cusatione usi sunt, ut eum ad lenitatem adducerent, quib.
ille respondit: si Deus iratus pp pomi morsum damnavit
genus humanum, ego Christi vicarius non irascar ob ademp-
to pavone, q multis partibus pomo est nobilior? In ira di-
citur, blasphemias iacere in Deum atq sanctos. Hortos
ad S. Petrum fecit pensiles, contra omnium volunta-
tem Cardinalium, nepotem et ne quoddam ædificium
vetustum cum picturis Constantini Imp. destrueret, de-
hortantem, Scipione mulctavit, eum mendicum et spu-
rium nominans. Exegas Carolo V. voluit fieri in urbe,
hunc Imperatorem non agnoscit et inter cætera accusat,
q male educaverit filium. Quid multa? εἰκὼν ἐστὶ
τοῦ δαίμονος, libidine, furore, insolentia, blasphemÿs.
Natam tibi filiolam, matre valida gaudeo, et tecum
Deo gratias ago. Si quid literarum Francofurto ad
me allatum est, huic nuncio trade. Vasolum Patavinum
non novi, et Robortellum inde discessisse intelligo. Mos-
covitam grassari in oculis Germaniæ, Turcam in ingen-
ti esse expeditione, oes uno ore affirmant. Exurgat
Deus et dissipentur inimici eius. Amen. Vale feliciter
Misena IIII Cal. Aprilis. M.D.LIX

Georgius Fabricius

VIRO ORNATO NOBILITATE & DRA
D. Johanni à Crocau & amico suo colen,
do. S. D.

Conuenit me ciuis meus Adauus Schönickel loquens mecum de puerili institutione, cui suasi, ut initio ijs precepta proponeret simplicissima, & adhiberet exercitationes aliquas ei ætati aptas & conuenientes. Dedi autem ei libellum, in quibus uocabula sua, & appellationes uerum, cum selectis phrasibus & pollicitus sum, me alia simile modo ostensurum, cum paulò ætas maturior fuerit. Tibi autem gratulor Johannes, quod Virum talem patronum nactus sis, cui ego elegantia dræ, experientia rerum, grauitate Vitæ, actionum magnitudine uix parem scio: tibi etiam gratias ago, quod de reb. Italicis & Gallicis modo proscripsisti, & te oro, quæ scribi possunt aut debent, interdum mecum communices: q iam amicum amplius neminem ijs in locis habeo, nam q mecum tum uixerunt, aut noti sunt, iam in sua qsq patria dignitatibus florent. Virum magnificum D. Carolouicium, communem patronum, ex me reuerenter saluta. Impetraui ante biennium a S. M. Cæsarea priuilegium typographicum, quod adhuc Pragæ credo latere, nam & scriptum & obsignatum fuit. De eo D. Carolouicium opportune qso admoneas, cuius ministro ad id redimendum hic pecuniam dedi. inprimis uero ei me commenda, & Vale feliciter. Misena XVI die Martij, anno nati Christi M.D.LXV.

Georgius Fabricius

NOBILITATE GNIS, ERUDITIONE AC
Virtute p̄stanti D. Johanni à Crocau [...] domino & amico suo colendo. Potenganus.

Quantum faueas Georgio fratri, nobiliss. d. Johannes, cum antea coram cognoui, tum et nunc cognosco, q̄ ob unam significationem salutationis & obseruantiæ meæ, ita statim respondes, ac si ego quoq̄ studij tui partem mihi uendicare possim, predicabo hanc tuam humanitatem quibuscunq̄ potero, inprimis Georgio fratri meo, cuius nomine ea extat in me beneuolentia tua. Gratias autem ago tibi singulares in præsenti & mea causa, & Werneri Vicethumi, cui omnia q̄ misisti erunt communia, atq̄ ut ego pro mea parte studeo uicissim tibi gratificari, si quomodo possim aut ualeam, ita ille pollicetur se facturum mutuum, idq̄ studiose atq̄ libenter, si qua in re tibi gratum facere queat: quod & suo nomine scribere me iussit. Sed & gratias ago D. Melchiori de Luder, q̄ M Casparis, & meæ petitioni tam diligenter apud te satisfecit. Cum M. Caspare autem Eberhardo superintendente Misnensi comes sum profectus, Cum Schopam à Ruxlebio uocaretur officij Christiani & necessarij nōe compater ut ille factus. feciq̄ id eo libentiq, cum ut opt° Viro & theologo adessem, quem fr. Georgius unice diligit, & ego obseruo: tum ut eum locum antea mihi ignotum cognoscerem. id ita recidit, ut per occasionem Schopa huc concedendum esset ob uecturam.

ram; ita mcidimq ei amicum tuum D. Melchiorem. Habes rationem absentiae meae à fratre, quem breui Deo uolente reuisam, tuasq illi tradam uia. Vale feliciter. Borstensteini 15. Sept: 1566. Salutat te Vicethumq, & inprimis M. Caspar q simul orat, ut generosum & ornatissimum dominum Carluicium à se reuerenter salutes: idem ego facerem, si mea tenuitas & exilitas mereret.

T. St. Jacobus Fabricius
Chem.

ORNATO IVVENI DOCTRINA & VIRTVTE
Johanni à Krokau et amico suo carissimo.

S.D. Voluntatem tuam erga me promptissimam Johannes, cognosco ex tuo officio quamobrem te amo & tibi gratum facere uicissim cupio. Accepi autem q misisti oia etiam pecuniam. De bellis quae sunt & quae gliscunt, nihil habeo, nisi q cognosco e literis tuis et absq iis esset plane nihil haberem, nisi rumusculos, quos plerunq uanos esse nouisti. Origines Saxonicas iam in manus sumo, ut ab initio describantur. Itaq libro quoq finito, cum mittam ad uirum magnificum patronum nostrum, dra & experientia summum ut de eo iudicet & meam instruat aut excitet, pro sua sapientia industriam: tu sequisitu, cui dresdae tuto possim committere. In Senecam nulla scholia scripsi, neq scribere est ocium: in Horatij odas absolui duplicem commentarium, alterum uerborum al-

alterum rerum: & cum poetam edam cum castigationibus
quo non extat melior post Virgilium. expecto codicem vete=
rem ex Osnaburge Saxoniæ & habeo scolarum, qd me
princeps Anhaltinus donauit; ex quo ante annos undecim
auxi et emendaui Acronis Helenij commentarios. Sed ty=
pographus, q correctorem non habuit, valde corrupit opam
meam. Spero denuo excusum iri, tunc ueterib. addam etia=
am mea. Thuma adolescens valde neglectus est, & in syn
taxi nondum exercitatus. Carolouicius tantum calcaribus eget,
& nihil facit, nisi admonitus, q & mihi molestum est. D.
Hiobo, si notas locorum mittas, quos cupit descriptioni suæ
inserere, facies illi rem gratam, & modo necessariam. Psal
terium verterant Germani aliquot pie, Itali, ut solent, e=
leganter imprimis Flaminius: sed nunc omnium industri=
am vicit Georgius Buchananus Scotus: veritate sen=
tentiarum & puritate sermonis. quo libello te dono, &
ut consueui addo conditionem talem, ut totum perlegas:
q si feceris semel, leges sæpius. Vale feliciter. Mis=
na pr. Cal: Sept: M.D.LXVI.

G. F. Nomen non sub=
scripserat.

NOBILITATE & DOCTRINA EXIMIA
ornato Johanni à Cracou et amico s.
colendo. S.D.

Cristophorus de Tuña modestus & uerecundus est, & hic uix it honestissime, & fortasse à studiis non abhorret per se, quam neglectus est & sibi uidetur iam adolescens, cum quodam suo contemptu inter pueros uersari, quamobrem & ipsi cuperem tuæ prudentia consuli, ut alio mitteretur, hic n. cum ex iguo fructu est, & elabitur ei ætas ad res maiores accommodata. quod quia intelligis, plura non scribo, & te oro, ut in hac ipsa re, per amplissimu dnm tuum, ei consulas: non uult offendere amicos, minus uero patrem, & cum pudore dicit suam sententiam. Cum ad te mitterem Psalterium Buchanani, nescio quid iudicij de ipso autore in tuis litteris scripsi: cuius si meministi, oro te, ut id rescribas, quia de eo appellatus sum, ut mihi constet de sententia. Mitto ad te sententias Mimis publij similes, q ualde auctæ sunt, in quib. plus sapientiæ quam splendoris: eas si quotidie leges cum ipso publio, animaduertes multa digna cognitu, scitu necessaria: et quia Viri sapientissimi familiaris es, proderunt tibi ad humanitatem, quod unico exemplo tibi testabor. Dissentiebant inter se duo fratres principes q cum Philippi Melanthonis de sua controuersia ut boni uiri solent, exquirerent sententiam, ipse occupatissimus, cum excusatione sui pauca scripsit, & ad unanimitatem adhortatus est, & addidit in extremo Epistolæ grandibus litteris, Auxilia parua, firma consensus facit. Vale feliciter. E ludo illustri Misena. Aº a nato Chro saluatore M.D.LXVIII. Marty d. XI.

Georgius Fabricius

AMPLISSIMO & MAGNIFICO VIRO
D. Christophoro à Carolouitz Cæs. Maiest.
consiliario . S. imp. Romani Equitum IIII ui-
ro domino & patrono suo obseruando S.D.

Expectabant his dieb. aduentum tuum filij tui, & de eo mihi narrabat Georgius Carolouitius, iuuenis præclarus; expectabam eundem & ipse auidè, quia tuis grauissimis ac sapientissimis sermonib. delector, & quia uiri optimi ac pacis semper studiosissimi d. Johannis Riuij scriptum quoddam monstrare cupiebam, quod aliquando in aula Saxonica proposuit, & ad me ante annos aliquot Patauium misit. Altero fructu quo priuatus sum: uolui tamen id scriptum quod à bona mente & prudente consideratione est profectum te cognoscere, iam in constituenda pace occupatum, & datum ab ipso Imp. arbitrum. Prognosticum quod aliquando mihi monstratum est, de mutatione regni Hispanici loquebatur euersione simili, id autem tribuebat cuidam, cognomento Cæsareo: id autem ad manus meas iterum non uenit, & erat obscuratum nominib. fluuiorum Italiam ulturam iniurias occasione subita, & hoeni nullius nominis. Plura memoria non teneo. In quibusdam litteris nuper scriptum legi mense Septembre datis, In Italia profunda pax est, & Veneti ditescunt. Vale feliciter uir amplissime Misnæ die IIII Nouembr. M. D. LXVIII.

Amplitudini T. addictiss.
Georgius Fabricius.

MAGNIFICO VIRO, OMNIBVS NOBILITA-
tis & uirtutis ornamentis D. Christophoro à
Carolouitz Caes: Maiest: Consiliario, & S. R.
Imperij Equitum quatuor uiro, patrono suo
colendo S. D.

Magnifice uir, patrone obseruande. Adamq ciuis meus librerorq tuorum magister, à me petijt, ut ad literas suas meas itidem adiungerem, quod negare illi non potui, & homini mihi noto, & tui, ut par est, obseruantiss. Cum aut Caes. Maiest.tis diuinum studium & clementia paterna animaduertatur, in negocio sacrosanctae religionis pie & grauiter constituendo putat occasionem fore ut tuam erga se propensam uoluntatem experiatur, in aliqua conditione, suis humeris apta. nam in scholasticis laboribq cupit aetatem consumere, quod non multi expetunt, rari sustinent boni tantum & à Deo ipso inuitati faciunt. Tu uir praestantissime, quem patronum nostrorum studiorq, & intelligentem & beneficium colimq & obseruamq: non deeris pro tua excellenti uirtute & sapientia uoluntati ipsiq bonae, & cupiditati honestae. Adductus et nominis tui authoritate amplissima, eum locum ornabit in quo ipsum tuo iudicio & beneuolentia constitues: & ego illi author ero hortatu meo ut personam tueatq loco, quem consecuturq erit dignam. Omitto quae scribi solent in commendationibq, nam cum in familia tua, uiri summi uixerit & in iudicandis ingenijs acerrimi, statues ipse, & pro tua sapientia, &

pro

pro ipsius petitione, omnia prudentissime. Tui filii Dei boni-
tate ualent, et ab ipso minime negliguntur. Vale felici-
ter. E ludo illustri, Misna Cal. Dec. anno à nato Christo
seruatore M D LXVIII.

Mag. T. obseruantiss.

Georg. Fab:

ORNATO NOBILITATE ET VIRTVTE
iuueni Johanni à Krokau, amico suo
colendo S. D.

Magnifico et ornatiss. uiro, patrono nostro Riccius homo
diligens librum suum inscripsit: cum cuius hac transi-
ret nuncio, meas ad te adiungere uolui. Die XII de-
cemb. uir clariss. Joachimus Camerarius hac transijt, qui
octauo post diui Martini festum die, cum nec D. Chy-
træus uenisset, nec è nobilitate quisquam actionis insti-
tutæ meminisset, appellato prius Imperatore, eius M.
bona uenia, discessit ex urbe Vienna, propositi magni
et salutaris re infecta: quam tamen sibi adhuc fore
curæ, Imperator testatus sancte est. Post tot ysita, tot
querelas, tot appellationes, rem tantam tam negligenter
et tanta uecordia agi, miraculo simile. Impietas uidet
et diffidentia extrema mundi mala. Fuit autem Camera-
rius noster firma ualetudine, et alacri inter colloquutio-
nes animo, quod ad suos properant. Hospitem meum ad
has literas adiunxi. Theuda rex Hispaniæ fuit

qui

qui Theodorici regis filiam Hamalaguindam, ut Suidas vocat, rectius quasi Himelsuidam, interficiendam curauit in balneo, cuius ipse beneficio regnum tenebat: ei comparo nunc Albanum crudelitate illi parent. Rex Oenotrius est Hadrianus Caesar, qui in ea domo in qua virgo peperit, et natus est Christus, statuam Veneris et Adonidis erexit. Ut in monte Oliuarum, ubi crux seruatoris steterat, statuam Iouis Olympij. De Gallijs ita quidam ex ipsis.

Desperata salus Regni, nam femina, mollis
Presbyter et iuuenis regia sceptra tenent.

Triumuiratus fatalis est, ut scis, praesertim si sit monstrosus. Virum praestantiss. patronum nostrum, saluto submisse et reuerenter. Vale. Misnae XVII Decemb. M.D.LXVIII.

Georgius Fabricius

AMPLISSIMO VIRO, VIRTUTIS ET SAPIENTIAE
Ornamentis omnibus clarissimo D. Christophoro Carolouicio. Rubrae domus domino Caes. Maiest. consiliario patrono suo obseruando S.D.

Amplissime vir, patrone obseruande. Valetudo filiorum tuorum confirmata est, et redire ad sua studia incipiunt. Augustus euasit facilime: sed Henricus Otho defluxione et tussi laborauit molestius et diuturnius. Medicus nondum suadet, ut domo exeant, quod credo sequente septimana futurum: Deo omnipotenti gratias ago, qui sua bonitate morbum ita temperauit. iam decumbunt filij mei

tres.

tres. In domo uiri opt. M. Casparis decubuerunt oes & liberi & discipuli, & euaserunt omnes. Humorum corruptorum in corporibus puerilibus quasi uaticinium est maioris alicuius luis. Vt exerceantur filij tui consuetudine loquendi latine, curabo diligenter. Iam incepi Augusto proponere praecepta dialectica, simplici quadam ratione, & eius primicipia componi cum Grammaticis possunt. Misissem ad T. A. libellos meos rerum Misnicarum sed typographus mihi obstitit: primus continet εγκώμιον Electoris Saxoniae, alter Marchiones Misnenses, scriptus carmine: tres sequentes urbis Misnae Annales, duo posteriores sunt Siffridi cuiusdam Misnensis presbyteri, qui uixit ante annos CCL, antea non editi. Ab amplitudine tua nobilissime uir, quod aestate proxima petij cupiditate ut puto non inhonesta: id nunc iterum submisse peto, ut me gratia, fauore, auctoritate iuues in consequenda laurea, idem significaui patronis meis uiro Magnifico D. Hariano Grisbeccio & D. Georgio Cracouio: Sed in tuo patrocinio mihi dignitas praecipua est. Id autem fieri cupio non tam mea caussa, quam filiorum quibus existimo relinquendum, si non doctrinae, saltem diligentiae exemplum & testimonium honestatis ad imitationem. Quicquid necesserit ad ornamenta mea, id totum tuae beneuolentiae & bonitati debebo. Vale uir amplissime. Cludo illustri Misnae VIII. Cal. Febr: M. D. LXX.

Amplis. T. obseruantiss.
Georg: Fabricius.

DOCTRINA & VIRTVTE NOBILI VIRO, moribus optimis prædito D. Johanni à Crotta in familia Carolouitiana, amico suo colen-do. S. D.

Ad uirum amplissimum, communem patronum scripsi de cupiditate quadam mea, sed interrogare ausus non fui, ad quem potissimum in aulam scriberem Imp. aut si id fa-cere necesse non esset: te uero oro, ut id meo nomine faci-as & facias cum obseruantia, & simul è uultu & ser-mone uiri sapientissimi cognoscas, num reprehensionem merear. nam quidquid facio, alieno fit impulsu, & hominum non malorum. Accipies et catalogum meorum laborum & exercitationum, qui in difficultate & inopia non destiti bene mereri, pro meis uirib. & præsertim de adolescentia. Si censes D. patrono nostro offerendum, facere per me licet. Mitto nunc imaginem temporum nostrorum librum histo-riarum decimum. Futurum exemplum breui ad ipsum domi-num mittam. In schola Argentoratensi Andreas Lo-ciseus Philosophus obijt III Nonas. Melchior speccerus Theologus XIII Nouemb. Elias Kyberus linguæ Ebrai-cæ professor XIX Nouembr. In eiusdem mensis fine Ba-sileæ Celius Secundus Curio. Romam & libellos An-tiquitatum, Annotationes & castigationes in Terentium, an sim recepturus ab Oporini mortui carnificibus, adhuc du-bito, quamuis ad senatum illustriss. Elector pro me scripse-rit. Vale feliciter. Missa è ludo illustri die Policarpi Ignatij discipuli, qui in theologia semper idem sensit & scrip-

sit

sit, ut loquitur historia Ecclesiastica. Anno à nato Christo seruatore M.D.LXX.

Georg. Fabricius

ORNATO NOBILITATE & DOCTRINA Viro D. Johanni à Crosa, in familia Carolouiciana, amico suo colendo S.D.

Aeterne fili Dei, nate pro nobis, pontifex noster & frater humani generis, te inuoco, ut patronum nostrum, de studijs honestis optime meritum, diu conserues incolumem: quem tua gratia ornasti, & effecisti utile membrum ecclae tuae, & reipub. Ita hoc tempore libet ordiri ad te mi Johannes, & scio certa preces esse efficaces: quod nunc loquor experientia. nam in mea Ecclesiola domestica sanati sunt Magnifici nostri patroni filij ambo: sanati duo filij mei, natu maiores, quos tamen extra domum ire non patior, nisi facto caelo sereniore. Sanatus Martinus à Maxen. Neque intermittuntur preces, decumbit Fridericus Schonbergius, filij mei duo natu minores; filiola natu maior. Video Dei praesentiam, & aio sum paterno modo molli, modo magno. Commendabimus patronum nostrum et Ecclae. Mitto tibi Bouem & Asinum: Magnifico patrono initia rerum Misnicarum, quae remittas donec integros libellos mittam. Si uacaret ipsi propter morbum, mitterem librum VII. Originum Saxonicar., ut corrigeret quae uellet: sed uereor hoc facere, nisi explorato eius aio. Tu iter scribes, & meas ante triduum scriptas, curabis pro diligentia tua, quas scripsi manu aliena. Vale subito Misnae. V. Cal. Febr. M.D.LXX.

Georgius Fabricius

Ir

ORNATO NOBILITATE, DOCTRINA, VIRO
& moribus optimis pdito, Johanni à Croca
in familia Carolouiciana amico suo singulari S.

Inundationes aquarum, naturaliter sequuntur penuria & pesti-
lentiæ: fataliter, tumultus, bella, urbium incendia, & do-
minior mutationes. Talis autem inundatio in hac urbe no
fuit intra annos nouem & sexaginta. Deus à nobis omnib
malum auertat, & a tota patria. Mitto ad amplis. pa-
tronum nostrum librum septimum originum Saxonicar,
sed mitto fortasse parum in tempore, quia graui in uale-
tudine copiam non habebit, mutandi & emendandi, q ipsi
non placuerit. id .n. spero, ipsum facturum non inuitg,
cum rerum non solum nostrarum, sed externar, imo to-
tius Antiquitatis sit ung omnium peritissimus. Si
qd tamen fieri potest, tu curabis, ut nulla cum patro-
ni nostri molestia, & minimo aliquo ipsig incommodo fiat. Si
quid habes de pace in Gallia, de obitu Pontificis, id ut com-
munices mihi, te rogo. Vale feliciter. III Februarij è ludo
illustri Misna. Anno à nato Chro seruatore M.D.LXX.

Georgius Fabricig

GENEROSO DNO, OBg ORNAMENTIS DRÆ,
et dignitatum clarissimo, D. Floriano Griespeck
a Griespach. etc Cæsar Maiest: consiliario
patrono suo obseruando. S.D.

Amplissime uir, magnifice patrone. Contentus sum eo hono-
re

re de quo primis literis scripsi, et cum grauissime uiro D. Christophoro Carolouicio et coram et literis locutus sum: quia alter et mihi et meis inuidiæ est, et in re D. mi mu, nere tenui et modestiæ terminos non transire, etiam est officij. Quamobrem ut hoc negocium tuæ Magnificentiæ fauore benigne adiuues, uehementer peto: cuius beneficij et piam seruabo memoriam et animum gratum quacunque in re potero, humiliter ostendam. Audio sub prelo esse opera poetica generosi uiri D. Bohuslai Hasisteny cuius eruditionem in tali uiro et tum amplo semper sum admiratus, et in eius scriptis asserendis et diligens fui. Intercesserunt antea, nescio quæ impedimenta. Tua autem amplitudo uir excellentissime, si stimulos Thomæ Miti, qui eorum editionem procurat, pro sua auctoritate addiderit et eius gentiles ad gratitudinem fuerit hortata, non dubito, quin iam confectum sit negocium et uir immortalitate dignissimus, sit habiturus laborum suorum, et ingenij præstantis præmia apud omnem posteritatem. Concordiæ inter theologos puto iam salutaria esse iacta fundamenta conuentu Dresdensi. Vale feliciter. Patrone magnifice. Misna e ludo illustri XV. Cal. Mart. Anno a nato Christo Seruatore M.D.LXX.

T. Magnif. obseruantissimus cliens
Georgius Fabricius.

ORNATO VIRO, GENERE ET DOCTRINA,
moribusque optimis praedito D. Johanni à Croca
in familia Carolouiciana, amico suo colendo. S.D.

Literas tuis adiunctas, reddes amicis quibus inscriptae sunt, meque ipsis commendabis. Loqueris etiam cum magnifico Viro Doctore Cracouiae, quae tecum locutus sum coràm. Tu autem pro tuo erga me amore et diligentia, quae tibi propria est, negocium meum curabis. Annales Misnici cum primum absoluti fuerint ad te mittentur. Credo autem id futurum propediem. Famulus Gerisdorfiorum heri discessit, et mater breui, ut spero mittet alium. Ludimoderatorem aptum nondum inuenio, et quem destinaueram, se in Academiam conferre cupit. Si quid noui isthic habueris, mecum si otium erit, communicabis. Vale feliciter. Misnae, die obitus Lutheri, qui est festus Concordiae in Fastis Romanis: Constantiae, in Fastis Moguntinis. Anno à nato Christo M.D.LXX.

Georg. Fabricius

ORNATISSIMO VIRTVTE ET DOCTRINA
Viro, moribus optimis praedito, Johanni à Crocea,
in familia Carolouiciana, amico suo colendo. S.D.

Amplissimi Viri, optimi patroni nostri, singularem diligentiam in meo negotio, laudo uehementer, et scriptum D. Bannonis probo, cuius exemplum remitto, cum effi-
gie

gie Phœnicis, qui est imago mortis & reditus in Vitam celebris: quem loco insignis elegi, ante annos aliquot, cum sub eius imagine legissem Ravennæ, hoc distichon pulcherrimum. Securus moritur, qui scit se morte renasci:
Mors ea nec dici, sed nova vita potest.

Quanquam autem ego, præter lauream, nihil expetivi, ultra sortem meam, tamen agnosco benevolentiam, & admitto iudicium virorum optimorum & prudentissimorum. nam quod patroni nostri magnifici nomine tu ad me scribis, idem mihi significandum curavit magnificus D. Griesbeccius. Meam igitur famam & honorem, iudiciis ipsorum, & fidei mihi perspectæ totam commendo. D. Georgius Carolovicius huc nondum venit, qui mihi potuisset plura, ut scribis, referre. Patronum nostrum amplissimum meo nomine reverenter saluta & Vale. E ludo Illustri Misnæ, festo Palmarum. anno à Christo servatore nato. M.D.LXX.

Georg: Fabricius

MAGNIFICO VIRO NOBILITATIS ET
Virtutis, ornamentis clariss. D. Christophoro
a Carolovitz Rubræ domus & Herminiæ
Domino, Cæs. Maiest: consiliario, patrono
suo ampliss. S.D.

Amplissime Patrone, domine observande. D. Georgius Carolovicius gentilis tuus hodie me est allocutus, qui mihi M. T. prolixam benevolentiam cumulate prædicavit, dixitque

&

& de laurea, & de privilegio, & de insignib. quae pauci q sciam impetrarunt & qb. ego singulis me non iudico esse dignum, & contentus essem honore, illo primo, de quo et cum M. T. coràm collocutq sum, Sed cum amplissimo tuo iudicio nihil sit, aut possit esse mihi honorificentq, non audeo, neq debeo id leue aut repudiandum putare. Litteras supplices meo noe scriptas, ita relinquo, uerbis tantum pauculis mutatis: qd pterea faciendum sit, ego quidem ignoro, sed relinquo prudentiae & fidei tuae, & quia me clientem tuum perpetuum ornandum suscepisti, tibi me totum, famamq & honorem, trado atq commendo, & quicquid mihi ea in re contigerit, tuae uirtuti, authoritati, bonitati, dum uiuam tribuam atq debebo: quicquid uero tibi displicuerit, id ipse ratum non habebo. Deo aeterno tuum, tuorumq ualetudinem commendo, q ut reip. diu te seruet incolumen, precor atq opto. Vale feliciter. Eludo illustri Misna XIIII Cal. Apr. anno à Chro seruato, re nato M.D.LXX.

T. Amplis: Cliens
Georgius Fabricius

MAGNIFICO VIRO NOBILITATIS ET Virtutis ornamentis clariss. D. Christophoro à Carlouitz, Rubrae domq & Herminiae domino, Caes. Maiest: consiliario, patrono suo amplissimo S.D.

Magnifice uir, patrone amplissime. Ad honores meos quod

quod pertinet, nullum officium prætermissum est quod non per tua
eximia virtute et beneuolentia mihi præstitum sit: Sed ue-
reor, ne mors uiri amplissimi doctoris Zasij moram aliquam ne-
gocio isti sit allatura, quod si expeditum fuerit, tuæ magni-
ficentiæ omne id debebo. Philippus Bartholomæi Stanni-
ualdi uiri excellentissimi frater huc uenit VI Cal. Maij. pri-
mum commendatus huius ludi magistris ab illustrissimo principe
Electore nostro, deinde mihi peculiariter tuis doctissimis lite-
ris: illum ego amo propter modestiam et indolem bonam: idque
facere debeo et autoritate excelsa Electoris et T. M.
commendatione diligentissima. Libros et supellectilem non
attulit, sed curaui, ut lectos ad tempus habeat, et libris ne
destituatur, quem ita porro tractabo, ut frater uir clarissimus
sentiat aliquando me functum boni præceptoris esse officio. No-
bilibus meis quos domi habeo, significaui me nec isto pre-
cio ipsos alere posse quo hactenus feci, propter rerum omnium
difficultatem: nec diutius posse præbere hospitium, quia do-
mestica quiete mihi opus est, ualetudinis causa. nam hemi-
crania stabiles mihi dolores facit: precium indicaui, flore-
num pro cibo, ut potum compararent ipsi et mutationum
tempus ostendi III Cal. Octob. Classis Veneta ducem
palauicinum occupasse Peloponnesum, aliquorum literæ
testantur, utinam rumore non falso. E ludo illustri Misna
XIIII Cal. Junij Anno nati Christi M.D.LXX.

Magnif. T. obseruantissimus
Georg: Fabricius

NOBILITATE ET VIRTVTE CLARO ATQ insigni Viro D. Johanni a Crocau, in generosa familia Dnj Christophi Carlo
uicij domus Rubræ Domini [?]do et ami
co suo colendo S. P. Rubram domum

Cum ante quadriennium essem Dorstensteini, tuis me D.
Cracau humaniss: literis ad Bohemiæ fines euocabas et
accessum patefaciebas, ad generosum et amplis. V. D. Ca
roloiicium, q me ita excipiebat domi suæ, ut nobilitati
et amplitudini summæ coniunctā, ut ante audieram, ita
coram cum admiratione experirer humanitatem summam.
Eo tempore abs te censi duplex me beneficium accipere
de quod amanter inuitabas ad te, et q ad tanti uiri de
ducebas atrium, conclaue mensam qua autem tum excipie
bar hospitalitate, eadem dimittebar, cumq meum etiam
gratias agere, mihi et aliæ addito insuper beneficio. iu
bebat n. me Generosus et nobiliss. Imoij Rom IIII uir
D Carlouicius redire aliqn. cum fre, et monetæ suæ num
mum. quem hospitib. dare solet, quasi debitum poscere.
Quæ res quanti mihi sit, scribere non est opus, pdico
autem meis sæpe, et iudico mihi per honorificum esse.
Ne autem ad eum locum redeam, mea me laboriosa
perpetuo impedit functio scholastica: ne cum fre Geor
gio, ipsiq morbus et ualetudo ualde affecta, et magis
quiete curanda, quam augenda quassatione et labore itine
ris

ris. quod igr coram nequeo, ut gratias tibi agam: ut summam obseruantiam & subiectionem D. Generoso & nobiliss.o ostendam: id facio his literis, qua possum humilitate: non q egeas tu, multoq minus D. Carluicius: sed quia ego sum debitor eoq magis quod accessit nomen & perpetuum beneficium, mi frem Georgium de quo ita iudico, ut tametsi acceptum nondum sit, tamen habeam pro integro, q tanti Viri suo grauiss.o iudicio tu liberaliter obtulerunt, & sui aj erga bonas literas, & de iuuentute bene meritos, esse uoluerunt testimonium. Vale feliciter. Misnæ ad frs lectulum, q te amanter salutat, & sese commendat Generoso dno Carlouicio: idem ego facio, & per te, ut spero, non importune. V. Non. Martij MD.LXXI.

T. nob. stud. Jacobus
Fabricius Chemnic:

ORNATISSIMO VIRO NOBILITATE, doctrina, Virtute D. Johanni à Crocau &c amico et do suo obseruando S.D.

Pro amplissimo beneficio, q mihi uir splendidissimus D. Christophorus à Carolouitz sua auctoritate à Cæs: Maiest. impetrauit, uerbis non possum satis gratias agere tibi et & cæteris amicis, item Doctori Bannoni, & Melchiori Ritter. Id autem quicquid in me est obseruantiæ, honoris, grati animi, ve ad uos defero, & meipsu

uestrūq

uestris seruitiis addico. Scripsissem pripue ad ipsum D. Caro,
louicium, sed morbus meq, q auctior ualde factus est, me im,
pediit, ut etiam manu aliena uti sim coactus. Praecedente sep,
timana etiam spem de uita abieceram, sed me consolatus est De,
us & animum addidit, ac uires etiam auxit: & si desie,
rint insomnia, restitutus uidebor. Curaui tres libros rerum
Saxonicarum illustris. Principi reddendos, primu udt de reb.
Anglicis & Saxonicis, Alterum de Imp: Othonib. trib. Hen,
ricis duob. Tertium de ducibus Bauariae, Sueuiae, Carin,
thiae natis e stirpe Saxonica. Hos postea alij insequentur,
& cum ornatiss. patronq noster D. Carolouicq ad sedem
suam Rubram redierit, etiam eum librum, quem ipsiq am,
plitudini emendandum dedi, repetam. Vale feliciter, Mis,
na e Domo mea. uisitauit me in morbo Jacob frater,
cuiq literas ad te & ad D. Bannonem scriptas mit,
to. XIII. Mart. Anno a nato Chro Seruatore. M.D.LXXI.

Georg. Fabricius

EPISTOLA HVBERTI LANGVETI S.P. F.

Ego sum animo ita perturbato ut uix sciam, quid scri,
bam. Videor mihi nescio quo meo fato fugere ad pericu,
la: denuo. n. excitatur saeuum illud incendium (quo ante
quinquennium ardebat Gallia) quod per hosce annos si non
plane extinctum at certe sopitum esse uidebatur. Ex quo His,
pani transierunt Alpes, Regina & ij qui in Gallia rerum
potiuntur, coeperunt eos q nostram religionem profitentur. in,
comodius accipe, & sex millia Heluetiorum (quos dicebat

se

se conduxisse ad tuendos fines) Lutetiam miserunt, metuentes ut ipsi dicunt, ne ea urbs à nostris occuparetur. Nostri uero existimantes & haec & alia ad se opprimendos instrui, constituerunt armis se potius tueri, quam expositos Belgarum carnificibus excruciandos se dare. Itaque iam dicuntur & arma & alia ad defensionem necessaria parare. Sunt tamen qui adhuc dant operam ut isti insaniae medeantur. Hactenus iudicaui in nostra Florentina esse aliquid prudentiae, sed iam me pudet istius meae credulitatis. Cum ueniam ad fines Galliae, sumam mihi ex re consilium. Quod si nulla sit ibi spes tranquillitatis, redibo Argentoratum. Inferior Germania plane periit, & peribit superior, nisi sibi caueat, nec est dubium, omnium istorum malorum in orbe Christiano causam esse defectionem istius uestri Iuliani [illegible]. Albanus praeter decem aut duodecim millia Hispanorum & Italorum (quos secum adduxit) habet quadraginta signa Germanorum, qui omnes coguntur religionem pontificiam profiteri, quod hactenus nullus Princeps à Germano milite exegit. Istas copias distribuit per urbes à quibus sibi aliquid metuebat, & iam omnes ita oppressos tenet, ut liceat ipsi pro arbitrio impune in cuiusuis caput grassari. Comes Egmondanus Hornensis, filius Petri hic euasit. Sed captus est Auriacae Principis filius qui Louanii dabat operam literis, Ernestus Mansfelden, Consul Antuerpiensis & aliquot alii coniecti sunt in uincula, abducendi, ut omnes existimant, in Hispaniam, ubi recens mortui sunt, Marchio à Berns & dominus de Montigni, frater Hornensis comitis qui ante annum eo erant ablegati a Parmensi & ordinibus inferioris Germaniae. Hispani

di-

dicunt eos morbo interiisse, sed oẽs putant, supplicio affectos esse sed non publicè. Iam pulchre procedit Tragœdia. Quantum ad me attinet, ego non dubito, oẽs principes pontificios conspirasse in perniciem oĩum eorum, q à Ro: pontifice defecerant & nos interea altũ dormimq & putamq, ista ad nos nihil ptinere imo. ridemq eos, q de iis reb. sĩt soliciti. Faxit Deq, ut liceat nobis diu ita inertire, & ut nemo nobis hunc Ve ternum excutiat. Hæc opto, qn iam non liceat meliora sperare.

II Idyllion

MAXIMILIANVS.

Forte duos habuit catulos leo parnq, & illos
Tradidit extinctu matræ lupæ atq rani.
Mox lupa cœpit ouem, cuiq leo parlus opimo
Lacte suæ cœpit tædia iusta lupæ.
Nec mora per famulos agnum cum matre reqrit
Cumq agno iunctuq lac trahit ore leo.
Ast ut oui strictos monstrat lupa perfida dentes,
At agnum rabido uellit ut ore canis:
Atq reum peragit coram genitore Leone:
Amittit prudem paruus utramq Leo.
Et prior, ô nutrix, & consors lactis alumne
Vade, uale, tecum non licet esse mihi:
At mihi si ualidos tempus iam proferet ungues
Tunc mihi quas gentes debeo tutor agam.
Sed lupa cum canib. uideat si uita supersit

Tunc

Tunc sibi quas partes debeo censor agam
Quos ego: sed praestat dare fida silentia causae,
Si qua voles tuti, condere gesta, tace.
Agna solum mutat, celebrans cum matre Leonem
Ac optat domini robora iusta sui.
Omnia fert aetas, et opes, et robur et artem
Et memor est rerum firma iuventa diu.

7 Maior.

PHILIPPO MELANTHONI S. D.

Sigonij fastis nullum vidi scriptum diligentius aut accuratius.
Iactor hominem Germanum, in ea primum versatum materia
Crispinianum Francum, quam nec Itali perfecissent, non inventis marmoribus consularibus in foro Romano, eorum n. adiumento ij errores sublati sunt, quos nemo deprehendisset.
Eximium itaque tuum munus est, ut mihi gratissimum. Carmen tuum de ultima Monarchia Sibyllini Vaticinij me admonuit, de Roma vidi atque Campania. Κὴ Ῥώμη ῥύμη ἔσεται, καὶ Δῆλος. Prima sententia nota est, sed de Delo hactenus non intellexi: intelligit autem Puteolos, quos Delon minorem appellaverunt, quae in urbe et celebre emporium et optime constituta Resp. fuit, unde etiam Dicaearchia, ab nomen obtinuit. Illa autem celeberrima urbs, et diui Pauli hospitium, nunc plane vasta est, et domicilium piscatorum. Templum in ea antiquum, quod Augusti

Cae-

Cæsaris inscriptionem habebat, ante annos octodecim terræmotu funditus corruit. Videtur ille Vaticinij ueritas partim impleta esse, partim impleri nunc insania pontificis: qui patriam perdit, quæ aluit: patriam uastat, in qua honores supra mortalem gerit. Ludouicus Hermanus Bauariæ dux, qui literis operam nauauit Biturigib. dum scapha piscatoria Ligerim traijcit, cum præceptore et trib. alijs adolescentib. Germanis, socijs studiorum, est submersus, magnis toti illius Academiæ luctu. Johannes Sleidanus pridie Cal. Nouemb. febri acuta obijt. Vale feliciter. Misenæ pridie Nonas Decemb. quo die ante annos M. MLXXVII Zacharias Propheta de regno Christi in cœtu suis principib. ac populo, nuper ab exilio reuersis, cum gratulatione felicitatis in gaudio spiritus est concionatus: cuius alterum aduentum tu quoque in suauissimis tuis literis esse propinquum nobis Vaticinaris. Vale denuo. Salutat te reuerenter Jacobus frater meus.

Georgius Fabricius.

REVERENDISSIMO VIRO D. JOHANNI
Bugenhagen. POMERANO Theologico
Doctori pastori Vitebergensi patri suo carissimo

S. D. Reuerende pater Epistola uestra dulcissima mihi ægrotanti fuit in qua scribitis, quod Maria mea uos amare cœperit, utinam liceat tibi et mihi cum dulcissimis literis nostris annos aliquot ludere. Ego periculose aliquoties

quoties è stomachi et splenis cruciatib. decubui, nunc mor-
bi remissior est, et bene me consolantur medici. Deus q est
uita et longitudo dierum nostrorum, poterit mihi pristi-
nas uires restituere, illeq ut spero, propter tuas, et filiae
tuae preces, cuiq me calamitas precipuè perturbat, faciet.
consolatus sum eam, deniq ut tu facias oro meliore in to
est ualetudo, auxerunt morbum maerentes occupationes et con-
tentiones cum hominib. peruersis et rabiosis Vinarienses
omne nunc uirus suum è medio pectore effuderunt turpi-
ter hinc discesserunt, et à nobis destituerunt, qui etsi pri-
mo nos perturbarunt, tamen nunc ideo minq curamus qa
nihilo minq in colloquio processum est, et iam dudum omnib.
notum est, quo erga scholam nram hactenq fuerint aio,
si qd istic sparsit sinistri, huic fidem non habeas, via n.
à Philippo pie et constanter sancta fide gesta sunt, nobis
etiam pollicearis, ut si qd falso adscribit excusato D. collo-
quij statu paucis accipe. exhibita sunt contraria, sumpta
ab utraq parte. Cumq post discessum Vinariensium ad col-
loquium rursus à praeside admissi essemq et grauiorem
responsionem exhibuissemq, poenituit Papistas, q rursq
colloq caeperant et postea rns recusandi colloquij ptexe-
re uoluerunt. His refutatis, contendimq nos, ut collo-
quium continuaret, quod cum facere nollent pses ad
cognitionem regis rem retulit cuiq resolutionem quotti-
die expectamq, optaremus nos quoq finiri colloquium
propter priuatam utilitatem, sed reip. ita speramq re-
gem

gem pronunciaturum, q continuari debeat. Cae. n. ipsorum nullae sunt et inter est Regis aequos habere Germaniae Principes. Metuo igitur ne hic hyemare cogamur. Morling fax praecipua fuit dissidiorum. Sed cesso, uosque commendo Deo. Salutatam matrem cum familia & Dorram filium, tibi commendatum habetur cum liberis. D. Philippum consolati sumus, qui quidem tranquillo est animo, de Staphylo nihil libet scribere, cuius os maledictione plenum est, & idolus sub lingua eius lator & dolor iuxta psal: Datae Wormatiae 27 Octobris. Aº 1557.

Tuus filius eras:
Craco Doctor.

VENERANDO VIRO DOCTRINA & uirtute praestanti D. Johanni Dracono ecclesiae Vitebergensis amico suo carissimo

S. D. Venerande D. M. speraram fore, ut coram breui & de beneuolentia erga me tua, & de assiduitate in scribendis literis, et de reliquis officiis familiae nostrae abs te praestitis, gratias agerem sed extrahit reditus noster omnium opinione diutius, callidis & astutis aduersariorum technis, quicum progredi, & ad collationem de praescriptis articulis frigidissimo dissensionum nostrarum, praetextu recusarint & euidenter ανατολῇ ηλοις και ενεργεια τοις ἐλέγχοις sint refutati, non desinunt tamen effugia quaerere & fucos comminisci, quibus tergiuersationes illas prorogant & difficiunt

dunt cũ suæ, et pationis cũ, in eptissimis atq insulsissimis hominibus, quos tamen iuditio conquisiuisse et delegisse graui, et magno ære conduxisse dicunt, sed nunquam illi quantumuis astu,,ti structis imposturis tm̃ nocebunt Ecclis nr̃is, quantum nosmet ipsi dissensionib. nostris et odijs mutuis petulantib. doctrina recte explicata corruptelis ac defensione nerui pcipui, quo tota continet et fulcit pontificij status, dignitas ac maiestas, de his uero omnib. copiosius coram, quod ut spero futurum breui ita et opto et ardenter Deum precor, ut fiat certiss. Bene et feliciter Vale. Salutem opto collegæ tuo M Lu,,cæ et cæteris amicis .3. Nouembris 1557.

Casparus Peucerus

CLARISSIMO VIRO DOCTRINA ET uirtute pstanti D. Jacobo Milichio, ar,,tis medica doctori et professori in in,,clyta Academia Vitebergensi, pceptori et compatri suo carissimo.

S.D. Ingentem mi dolorem attulit obitus socri mea, qui adauaetur et cumulat in dies non solum conspectu psen,,tium, et metu impendentium malorum: Sed multo magis, cũ afflictissima ualetudine Soceri ita attenuati et consumpti par,,tim curis de publicis reb. quib. excruciat mirifice partim morbis, ijsq multiplicib. et indies crescentib. ut quomodo hac tempestate traducendus sit non inueniam, tum acerba

soli,,

solitudine de misera & mæstissima coniuge mea, de liberis, & tota œconomia, q rectrice amissa cuiq autoritas perturbis: erit. Nec qd consilij copiã, mecum constituere possum Discedã ne ad meos, relicto in mærore & multiplicib. ægritudinib. Socero, an ue ro maneam & foueam, cur igr ipsum potius q clanj reliquos qb. uestra studia non defutura esse certo scio. Nec de redi tu nro certi sumq. Etsi autem recusam colloq aduersarij, & dissentoib, iam in alterum mensem suspensis res tota à psiden te in Ferdinandum reiecta est, à quo responsa expecta est. tu qd decreturus is sit nescimq. quanq speramq missionem. futurum Ferdinandum collocutricem cum alijs de ijs, tum q sæuã & atrocia interdicta à pontifice huc missa ex au dimq & aduersarios minq idoneis collocutionib. instructos esse animaduertimq. Interea te obsecro & obtestor, ut consolando mestam lenias coniugi meæ, & consulendo de reb. œconomi cis solicitudinis imodicæ ptem aliquam oj adiuuas interea donec quod intra octiduum ad summum spero futurum, ex plorata regis uoluntate, coperiamq, qd de nobis sit futurum. Nam si processerit colloquium, ut ceptum fuit pduceret uel in annum alterum; De Soceri imbecillitate fac sue aliqd rescisceat familiæ nra, ne conseruatam antea, nouo dolore prorsus obruamq. Hæc Subito Heidelbergæ scripsi 29 Octobr.

Caspar Peucerus

CLARISSIMO VIRO DOCTRINA & VIRTVTE
pstanti D. Georgio Maiori Theologiæ D. colleæ & ami
co s. cariss.

S. D. Minus nobis clariss. doctor et collega cariss: negotij et certaminum, est cum hostib. quam συμμάχοις, qui uirus suum e medijs corporis medullis aduersus nos effundere non dubitarunt. Quantum ego pugnauerim, ne morosis uel potius petulantibus ac seditiosis ipsorum condemnationibus nos suffragaremur mendaciaque Illyrici confirmaremus, multis praestantes uiri testes erunt. Χορυφαῖος autem est Morling, ut coram tibi exponam. Non potuit ei iste buccinator obtinere quod uoluit, et metuo dirimendi colloquij eam ianuam ab eis latam esse, de quo propediem fama ad nos certiora perferetur. Haec enim tibi pro mea erga te beneuolentia et fide nunc summatim communicare uolui, ut intelligeres te quoque huiusque defensum esse. Vale Wormatiae 30 Septemb. Anno 1557

commendo tibi familiam meam

T. Georgius Cracouius D.

ORNATISS: DOCTRINA ET VIRTVTE VIRO

D. Petro Vincentio professori in Academia Vitebergensi fratri suo cariss.

S. D. Cariss. frater per bellam nobis narras κακηγορίαν tuj à Parthenopaea maerope institutam. Mirum si defuerunt tibi quae apponere impudentiae et improbitati hominis spirentis uel tumido fastu dehiscentis uel contabescentis furido et uenenati liuore. Quo censes erupturum tandem et abiturum hanc licentiam petulantissimorum hominum nisi non odio mediocrium experientium? Quid putas futurum de Germania diuulsa, discerpta et conquassata tanta opinionum ua,

varietate? Ac reperturam arbitraris veritatem tecum, in qua tandem resistat et conquiescet? miseros nos videmus turpiter et impudenter consecta mendacia. Jam Βλαχὸς quod ad Vangoltum perscripsit: Non est alias maiore gravitate et severitate adorsus adversarios Philippus, quam nunc. Non pudet tamen scelerate mendacem nebulonem ementiri quod cum Catholicis colludat. Sed Deo volente et quae acta sunt ab adversariis et quae οἱ μεδιοκράτοι turbarunt, coram exponam spero. Nos breui reversuros domum quod adversarii desperata victoria hoc unum agunt ut colloquium abrumpant. Ad Vangoltum misi exemplum Epistolarum Johannis Friderici Ducis Saxoniae et Philippi, inde cognosces, quid οἱ μεδιοκράτοι sint moliti et quid praestitit Philippus iudicio et confessione Principis ipsi inimici. bene et feliciter Vale 29 Octobris Wormatiae.

De officiis erga familiam nostram tuis gratias tibi agimus reverenter. M. Cromum qui est apud vos salutabis amanter et ceteros omnes amicos.

Caspar Peucerus

EVSEBIO MENIO

S. D. Cariss: Eusebi de transfuisse patris scripto gratias ago maxime. Fuit omnino gratiss: nec tempestivius edi potuisset. scripsi et ad fratrem, quam si epistolam transmittes. Nos breui et ut opinor circa F. Martini festum redituros domum spero. neque enim aliud agunt adversarii quam ut colloquium abrumpant. Indies expectamus et generi memento responsum quo dimittamur. Bene et feliciter

citer uale. Salutem opto D. Paulo et coniugi ipsiq[ue] Datu.
19 octobr: plura q[uam] negotia et festinationis tabellarij non potuj.

Tuus ex animo

Casparus Peucerus

JUSTO MENIO.

Reuerende uir nec melius aliud nec tempestiuius edi potuisset εἰς τὰς τῆς βλαχὸς βλασφημίας tuo scripto hoc tempore, ita enim congruentibus iudicijs ad probatum est. quam spem ad sint oppositurj expresse et manifestae ueritati manipulares eius. καὶ συκλάσι τῷ τὰς experiemur οἱ μεθεόρα νοῖ ut gratificarentur hosti uerae religionis diabolo καὶ τοῖς αὐτοῦ συμμάχοις discesserunt à nostris, et nescio, quas πεοθα, σεις non tantum odij ac uirulentiae plenas, sed falsas manifeste, apud aduersarios deposuerunt, eosq[ue] in certis multis quidem uenenatissimis in reliquos concitauerunt: Sed pulchre et graui his nos occurremus speramq[ue] fore, ut si abruperint colloquium ἀνταγωνιστα culpa omnis in ipsos sit reditura. Si quod spero breui futurum conuenerimus, ceram exponam bellorum certaminum, quae nostris non minora cum συμμαχοις et locijs quae ἀντιδικοις intercesserunt, historiam. Vident se nostris impares esse acie istae, et de suae causae defensione desperant, id nec dissimulant apud suos, neq[ue] occultare possunt quare occasiones captant, quibus dissoluti colloquij causas deriuent in nostros, etsi si uix eas consequitur Bene et feliciter Vale 19 Octob: raptim Vormatiae Salutant te D. Socer. Brentius, Pistorius Paulus Eberus et reliqui omnes.

Caspar Peucerus

CLARISSIMO VIRO DOCTR: & VIRTV
Te praestanti D. Magro Petro Vincentio pro-
fessori publico in Academia Vitebergensi, ve-
teri suo amico

S. In Chro, scripsi nuper de quibusdam serijs reb: ad te
pro nostra amicitia, nec dubito quin acceperis candide: Sed
quia nondum respondisti, ut hoc facias per meum famulum rogo
Audio maiorem proxima dominica suo more D. Sarcerium,
Ambsdorfium, Illyricum, Gallum, & me nominatim excreie
traduxisse pro concione, & de me peculiariter asseverasse, quod le-
gem abolerem. Bone Deus quis erit modus crassissimorum men-
daciorum? An tantum Vitebergae in eo loco, ubi pura doctrina
etiam ingenti zelo sonabat, iam mendaciorum officina erit?
miseret me istorum virorum, qui cum non possint alia ratione pal-
lio mendaciorum sua peccata tegunt, arripiunt cupidissime quic-
quid mendaciorum architecti eis suggerunt, quia sauciatam habent
conscientiam, propter corruptelas de quibus commonefiunt: Sed non
animaduertunt altius se in poena hoc pacto demergi, eoque fal-
sis: mendatia proferunt Deumque magis offendunt: Scit
maior, tamen in hac fascinatione qua oppressus & ob caeca-
tus est, scire potest, me ob legis concionem apud filios huius
saeculi, & praesipue apud membra Antichristi in magno
odio ac periculo esse, nec ignorat qualem obseruemus
in libris nostris illam cognouit & iam uel ex unico meo libel-
lo, quem ipsi opposui me nequaquam abolere legem: Sed
miseri homines conscientiarum stimulos sentientes idem

faci-

faciunt quod perdices, hic ille scribit, q uenatorem, suis eis insidiantem hic ludificant & abducant à uero loco, p in alia atq alia tu circumuolitat, & eiusmodi anxietatem & gestus pseferunt ac si abiendum habeant, donec tandem ita circum detur uenato, ipsis relinquat suo oua salua. Ita nr maior cu peret diuertere auditorio abo, ad eam rem necesse sit, uel fin gere, uel ficta arripere undecunq potest. Doleo uicem pu sillorum Chri q istis doctorum mendacijs nocicunt & scan dalizat, nondum .n. recte iudicare possunt: Sed qualia DEUS eiusmodi hominib. minet Matthaei 18 satis clare expositum est. Haec apud amicum intium comemoro, ut on stam me ex aio dolere, istos uires quos DEus non par uis donis ornauit, tam turpiter nescio qb. affectib. mei ut non uereant crassissima Diaboli mendacia credere, publicare, spargere. Ornet pterea sua paradoxa ut ut uelit, non tam ignorat ex internis & Antichristi corde ea ee exacta & prodicta, nouit glossas paradoxis mi nime quadrare, nouit et lucem paradoxis non aedificari, nouit necessitatem dignitatem, pmia, paenas, bonorum operum absq istis paradoxis utiliter posse tradi & in cul cari, nouit satis esse, incommode, perplexe falsè dicta in perpetuum abijcere q turbare ijs Eclam Chri in eo articulo alias recte docentem, nouit plurimarum Eclar censuras de istis paradoxis non temere ro factus mi nat scripta admodum magno fastu Ubi inuoluunt res magis magisq, obscuret lucem dnae: Sed ea res non erit

ei

ei gloriosa apud Chrm iam iam uenturum, ut iudicet oes.
Minor et bonum uirum iustum Menium pertractum, ut alie
nis sordibus sese conspurcet et se participem faciat alienorum pec
catorum. Mi amice, cohorrui legens, talem uirum tam te
tra mendacia et potuisse effingere, ut ne aliud uestra
officina, quam eiusmodi mendacia gignet. Oia omnium Adi
aphoristarum peccata defendat et in confingendis reb., nullum
modum, sed habuit Magistrum Maiorem ne debeat mi
rum uideri cuique, si ita profecit. Doleo hominem tam
praeclare meritum de Eccla Chri se ipsum nunc tam turpi
ter deformare. Vtinam DEVS eum clementer ex istis pericu
losissimis tempestatib. liberet. Iam si ueritas explicet et respon
deatur, cui imputabit? Bonus uir ui Valecimo corradat
et effundat oia, oia conspuat, et operi historico non par
cit, in quo si nil aliud diligentiam sane summa ope
rarij quotidie praestant, sed parum hoc et res ipsa sese uin
dicabit. Haec scribo non ut in te iram conferam, sed ut
meum dolorem in publicis totius Ecclae causis tibi exponam
ac moneam ut in eo soli DEO seruias, eripias ex uerso men
daciorum pelago quos potes, moneas ne tam facile menda
cia gignunt, de alijs fingant, et non antea quam de alijs pro
pe prius comperta scribam. Est. n. Deus spectator
et uindex. Praeterea ideo haec scribane uolui et respon
sum a te impetrem. Quod autem in reb. sentis non libe
at iocari; id spero se non improbaturum esse tuum in do
mino. Vale 23 Octob. 57.

T. Johannes Wigantus
Contionator Magdebur:

CLARISSIMO VIRO DOCTRINA & VIRTUTE PRAESTANTI D. PAULO LUTHERO PHIAE & artis medicinae doctori affini suo charissimo.

S.D. Clariss. D. Doctor adfinis chariss. rumor de recidua philippi iunioris valde me perturbauit. Metuo n. ne uicta na confirmatae imbecillitatis & indies marcescentis magnitudine tandem succumbat praesertim cum ἀκεαγία sua malum augeant. Te rogo, ne, quod te sponte facere mihi certo persuadeo desis ei consilio & opera tua. Nos DEI beneficio mediocriter ualemus omnes: Sed in tota hac ora Rhenana nonnullis morbi & ἐπιδήμιχορ nunquam exortum & propagatum est, ita creuit ut ubique crasset & contagio serpat atque inficiat. Inuadit me Ephemera ardentiss: quae unum fere diem urendo adeo corpora affligit, ut deijciat prorsus ac eneruet. Tandem in catarrhum desiuit uel in nares erumpentem, ut in cubentem in fauces, unde aliquibus pectus occupat, & tussim ciet, aliquibus in uentriculum dilabitur, & uel uomitus commouet & nauseam atque fastidium uel tormina ac utrisque dolorem cautis experiunt omnes cumque intensissimum: Sed catarrhi eruptionem nouimus remittentem. Ex nostro comitatu pene omnes ex hoc mali genere affecti sunt. Sed mustum eo extinctum comperi, neque alijs sum remedijs usus, quam subducentibus aluum & deriuantibus fluxum, ad nares, paucis catharticis adhibui Indico esse catharros contagiosos, quorum materiam superioris anni plenior uingo concreuarunt dissoluit nunc pestilens aut uini constitutio

tio calida humida, de hoc morbo coram colloquemur plura, et,
si de tempore reditus nri incerti adhuc sim . Bene & feliciter
uale. Salutem opto honestissimæ coniugi tuæ, fratri Martino
& M. Menio, quem rogabis meo nomine, ut hortetur patrem
ad maturandum, quam primum, editionem suæ defensionis. Da-
tæ 18 Septemb. Vormatiæ.

T. Caspar Peucerus

ORNATISS.° AC HONESTO VIRO D.
Gerhardo Pauli Senatori Brunsuicensi
suo amico charissimo.

Gratiam & pacem per Chrm. quotiescunq cogito (cogito
autem sæpiss:) in quo ordine summa rei theologicæ nunc
uersatur, toto corpore ad cœlum exurgunt pili & hor-
ressit animus. mi domine Paule & uicine chariss: Certe
quicquid in hoc questu fiet, hunc eundem finem est habitura
tota actio, ut aut pdamus Euangelium Jesu Christi aduer-
sariis, aut edita magnanima confessione coram toto orbe terrarum
relinquamus hoc testimonium posteris, nos pro ueritatem Euangelii
etiam hunc sanguinem profundere paratos fuisse et in poste-
rion ego propositum Deo iuuante, etsi nihil aliud, illæ-
sam conscientiam à dominis meis & reipublicæ Brunsui-
censi gloriosum meum apud omnem posteritatem repertum. Ite
orate pro me cum teneris uestris, quas quotidie aspicitis
plantulis illarum agit res magis, quam unquam credatis aut pos-
sitis cogitare. Nil adhuc actum est, ideo petit meus
con-

coadiutor, ut possit diutius mecum cessare & ego cupio testem habere mearum actionum non tantum apud nos: sed etiam apud reliquos Saxonias Ecclesias. Spero fore ut adversarii cogant nos ad ea, ad quae nulla ratione antea potuimus traduci. Quantum ego intelligo, adferunt secum Interim & Misnensibus nostris revocabunt in memoriam ipsorum languidas consultores & gertinonem in multis articulis. Ita cogamur damnare potentia ut furior nobis maneant Augustana confessione, Druckett an mich. Omnia bonis in bonum Wor Wirs Wir et goet mashes Wil. Orate indesinenter. Christus te cum tuis servet. Saluta familiam tuam ornamentum nostrae urbis D. Hemingum tham consulem unus honest: coniuge & liberis. Tibi commendo iam antea commendatos. Lat mich mein kronwed worte befolen sein. Ex Vormatia 2 Septembris Anno 57. Saluta D. Tilema Schraepner & alios omnes cum toto senatu.

Joachimus Morlinus D.

REVERENDIS VIRIS PIETATE & ERUDITIONE praestantibus dominis Doctoribus & ministris in Ecclesia Brunsuicensi, in domino charis: fribus & collegis.

Gratiam & pacem per Christum. Nil adhuc actum est Reverendissimi viri & in domino carissimi fratres et ex nris tardius advenit D. Praeceptor & ex adversariis desiderati sunt hactenus non pauci, Episcopus Spirensis qui praesidens fuerat colloquii nomine & loco Regiae maiestatis mania corruptis

ruptus est, et in ipsius tecum Julius Pflug. Jubilant Papistae triumphantium ut sperant in certo tanto numero tam frequenter antea nunquam adfuerunt in ullo colloquio. Res spectat ad summum Reip: Christianae nec dubium est nouas insidias paratas esse religioni nostrae Magnus fastus incessit eos propter insperatam uictoriam Regis Angliae, postquam publico edicto mandatum est, ut sub periculo uitae à Lutherana haeresi ues sibi cauerent. Ita statim ultra mille studiosi inde discesserunt, haec tuum mihi narrauit D. praeceptor. Certe quicquid in hoc conuentu futurum sit hunc tandem finem habiturum est sine dubio totum nobis ut aut praedicamus Euangelium Jesu Christi aduersarijs, aut edita ingenua confessione coram toto orbe terrarum relinquamus hoc testimonium posteris, nos propter ueritatem Euangelij et hunc sanguinem profundere paratos fuisse. et in hoc posteriori ego Christianus Deo iuuante, ut, si nil aliud, illaesam conscientiam reportem. Vos reuerendi uiri, et in domino chariss: fratres, pro uestra pietate tantarum rerum pericula et difficultate cogitate. Hortamini propterea ad ueram et Seriam poenitentiam et orate diligenter ut Deus nostras actiones pro sua immensa misericordia gubernet ad sui nominis gloriam, et in confusionem Satanae et squamarum eius. Coadiutor noster M. Martinus petit ut possit diutius mecum hic haerere, et ego statuo necesse nostrae Ecclesiae ut testem habeam mearum actionum. Quare Chariss: fratres non sit uobis molesta ipsius absentia. D. J. C. et gratia S.S. corda et gubernet ad sui nominis gloriam et ad salutem suae Ecclesiae. Amen. Salutate Ecclesiam. Ex Vormatia 12 Septemb: anni 1557

Vestrae pietatis in domino
fr & collega Joachim: Morlin
Rector.

D. FRANCISCO JOELI.

S. D. P. Cariss: D. Francisce: Etsi non tm mi sumo ut de contro-
uersia q istic mota est, censuram agere uelim: psertim cum
nræ roes mi ignotæ sint, & humanissimum pceptum à ueteri-
rib. Μήδε μικρὲ δικάσαις πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσης.
Tamen cum pietatis studioses nil ardentius expetere deceat, q
ueram inter ipsos beneuolentiam & coniunctionem animorum, fa-
cere non potui, quin p ueteri nra necessitudine, pauca qdam
ad te familiariter pscriberem idq non respondenti: sed admo-
nendi ca: ἀνάγκη γοῦν παραινέσαι σοι ἀλλήλοις, ut uul-
go dici solet. Peto igr ut meam Eplam boni consulas.

Vri certaminis duæ ptes sunt. Vna de cœna domini.
Altera de Baptismo. Quod ad priorem attinet, amplector sntia
qua S. S. nobis patefactam expressam esse uoluit, nimirum q
Chrs uere & substantialiter adsit suo Sacramento, in eoq
sit efficax sic & Hilarius nr loquitur: Hæc accepta
& hausta efficiunt, ut nos in Chro, & Chrs in nobis sit.
Non assentior istis, q uoci feratur inane spectaculum esse,
nec profanas cogitationes istorum pbo, q impudentiss: conten-
dunt Chrm ἐν τόποις in Sacramento includi & discerpi
ac conteri dentib. & transmitti in intestina. Has impias
speculoes abijcio, & simpliciter credo cœnam domini ee
communicationem corporis & sanguinis D. N. J. C. in
qua filius Dei reuera adest, & testatur se nobis appli-
care sua beneficia nosq sibi tanq membra uere adiungere.
Hac simpliss: sentia q nil ht neq impietatis neq offendicu-
li, sum contentus, nec recipio monstrosas & absurdas illas

pro-

propositiones qb. hoes fanatici Saxonicas Ecclas multis in locis horribi liter conturbant.

Hic panis est Deus.

Hic panis adsumpsit hu: nam

Hoc corpus Chri est ubiq

Hic panis consecratus pependit in ligno

& nunc sedet ad dexteram patris.

Hae propositiones nil congruunt ad Sacramentum coenae domini: Sed sunt horribiles Sarcasmi excogitati à Diabolo, ad conuellendum ministerium, quod à filio Dei institutum est. Itaq toto pectore eas detestor, & acquiesco in ea sententia quam dominus D. Viuo Luthero, memoria prodidit & illustrauit nimirum, q Chrs uerè adsit sacramento: Sed ita, si apsel toe sacramenti Cœnam domini accipias, & qdem absq ulla trans Substatione panis in Chrm. Nam quod ad papisticam missam ptinet, eam una uobiscum palam execramur, ac dicimus planè esse Idolatricam, ideoq ab omnibq pijs fugiendam & detestendam esse. In hac nuda simplicitate uerborum optarim & te permanere, idq non solu pp Ecclae tuae tranquillitatem sed pp gloriam Dei, q ualdè lædit discordijs docentium proinde quo maiore studio possu abs te peto, des oem operam ut iuxta doctrinam confessionis Augustanae in qua nil dum à bonis uiris rephensum est, Ministerium tuum regas, deq coena dominica prudenter & circumspecte loquaris ne bon aios uulnerare nec inutilibq rixis Ecclam conturbare, nec uera Dei inuocationem in Germanis q uobis hospitium benignè tribuerunt, aut in uris ho

hominib; qui facile possunt offendi stulta aliqua morositate im-
pedire uidearis. Quod ad sacramentum Baptismi attinet, etsi mi-
hi tua Snia prorsus ignota est: tamen quia audio uexari isti-
Anabaptistas, q damnant Baptismum infantum, et contendunt in-
fantes absq Baptismo & extra Ecclam saluari, magnopere & ue-
hementer oro, ut in hoc et articulo ad nostrum consensum te
adiungas, eamq de Baptismo Sniam amplectaris, quae in Au-
gustana confessione expressa est. Id si feceris, ut oro te
facturum esse confido, non solum sapienter, qa istis motae su-
turbae, uerum et inclyti Senatus sptiq urfaliensis dies, Ecclae-
urae reconciliabitis, nec pbebitis occasionem Principi, sub cuius
inuitis imperio, ut uestram Eclam dissipet, aut aliquid durius
statuat. Deum aeternum patrem liberatoris nostri Jesu Chri-
toto pectore oro, ut te tuam Eclam clementer regat ac seruet,
quaeq nata sunt inter Theologos de religione dissidia, ea
ex intimis mentib. omnium hominum benigne euellere ac per-
petuo silentio obruere uelit. Bene & feliciter uale Vi-
tebergae 14 Nouembris.

Andreas Mugerig tuus.

EPISTOLA MISSA THOMAE ARCHI-
episcopo Cantuariensi à M. Bucero.

Gram & pacem à Domino nro D. C. R. diss. gr. oro
sperabam dudum spacium mi ut Reuerendiss: P. T. su-
se de fide & & mea quod attinet ad Eucharistiam
responderem: uerum illud hactenus datum non est nouis sem-
per se continuerentib. negotiis non reyiciendis: Sed confido

in

in dno ea q erant Ceridurus reuerendiss: D. T. Audi turam
à nostris Masculos panem & uinum in sua natura agnoscimus
non mutari, sed signa fieri exhibitium non spiritus tantum & meri-
ti Christi, quibus signis ille quidem cum suis meritis & donis offe-
ratur omnibus percipiatur aut in se & donis ac meritis suis tantum à cre-
credentibus uere eius, & prout illis credatur et percipiatur tantum
& apprehendatur mente fide imbuta, quamque eius uitæ sanctæ &
diuinæ suo modo in totum hominem se explicet. Non enim pani et ui-
no, ad uerbo offerentis Christi, Christum ipsum & omnem uitæ
eius alimoniam ita affixi credimus, ut quicunque cœna sancta
piè & uera fide utitur, Christo ipso ac donis eius omnibus de ma-
gis magisque pascatur ac fruatur, Nil descensus de cœlo Christi,
nil de eius cum Symbolis abliqne, aut in illis inclusione cogi-
tamus est dominus & manet in cœlis dum se conspicuum
omnibus iudicem exhibebit. At S. Cœna, qui ritè communicat is
fide in cœlum euectus Christum suum, cibum enim æternæ ac cœlestem per-
cipit, quod ipse suum nobis solum in cœlis plenius habeat
Sic namque Christo domino nunquam in hac uita satis fruimur, ita
est sæpe nobis hic cibi uitæ repetendus Panem & uinum
ad id tamen S. cœna exhiberi ut absentis recordemur, &
gratias ei agamus, nosque in eum credere testemur haud quaquam
consentaneum agnoscimus uerbis domini & Pauli de cœna, &
dicere his Symbolis gratiam & Spiritum Christi, non et
ipsum exhiberi nobis, uerbi domini ac pauli haud uidetur
Satisfactio, quibus nobis ea ipsius Christi communicatio pro-
mittitur, qua eius simus, unus panis, & unum corpus de

ipsi,

ossibus, et carne eius. Arcana et in effabilis ista Christi com-
municatio. Proinde uero malumus eam confiteri scripturae uerbis,
quam ullis nostris. Possumus enim etiam his utentes cunctas nihil
ominus Christo indignas cogitationes reijcere de transsubstantione, de
ulla in pane inclusione uel affictione, ut et de omni cultu eius ad
panem. Ut edamus eum et bibamus eum h. e. fruamur ipso
propitiatore, et V. ae. largitore et altore uitae, qua iustus fide
sua uiuet sese in sancta caena nobis impertit. Et itaque ado-
rantium habitu Sacramenta sumantur, ut tunc quoque Christus
dominus adoretur, Sic adoramus eum in omnibus precib; et ad
quam libet eius inuocationem probamus. Ita ostentationem et cir-
cumdationem, et omnem illum ignoratum Apostolicis legibus:
cultum reprobamus. Sacramenta Christi non sunt panis et
uinum per se, sed cum traduntur et accipiuntur cum uerbis
domini ut Symbola communicationis Christi: Sed ista omnia
explicabit melius D. Magister. Id non dubitet R. D. T.
me nil hac in re unquam uoluisse dare hominibus, temporibus, aut
et paci Ecclesiae cuilibet et quod Uo Dei non constet. Id
quod ego potui cognoscere Uo, maxime consentaneum. Imo
ipso Uo Dei doceri, id studui quoque simplicissime eloqui, et
quo ad potui uerbis scripturae, quae scio nobis uideri obscura,
atque interdum in nostro sensu et nonnihil pugnantia. Ora-
mus igitur et orandum docemus, ut dominus nobis augeat
lumen fidei, quo lucem recte perspiciamus uerbi eius in omnibus,
si enim nostris conemur intentionibus, lucem inferre uerbis Dei,
ea nobis magis obscura reddimus et tandem nostris, pro
luce

luce dei, tenebris miserè inuoluimur. Cetera dña R. D. T. dig-
netur audire à teste nr̃o, quem dominus noster Jesus, cum suis
collegis saluos tibi exhibeat magnos profectè excipies thesau-
ros, in utroq testis propsius ac dñtius coniunct est, quo mirabor si
non dña dei dona eximia eminere, magnificè mecum gratula-
tura sit R. T. P. cui illos & me q religiosiss: commen-
do, ut et eum quem, hi duo commendabunt q profectò magno
possit esse usui in scholis nr̃is & utraq lingua, & in sacris
docendis q comitem ut satis instructum hebraica: Sed clara
uoce huius uiri opus est, de quo nostri satis tamen fuerit
eum uel per me uestro uisu clarè uestam expecto quotidie
ampliora de regno Chri. a uobis. Dns ipsi & Reiß: nostra
det ea amplissima. Amen. 4. Calend: Decemb. 1547.

JOHANNES OECOLAMPADIVS N. fri suo.

Gratiam et pacem à DEO patre. Ego à te mi fr̃ do-
ceri debeo, & tu ad me uenis. & respondere cessandem
uiolentus urges, ferenda ne illa tua Tyrannis, ferenda
ut q in Chro, amica .n. est et fraterna. Hac tamen
lege, ut idem mi uiris & in te sit, tuq mihi snia tu-
am communes uicissim ubi mea acceperis. Per apertè quod
credam habe. Sacramentalia signa, qd. Sacramentalis promis-
sio confirmate qua remittuntur peccata mea, ut credibilior
sit, infirmæ conscientiæ meæ, non mihi sunt panis & uinum.
Nihil .n. ad me, q maiora qro, qualis panis & uinum
adhibeatur: Sed requiro mirabiliora qdam, ad imbecillem
mentem

= mentem, meam solidandam efficacia. Illa autem non est[?] ipse sumet corpus et ille ipse sanguis, non figura corporis et sanguinis: sed corpus, quod traditum est, et passum pro peccatis meis, atque id quo angeli in caelo delicate fruuntur, quod Christus promisit se daturum, et dedit in cibum non carnalem, sed spiritualem. Similiter et sanguis: qui è latere profluxit, et pro peccatis meis effusus est, Is enim efficaciter obsignat promissionem emundationis meae, ab omni iniquitate mea, et in hoc fido semper verbis Christi, quia dicit. Hoc est corpus meum quod pro vobis traditur, et hic est sanguis meus novi testamenti. quo nimirum testatur hoc sigillum corpus esse quo credenti et spiritualiter manducandi condonata sunt peccata mea. quandoquidem hac de causa pro me passus est. Unum Christi praecessit quod obsignavit effectus sacro suo signaculo Hunc panem et potum esurio et sitio, non ut in me convertantur sic corporalis cibus: Sed ego in illum vertar et spirituali cibo spiritualis fiam, ut quoniam ego fuero in Christo, Christus quoque in me manens, utpote in Sacramento sumptus per gratiam suam operetur sua opera. quo itaque paratus sum ad obsequendum omnibus membris Christi, etiamsi per illis moriendum, Sic ipse, pro me mortuus est. ut ita fiam membrum vere in illo suo mystico corpore, non in corpore Antichristi quod portionem cum illo habere nolo: Sed membrum cupio esse Christi mei vel infimum. Non possum nunc apertius. Tu haec boni consulito. Viriliter age et spera in domino. Basileae 29 April.

SVMO THEOLOGO D. D. ALBERTO

Clariss. ecclesiae Bremensis Syncerisso et fortiss. collegae suo venerando et fratri chariss:

Si

Si fr., quem mittes, scripturae uerbis in explicatione mysterii Eucharistiae uti consueuit, hoc gratior erit, ut agnoscat dominum se nobis tradere in Eucharistia sic in Baptismate traditione & communione, qua nos facit membra sua, quam communionem in sola & una fide, nulla ratione huius seculi percipiamus, pane enim & uino non aliter utitur hic Deus, quam aqua in Baptismate. Quare haec symbola in sua natura manent immutata sic aqua in Baptismate. Nec enim dominus symbolis: sed discipulis dixit, accipite & manducate. Symbolis igitur nec includitur uel affigitur pani corpus domini, sic nec S. S. flatui oris domini, cum insufflans in discipulos hunc illis tradebat. Exhibitiua modo haec signa sunt, si itaque Christi ueram communionem, quam augeri in nobis semper dum hic a domino peregrinamur, necesse est, agnoscimus & in Eucharistia exhiberi reipsa: Sed addimus sola fide & uera recipiendam & symbola relinquimus prorsus immutata, non uideo quid superstitiosae cogitationis non sit exclusum. Nec uideo causam ullam disputandi de loco coeli, in quo regnat Christus. Fides enim ut Christum suum complectatur & fruatur, uereque manducet & bibat, nullis locis uel intercapidinibus uel iuuatur uel impeditur. Multo minus uirtus Christi se nobis, suis membris communicantis. Hanc simplicitatem uideo placere omnibus qui mysteriis suam reuerentiam deferunt, et ueram Christi amant: Sed inter scopulosius agi cum quoquam uel in[illegible] quod non adimit. Nobis membris Christi Christum caput uerum & coenam Christi nobis non exhibet sine Christo. Est enim in medio nostri non ut Deus tantum: Sed et ut mediator, qui nostra uota reddit efficacia

eia ubicunq in nomine eius conuenerimus et quicunq manducat car,,
nem eius et bibit sanguinem eius, manet in eo et ipse in illo.
Hanc domini mei presentiam et coniunctionem nemo eis auferat,
et facile de caeteris rebus conueniemus: Sed hanc meam fidem
nosti pridem. Et audio te mira dexteritate intercessisse et effecis,,
se istic, ut illi qui de symbolis loquuntur adhuc durius, mitiores
se nunc praebeant, sitque pia inter ministros consensio. Quod
scripsi de hac re nunc causa est, quando a me petitur concio,,
nator. Optarem talem mitti, qui mysteriorum reuerentiam, quae
sint et communione fontium in Christo restitui non
potest, habeant cordi. Opto te cum omnibus tuis rectissime ua,,
lere atque cuncta mundi pericula euadere. Amen 22 Octob.
1549.

Martinus Bucerus tuus.

D. JOHANNES POMERANUS
in psal. 111

Hoc summum Verbum caro factum est, esca est timentibus De,,
um credentibus et sua peccata agnoscentibus qui isto pane solo
se credunt refici. Quod sacramentum, qui non timent DEUM
nunquam edere possunt, ut ista clare uides Johan: 6. Est au,,
tem hoc Sacramentum edere, credere Christum, pro te carnem
et sanguinem factum, et utrumque in rem tuae salutis expendis,,
se, si ita edis, habes uitam aeternam. Sacramentum ue,,
ro externum panis et uini, siue corporis et sanguinis Chri,,
sti Signum est tantum, quod sine hoc indigne sumpseris ad iu,,
dicium. Quapropter censeo, nunquam uel docendum uel scribendum
esse de externo Eucharistiae Sacramento, sine isto, de quo
dix,,

dixi[m]q (quod receptum q[ui]dem est ab oculis vestris in caelum, sed tamen sua virtute p[rae]sens est timentib[us] Deum) ne scilicet Sacramentum sine fide amplecti videamur.

REVERENDO VIRO PIETATE, ERVDITIONE
& meritis in Ecclesiam Dei praestanti D. Doctori
Johanni Bugenhagio Pastori in Eccl[es]ia Dei
Viteberge suo pa[t]ri Reverendo & compa-
tri carissimo.

Reverende domine pastor ac compater carissime. Nunciavit mihi hic M. Buchardus, te ita familiae meae diligentem curam gerere, ut etiam non sis gravatus in ista ipsa imbecillitate tua ad meas aedes usque accedere &, coniugem ac liberos meos visere, ut certi aliquid mihi de meorum voluntate nunciare posses. Quod fecisti per amanter addita salute in literis ad charissimum doctorem Georgium generum tuum, scriptis, pro qua tua solitudine tibi ingentes ago, habeoq[ue] gratias, et Deum oro, ut tibi vicissim tuisq[ue] benefaciat, vosq[ue] o[mn]es diu incolumes conservet ut reversi nobiscum laeteri possimus: Sed de reditu meo utinam aliquid certae spei nobis nunc facere possimus, ita e[nim] lente procedunt negotia colloquij, ut si aliter posthac res non geret, & continuari debebit colloquium, ut multi existimant, non possimus istud ante festum Pascha reverti: Sed tamen speramus Deum flexum precibus vestris pijs votis citius nos ex his molestissimis actionib[us] liberaturum, ut ad nros, & ad scholam q[uam] primum redire queamus, ubi nostra opera & ingenij tenuitas aliquanto plus prodesse alijs poterit. Hoc ut tempestive fiat, vos p[ro] pietate vestra DEVM orare non desinetis. Nos ut poterimus has molestias devorabimus & pro gloria Dei

il-

illustranda cum insidiosis: & uersutis: hostib. ueritatis pro uiri,
bus pugnarunt. qui quidem unum quod uoluerunt consecuti sunt
ut suis insidiosis postulationib. inter nos ipsos distractionem tristem
& à pijs deplorandam effecerint de qua iam uos dudum audijsse
credo. Nos tamen hoc uulnere accepto nihil languidius statio,
nem nostram Deo adiuuante & precib. uestris tuebimur. Tu,
us gener morbo non uiolento illo quidem: sed lente tamen
& moleste nondum liber atque excurrit Heidelbergam cum ma,
gistro Runcio & Cusouio ut istic medicos quos Palatinus ex
Lector, praestantes habere dicitur consulat, cum hodie expectamus.
Runcius praedicabit uobis suam artem equestrem, qui persuasus à
suo collega in hoc itinere primum equum ascendit. D. G.
uos reuerenter salutari iussit, qui etsi non uulgariter his per
turbationib. affligitur, tamen erigit se, et euentum Deo per
mittit. Parisijs. 5. die Septemb. cum in nobilissimi cuius
dam uiri domo conuenisset multitudo piorum hominum, ul,
tra quadringenta ad audiendam puram Christi doctrinam,
et distributionem coenae dominicae circa horam noctis no,
nam (quales congressus quatuor in locis illius urbis sae
pe fieri solent cum metu Sorbonistarum interdiu conueni
re non possint) prodita ea coetus est à Theologis è re,
gione habitantib. profecti excubiarum quae tunc frequentes
dispositae erant per multos nobis uicos, ob nuncium ac
ceptae cladis ad S. Quintinum. Circumuallata est igitur
armatis uiris radiumus totam noctem plurimi tamen
animosiores praesertim uiri tenebrarum beneficio usi dilapsi
euaserunt incolumes: Sed cum illuxisset irruptione facta
de,

dephensi & contumelia per plateas quinq hoes inter quos
fuerunt plurimae nobilissimae feminae, Ammiraldi coniunx, co-
mestabilis filia & multorum aliorum principum ac procerum
coniuges ac filiae & honestissimi senes, q noctu non poterunt
euadere. Eam ob causam aduenerunt 4 legati Wilhelmus
Farelles Reuerendus senex, agens annum aetatis 68 Theodorus
Beza eruditiss: uir, Johannes Budaeus, Budaei filius & Cas-
par Carmelus, concionator in Gallica Eclia Parisijs, ut con-
silio Theologorum hic uterentur, num possit impetrari à Ger-
manis principib., ut legatione missa ad regem Gallorum intercedat
p his pijs captiuis, quos hi uiri sancte affirmant nullo fa-
natico feruore aut dogmate infectos esse: Sed eorum doctrinam
cum nostra congruere, nisi in coena dni non reijciunt illam
panis conuersionem papisticam & adorationem. Nostri
Theologi scripserunt ad Principes 4 Electorem Palatinum
Lantgrauium Palatinum Wolffgangum, & ducem Vrteber-
gensem, qd effecturae sint ex hinc incertum est: Sed pro-
fecto iusta commiseratione deplorandum est exerceri tantam
saeuitiam, ibi in omnem sese aetatem & ordinem quanta
uix in historijs legitur, sed iminet Galliae magna calami-
tas op hanc crudelitatem pses & innocentes hoies. Ji-
dem Gallici legati significarunt Pontificem Romanum cum
premeretur a copijs Albani ducis misisse Regi Galliae gla-
dium tanq defensori Eclae, & simul nobiliss: & belliss:
totius Italiae scortillum. quo D. G. ita uersipelli inter-
pretabit, ut illa uenusta Saltatrix significet Herodiaden, q
sua bella saltatiuncula delinitura sit Regem, ut hoc gla-
dio

dio pontificio Johanni hoc est multis pijs confessorib. ueræ doctrinæ caput amputet. Hæc scribo cum ea q. geruntur in colloquio, ob iuramenti religionem scribere non audeam, q boni consules et tuis collegis et nris amicis communicabis, eosq omnes reuerenter meis et nostris adeo eum uerbis Saluta, quorum precibus et fidei meam familiam nosq omnes commendo. Wormatij 8 die Octob: 57.

Paulus Eberus tui reuerendiss. amantiss:

FRANCISCO JOELI.

S. D. Cariss: D. Francisce. semper exulat in mundo Ecclesia. Nam cum diabolus odio f. D. horribiliter incensus sit, nullum non conuertit lapidem ut omnes pios cœtus dissipet ac prohibeat, ne quid fiat in toto g. h. quod Deo gratum esse possit. Adeoq nusq terrarum sinit Ecclesiam diu tranquillam esse, q et antea experti estis, et nunc et experimini. Decet autem infractos et excelsos nos esse aio, nec cedere diabolo, q magnitudine calamitatum impulsos ad desperationem adigere conatur. Scio quidem ærumnosum ee exilium: sed si uera cum pietate Deum inuocaueritis, ut ad gloriam sui nominis, et ad uestram salutem, et ad incrementum Ecclesiæ clementer id dirigat, facile dulcescet, quod plus nimio acerbum esse uidet. Quod ad D. Melanth: attinet, scito nequaq eum fuisse auctorem Senatui Wesaliensi, ut uos expelleret: sed omnem potius adhibuisse operam, ut istic maneretis, et ut senatus cois concordiæ ca. integra uobis concederet

ret ministerium, sic ex pagellis, quas ad te mitto cognos-
ces. Congruunt autem hae pagellae cum scripto, quod Wesa-
liensis ille, qui contra nos huc missus fuerat a Domino S.
extorsit, tantum deest conclusio, quam ne nunc quidem re-
perire possum. Quare optarim nos diligenter petere
ab istius urbis magistratum ut exemplum manu notarij descriptum
nobis exhibeat ut Francofordienses videant utrum a S. dam-
nati sitis, nec ne, id proderit, non ad tuendam solam Ecclesiae
suae innocentiam, verum et ad probandas actiones vestras omnibus
honestis et eruditis viris, qui de vestro discessu percunctabuntur.
Ac si senatus negaverit, se ullum nobis daturum esse exemplum
quid obstabit, quo minus dicatis nos aliunde accepisse, idque
oppositurros esse mendacijs, quae de nobis tanquam de fanaticis ho-
minibus sparserunt sed haec mitto. Spero enim consilium nobis ne-
quaquam deesse, dederam Thomae Wesaliensi breves ad
te literas, quae an tibi redditae sint, nec ne significes velim.
Audio enim tergiversantibus omnium Saxonicorum Theologorum
cum quidem praeter Wesaliensem legatum nemo ullum
a me exemplum acceperit. Ideo metuo ne in itinere
apertae sint, antequam tibi redderent, facies me de eo cer-
tiorem. Mitto tibi Rapsodiolas Westphali Hanbur-
gensis, quibus D. S. in suam sententiam manibus et pedibus
protrahere conatur. Addita est ad calcem libelli epistola,
plusque insulsa et Asinina, de qua si tuum ad me iudicium
perscripseris, feceris mihi gratissimum. DEUM aeternum P. D.
N. I. C. toto pectore oro, ut te tuamque Ecclesiam in hoc

dn-

durissimo exilio, benignè regat ac servet. Vale. Vitebergae 4 Febr. D. G. collegit testimonia antiquitatis de cena dni, ac decrevit, simul atq. plusculum otij fuerat nactus suam de Sacramento sententiam in lucem proferre, ut qd sentiat oes homines intelligant.

Vrẽ serviteur

Ami Andre Mangier.

AD CONSVLEM WESALIENSEM.

non edita S.D. Honestiss. d consul, sicut Eclam Dei gestari à f. D. sic tenelli agni gestant à pastorib. recens in campis editi. Spero igr et filios uestros, quia sunt membra uerae Eclae Dei, in itinere, à f. D. protectos esse, uosq. oro, ut de eorum ad uos reditu mihi scribatis. Hanc Epistolam de di honesto uiro Georgio Bulma, ex cuius lris scriptis ad uxorem quaedam dicta sparsa sunt, quae ipsi apud honestiss: Senatum urbis uestrae nocent. Oro autem uos pp Deum, ut Senatui eum excusetis, & impetretis, ut periculo & damnis liberet, primum qz ipse non est autor istius narrationis: Sed audiuit eam ex Mancio & Henrico Heiningo ac fatetur Henricus Heiningus, q adhuc uiuit, se illa commemorasse q Georgius scripsit, & affirmat se uere narrasse. Non igr plectendus e hic miser, cum qdem tm ad uxorem scripserit, & quoquo modo haec acta sunt sapiens Senatus pie faceret, si haec silentio tegeret, psertim cum hic Georgius antea quoq. pp studium uerae dnae magnas aerumnas

nas tuenb., ut sit hō modesty. Scitis sapientes gubernatores præsertim in pub. dissensionib., lenitate erga sanabilia membra uti oportere nec de orbis negotijs certamina mouenda esse. Hanc meam Epistolam ut boni consulatis oro. Bene et feliciter ualete. Die triumphi filij Dei quo celebratur memoria ascensionis in cælum 1557.

Philippus Melanthon

SVMMA LITERARVM QVAS HIC
Georgius scripsit ad suam coniugem
Wesaliam de thoma Wesaliense, q
erat missus Viteberga in ea pere-
grinorum inter caetera

Was sagt Ihr Lutherani? der legat antwort nit. Ph. was wolt ir den? Ewr praeceptor wir wollen das man die gemein form von Sacramenten in der kirchen behalde one figuren vnd one weiderrede interrogauit Ph. quæ esset ista forma ille nihil potuit respondere. Das man schlecht bey den worten bleibe. Ph. Was sagt ir von figuren, der gabt sehr grobe figuren also zu sagen in dem brodt mit dem brodt vnd vnder dem brodt wird warhafftig gesehen das fleisch vnd blut J. C., vnd was wolt ir sagen von figuren, hat doch Lutherus selbst gesagt es sey ein Synechdoche, das ir nur

so

so narrisch meinten dz die gotfürchtige gelerte men-
ne die nur ir Land verlassen hetten vnd von ihren
freunden gescheiden, wann der warheit halben de
meinung solten endern der herberge halben, ~~Ire mei-~~
~~nung solden endern~~. Got würde inen wol rau-
plaz geben. Itē Ich verwunder mich dz ir dz volck
beklagt, welcher bekentnüs nichts anders ist den zur
seligkeit vnd gottseligkeit, diese leute greift ir an
dz ir meinet dz sie vngelert sein, dz sie sich nicht
verteidigen können dr rede viel auf den predigt-
stul vnd machet dz volck verwürt, den dz ir sie
recht kennet den es hat sich der Herr H. be-
klagt vnd hat den M. Thomas ein monstrum ge-
schriben vnd hat gesagt dz er mit den monstro
nit kündt conferiren, den er verstunde in nit, so
verstünde er auch nichts doch het er eine meinung
geschriben vom Sacrament dz gelerte vnd gott-
fürchtige leute wol verstehen würd letz er mei-
net warumb sie die [illegible] angenomen hetten
so sie wüsten wie sie lehren vom Sacrament vnd wolt
sie wider vmb aus treiben. Itē M. Thomas
hat die schrifft aus gelesen vnd sie zur Mag-
deburg vnd Braunschweig gewiesen dz grosse zwi-
spalt draus komen, dz die Sachsen auch den
Ph. argumenten verdacht enthalten vom Sacrament.

JOAN. STURMIUS SCHOLARCHIS
Academiae Argentinensis.

Nobilissimi & prudentissimi ornatissimiq[ue] Viri: Heri bi-
nas literas accepi, quib[us] significatur, Illustriss. Principem E-
lectorem Palatinum ab adversarijs meis incitatum, ut contra
me agat, a Senatu petat me judicio sisti, h.e. ut for-
tassis ex vinculis, si assequantur quod volunt, causam
agam. Vehementer angor, hunc Principem adver-
sus me exacerbatum esse, quem ego ex optimis & clemen-
tissimis statuo. Vos mihi testes esse potestis, me de
Illustriss.o principe Electore Saxonico Duce Augusto, prima
actione, honorifice vere usq[ue] ex animo locutum esse, ut in primo
Antipappo est videre, etiam de piae & honorificae memoriae
Duce Christophoro Wirtebergensi eodem a[n]i[m]o laudabiliter
scripsisse. Istud scit Marbachius & adversarij, & ta-
men mihi conantur creare periculum cum tamen ipsi Mar-
bachio no[n] ingrata extiterit haec mea adversus Pappum
actio. Nam cum ante annos duos mecum Norhemij esset
& mecum pro filijs suis ageret, dixi me secundum Anti-
pappum prope confecisse, justam libri magnitudinem fore:
nullo verbo, nullo nutu, nulla significatione me est dehortatus.
Quoniam autem hanc actionem contra Pappum suscepi, contra
nullum autem Principem: & quoniam invitus ad hanc
actionem sum pertractus, a Pappo & Theologis, ut scitis:
Oro vos ut pro me apud Illustriss. Principem El. inter-
cedatis, ne ipse contra me agat, & sinat hanc causam
ut coepta est, ita et publicis scriptis explicari: id quod
ego

ego coactus sum facere ut nostis. Iudicium non recuso,
sed contra adversarios meos non contra talem & tantum
principem: quem supplex oro, ut ne sinat se exacerbari
adversus me, & sine caussa oppugnari innocentem: & quo
plus potest eo minus quantum potest, velit ostendere: atque
ut provideat, ne aliorsum trahatur oratio mea, quam sit scrip-
ta: neque adversus se quicquam existimet a me scriptum esse.
Neque opinor fratrem Illustriss. Ducem Casimirum permissu-
rum fuisse, ut quicquam contra fratris Electoris existimationem
& dignitatem in sua urbe Neustadio divulgaretur. Et quid
ego aliud ago in Antithesibus, nisi primum ut liceat Sena-
tui nostro eam amicitiam colere cum Helvetijs & exteris Ec-
clesijs, quam maiores nostri semper coluerunt: Deinde ut fa-
mam & existimationem S. M. defenderem tum ut syno-
dum urgerem, optimam & antiquissimam rationem in dissi-
dijs componendis: Quod autem in Pappo reprehendi τὸ ε-
ὐ...: id officij mei erat, ut ne Iuve-
nis Theologus abuteretur seniorum silentio ad stultitiae
opinionem. Iudicium non fugio: imo non volo, nisi iu-
dicialiter hanc causam cognosci, & iudicium postulo in
senatu nostro, iure civium civium. Si autem principib.
placet apud se causam agi, non recuso, si salvum mihi
aditum & reditum concedant. Adducam mecum ad
hanc causam explicandam septem viros bonos literatos,
versatos in literis sacris, in patrib. & omni iure publico.
Illis ego me adiungam, & contra meos adversarios defendam

Ad

Adducant ipsi quot uelint, & quos uelint ex suis aut alie-
nis Academijs & Ecclesijs: Ego septem solum adducam, atque
utinam istud fiat, libenter feram tribus Electoribus & Princi-
pe Landgrauio, & Duce Wirtebergensi causam nostram Deo
adiuuante defendemus. Confido et inventurum me septem
qui istud non verebuntur subire periculum. Et quoniam summa
est necessitudo imperij principibus & reb. pub. cum serenissimo
principe potentissimo rege Daniae: optatissimum mihi esset, hunc
etiam cum exteris principib. collationi tam piae & illustri &
necessariae praefici. Aut si istud a principibus obtineri non
potest: proxime mihi optabile est, Legatis eorum cognitoribus
hanc causam explicari. Atque istud a vobis postulo, non quod
ego me comparandum putem cum ijs quos adducam, aut
quasi ego mihi primas partes arrogem: postremus esse
uolo, aut si placet, in nullo sim numero: Periculum tamen mi-
hi cum his commune esse non recuso. Si putatis me un-
quam meritum esse bene de rep. & de schola vestra: Oro
Vos patronos nostros, ut mihi apud Illustriss. El. adsitis
atque etiam apud Senatum nostrum, ut ciuis vestri in hac
aetate & periculo famam atque salutem defendatis. Nor-
themij. Mense Vnbiri

CLARISSIMO VIRO ET NOBILI HO-
mini, Doctori Ioanni Cratoni Imperatorio
et Primario Medico. Iohannes Sturmius.
S. P. D.

Mitto ad te mi Crato: Calaminum nostri Bucolicum

Idyl

Idyllium Daphnidem: et mitto absq versibus meis. quid
enim Vespertilio: vel ut Philippus de se, asinus ex bestijs
aut canat? hisce praesertim vespis: qui quicquid dulce
est, ex τοῖς ἡμιδέοις nostris exugunt: hoc est, bonorum
virorum etiam mortuorum authoritatem.

Laudo Calaminum nostrum: qui in cunis cum Chro lal
lare maluit: quam cum istis Prophetis dimicare. Videtur
mihi non tam esse ingenio excitato, ut apud nos fuit: for
talsis ei patroni: ut solet ubiq. fieri: desunt. Qui in
Calamino aut mihi non desint? cum desint Philippo
Melanchthoni.

Tu re ipsa saepe comperisti: aures simplices a linguis
dolosis obstrui: ut verum non audiant. Excites Calami
num, ut aliquid audeat ἀμφιξιωστέρως: et patronum
ei aliquem magnum excites: qui ipsum lectioribus vatibus
inserat.

Quid de me futurum putas: si Melanchthonem consi
deres? Ecce qui primus ex literatis viris Luthero
adfuit, absq quo literati homines, et studiosa Iuven
tus, sese nostris Euangelicis non adiunxissent: qui Lu
theri semper fidus et fidelis Achates fuit: quem Ita
li et Hispani admirabantur: qui Euangelicorum Prin
cipum semper prope Orator fuit: qui in tot Comitijs ips
sis adfuit: cui conscriptio Augustanae confessionis com
missa fuit: qui animos Lutheri saepe temperavit:
ad quem tot Viri scripserunt: quem tot homines et
civitates et Principes exteri consuluerunt: cuius no
titiam et amicitiam omnes boni expetiverunt: qui
bello

bello Smalcaldico confecto, Witembergam non deseruit: qui secum ibi Pomeranum, Maiorem, Cruciferum, exteros multos in ea Academia ne quo discederent placavit: qui suos Mauricii, causam hoc exemplo probavit, defendit, commendavit, illustravit. Huius viri monumenta, in quo, Crato, versantur periculo? in quo Augustana Confessio? in quo Principum subscriptio? Principum fides? Principum constantia? civitatum candor et veritas? Et tamen omnia haec ne mortuo quidem prosunt: quia nemo est, qui exclamet, vel potius, nemo est qui mussitet quia nemo est, qui mussitare audeat. Tanta est paucorum hominum impudens importunitas, et petulans potentia, et insolens temeritas. Et in horum locum non vides quales successura sit non confessio: sed damnatio? quales post hac libri? quales Scriptores? quales lectores? quales interpraetes? qualia dictata? qualia responsa? Res haec ut una parte ita ridicula est: ut vitam diuturniorem optandam non putem: ita in altera parte indigna: ut mortem cur deprecer non videam: in his ut Melanchthon scribit, σ[illegible] ἐν τοῖς ἐκκλησι[illegible] carcinomatis: quis non ultra Sauromatas? Miseret me bonorum ingeniorum: quoties servitutem illis imminentem cogito.

Sed melius cum Poetis agetur: si Patronos invenient, si suis versib. laudant prudenter: quod omnibus placent: offendant neminem, Cuiusmodi illud

Disertissime Romuli nepotum
Gratias tibi maximas Catullus.

Agit:

Agit: tanto pessimus omnium Poeta:
quanto tu optimus omnium Patronus.

Calamino si tu Patronus unum et alterum inuenias: merito tibi προσφωνήσειεν ἄν.

O et praesidium et dulce decus meum.

Commendo tibi crescentem Poetam ciuem Patriae tuae; tui cupidissimum: tui studiosissimum. Vale Vir Clarissime Cratho Craphthemie. Northemij in tuo Sturmiano Nonas Martij M. D. LXXX.

NOBILISSIMO VIRO D. SIGISMVNDO
à Burckhaus: Ducatus Munsterbergensis Praefecto domino suo.

S. P. D. Filio tuo Vir nobilissime Nicolao hospitium aperui: ut inter nos sit hospitij sanctum ius. Quacunque in re mea ope habebit opera: faciam quoad potero: et quoad erit necessarium. Est erecto pectore: et uoce & oratione: & credo Virum bonum non desideraturum: quod in Viro optimo est necessarium. Praeceptorem commendo tibi: tantum abest, ut non laudem. Dignus ut tractetur liberaliter, ut quod facit, diu faciat, & faciat libenter: ut certe facit.

Audio aliquid audiuisse te: de meis Turcicis libris, de bello gerendo cum Turcis. Diu est q. cum intermitto hanc scriptionem: propter crabrones, nouos Theologos, qui me exagitant. Sed tamen ut non doleam, uexant tamen, propter principum authoritatem: qua abutuntur: Sed quid de hac re in hac epistola. Cum primum me liberauero, ex histricis: reuocabo sub incudem, ferrum istud: et elaborabo. & edam.

Scripsi

Scripsi haec occupatus. Et fortassis haec nimis multa propter occupationes tuas. Faciam igitur, quod et tibi et mihi molestum non erit: ut scribo. Vale Vir nobilissime. Deus te, uxorem, liberosque quos tecum habes: conseruet: tuus qui mecum est, mihi curae est. Northemij. 6. Julij 1580.

Joannes Sturmius
Rector.

EPISTOLAE QUAEDAM A PHILIPPO ALIIS PRAESCRIPTAE.

Cum audiuissem te in uicinia esse, uehementer pro meo erga te amore incensus sum cupiditate uidendi ac salutandi te. Sed uerebar tibi hoc officium in tantis tuis occupationibus ingratum fore. Ideo duxi ad te scribendum esse, ut significationem aliquam ostenderem mei erga te studij et amoris. Cornelius Tacitus, scribit Veteres Germanos singulari pietate praetulisse Sororis liberos agnatis et propinquis reliquis omnibus. Hoc uetus exemplum uideo te pro tua excellenti humanitate maxime imitari. Neque enim aliter me et tuos liberos complecteris, et ego te uicissim prorsus ut parentem amo et colendum esse statuo. Sed nolo esse prolixior. audio enim nunc ἐπίβασιν certaminum conuentus uestri, cui utinam deus det tranquillam καταστροφήν. Nam cum propter multas alias causas pace opus est reipublicae tum maxime propter disciplinae et literarum conseruationem. Ubi enim semel exarserit

ciuile

ciuile bellum, infinita uastitas, confusio religionum et horribilis barbaries morum secutura est. quae mala ut Deus prohibeat ex aio oro. Bene et foeliciter uale

ALIA

Iamdudum expectaui literas tuas Joannes charissime, sed hactenus nullae mihi abs te redditae sunt, ex quib. intelligere potuissem rerum tuarum statum, Memini autem te mihi dicere tantam esse monasterii perturbationem et scholae uestrae ignauiam, ut iam dudum te eius taedium caeperit et quaerendam esse statues palestram in qua foe-licius ingenium tuum exerceatur. Sperabas autem te ab Abbate impetraturum esse stipendium ad tollerandos sump-tus studiorum, eaque de re significabas te cum abbate et amicis acturum esse. Ego hunc animum tibi magnopere gratulabar, quod illud ignauum otium auersabaris, in quo uires ingenii tui extinguerentur, si ibi diutius haere-res. Quare scire cupio an aliquid pecuniae extorseris. Multum adiuuat discentem consuetudo eruditorum, ac sine frequentia plane frigent scholae. Ideo quoque te optarim esse non modo in maiori caetu, sed etiam ta-li loco, ubi artium et disciplinarum maior uarie-tas proponitur. Haec .n. exsuscitat ingenia et formant iudicia de multis rebus. Proinde si poteris euo-la ex illis latebris in locum celebriorem, sed ta-men uide ne sine iudicio discedas. Bene uale.

ALIA.

Non auderem te grauissimis reipub. negotiis occupatum interpellare, nisi mihi isthinc discedenti nominatim in-iunxisses, ut crebro ad te scriberem. Cum autem

au-

autem authoritatem tuam merito faciam plurimi dabo ope-
ram ut assiduitatem in scribendo meam probes, et uel ina-
nes potius literas mittam quam uidear non satis in officio
fuisse. Peruenimus autem Witebergam salui atque incolu-
mes dei beneficio, facileque mihi itineris molestiam exe-
mit comitatus tuorum affinium, qui me adeo amanter ex-
ceperunt, ut satis appareret te tuosque omnes ualde ab
ipsis diligi atque amari. Planeque uideor mihi in patria
uersari cum in eo loco degere contigit, ubi me amici non
aliter amplectuntur ac liberos suos quos habent charissimos.
Magnum igitur ad caetera tua beneficia cumulum addidisti
quod me in hanc scholam misisti, ubi inter tales ami-
cos uiuam quorum consuetudo et praesidio mihi futura
est, et erit utilis studiis meis et moribus. Video enim sanc-
tissimam esse disciplinam in familia d. doctoris Au-
gustini et multum cum ex ipsius tum ex Milichii eru-
ditis sermonibus proficere possum. Ago igitur tibi gra-
tias pro hoc beneficio et enitar omnibus uiribus ut mea
diligentia tuae expectationi et uoluntati respondeam.
Bene uale.

ALIA.

Quanquam desiderium tui, non satis aequo animo fer-
re potero, ubi intellexero mihi consuetudine tua ca-
rendum esse tamen non dehortor quominus consulas
ualetudini tuae. Illud autem te oro ut absens amici-
tiam inter nos bonis auspiciis institutam conserues
et interdum des ad me literas amoris erga me tui
testes. Meum animum erga te nulla fortunae iniu-
ria, nulla tempora mutabunt. Etsi saepe fit in uita
illud quod ait Graecus Poeta ποικίλος αἱ τύχαι
ζωγραφοῦσι τοὺς φίλους. Erit autem tua

con-

constantia magis nota, si literis interdum mihi voluntatem tuam declarabis. De nostra Academia scito nunc restituta esse in omnibus facultatib. ut vocant, disputationes ex quib. ingens utilitas percipi possit. Habebes enim palestram exercendi ingenij et multa audires in omni vita profutura. b. u.

ALIA.

Ex patris mei literis et ijs quas filiae tuae scripserunt intellexi tibi non redditam esse epistolam quam ad te misi tertio Idus Iunij. Opinor autem eo non perlatas esse ad te, quia Noribergam missae sunt illo ipso tempore, si non fallor, quo abfuistis in conventu Laurimegensi, et fortasis Noribergenses segniter negotia nostra curant. De meo itinere in patriam tuum consilium sequar. etsi enim poteram hoc tempore commode cum doctore Tetelbachio vehi, et quadam mirifica cupiditate vos videndi teneor, tamen hoc quidem tempore satius est me non interrumpere cursum studiorum. Audio enim Milichium in Physicis et alias quasdam lectiones, quas postea vix audire potero. ~~Potero~~ Praeterea ferunt quidam Synodum Noribergensem processuram esse proxima hyeme, quod si fiet, malo tunc in patriam proficisci et inde ad conventum illum excurram ad videndos doctissimos homines multarum gentium, aut enim eo Sadoletum aut Bosium venturum esse, tarda solet magnis rebus inesse fides, inquit ille. Etsi ergo haec processura esse non dum credo tamen saepe et cogitatione huius congressus delector. Comes de Hasenstein scripsit ad Aurogallum, sanguinem de caelo pluisse cum rex ex Bohemia

mia iter faceret, et ipsum regem Ferdinandum et magnam partem comitatus illo sanguine depluente consper-sos esse. Aurogallus multis amicis monstrauit literas. Non dubium est autem hoc terribili prodigio, magna pericula uel regi uel reipub. denunciari, quibus ut Deus det καταστροφὴν placidam oremus. Pace opus est praecipue Ecclesijs et scholis praesertim hoc tempore. His ut det tranquillam dominus noster JESUS CHRISTUS ex animo opto. B. et feliciter uale cum honestissima coniuge et dulcissimis liberis, quos amanter saluta meis uerbis.

ALIA

Et à te et à multis alijs didici, ac lego saepe ipse mandatum dei esse, ut parentib. et ijs qui parentum munere funguntur gratissimus, eiq. et uera animi beneuolentia et caeteris officijs gratitudinem praestemus. Huic ego mandato Dei obtemperare cum cupiam, quo me et ipsius naturae iudicium iam deducit, saepe ad te scribere institui. Sed quia uidebam me non posse satis perspicue meam tibi uoluntatem ostendere non ausus sum ad te epistolas mittere. Nunc cum existimem quoquo modo suspitionem ingratitudinis purgandam esse, hanc ad te Epistolam misi, teq. rogo ut eam boni consulas. Nulla maiora beneficia homines impertire hominib. possunt quam doctrinae de Deo et de uirtute communicationem. Cum igr me summa fide erudires et incorruptam mihi de Deo et de uirtute doctrinam tradideris, perpetuam me tibi debere gratitudinem profiteor, quam quidem animi beneuolentia constantissime praestabo. Caetera temporum sunt et fortunae. Sed hoc tibi polliceor, si Deus mihi locum aliquem

in

in repub. aut facultates tantas mihi dederit, ut pro-
desse tibi possem etiam dignitati et fortunis tuis et
tuorum, me opitulaturum esse.

ALIA.

Cum in patria uestra hoc anno magnae res gestae sint
et capti Liconis hystoria, omnium sermone celebretur,
et aequum erat de reb. tantis te aliqd ad me scribere
et literas tuas quotidie expectabam. Nec uero excusare
hanc cessationem poteris, quae si a negligentia oritur, etsi
haec quoque culpa reprehendenda est ueniam do aetati tuae.
Non. n. arbitror te oblitum esse necessitudinis et amici-
tiae nostrae, quam ego quidem donec uiuam tueri om-
ni officio studebo. Cum igr a te nihil literarum ac-
ceperim, duxi te prouocandum esse hac breui significati-
one meae uoluntatis, ac peto ut mihi quam primum
respondeas, quod officium si amico non praestiteris, hu-
manitatem in te desiderabimus Iustiss. est. n. petenti
amico gratificari, in hac scribendi et qsi colloquendi con-
suetudine de rebus honestis. Cum nihil sit amicitiae con-
uenientius, quam haec colloquiorum suauitas. Ego in stu-
dijs linguae latinae mediocriter uersor, ad quam adiunxi
quoque Arithmeticam, quae aditum ad multas honestas
artes patefacit. Tribuo etiam quotidie aliquid tem-
poris doctrinae Caelesti, de uoluntate Dei, ut ueram
normam uitae et morum recte cognitam teneam. Te
quoq ad similia studia adhortor et nunc peto ut et
de repub. et de tuis exercitijs in discendo mihi copio-
se rescribas. Bene uale. Anno 1546.

Von gottes gnaden Johans Frie
drich hertzog zur Sachssen Churfurst
vnd Burggraue zu Magdeburgk

Vnsern grus zuuor, Ehrwirdigen vnd hochgeler=
ten lieben andächtigen räth vnd getrewen, wir
wissen euch gnediger meynungk nit zuuorbergen,
d3 sich hertzogk Moritz die vergangene tage,
als wir etliche vnser reuter vnd hocken schutzen
in andern sachen von Colditz abgefordert, vnd das
selbige schlos vnd stadt vnbesetzt gelassen, nicht
allein einzunemen vnterstanden, sondern auch
dasselbige ob es gleich vnsers freundtlichen lieb
en gemahl leibgut ist, nicht verschonen, son=
dern d3 haus plundern lassen. Aber ehe er
Colditz eingenommen, hatt hertzog Moritz vn=
ser freundtlichen Muhmen der hertzogen zu
Rochlitz zur beschwerunge Marggraffen Albrech=
ten von Brandenburgk mit 1500 reuter
vnd 10 starcker heuflein knecht, darunter sechs
heuflein des Marggraffen, die andern 4 des
Keysers gewesen in die stadt Rochlitz gelegt
vnd die stadt vnd schlos besetzen lassen allein
darumb, d3 er den pas an der mulden fram
haben mochte also haben wir nicht wissen zu
vnterlassen weil der Marggraff des orths
seines vermuthens so sicher gelegen mit vnsern

reutern

reutern und knechten auch etlichen geschütz ehr
gestern abendts umb 8 uhr auff und nach Kohlitz
gezogen, wie wir den gestern mitwoch frühlich vor
tag daselbst ankommen also haben unser vorwart
4 des Marggraffen reuter auf der schiltwach
gefangen, die andern aber, nach dem er sie tadt-
lich verordnet gehabt haben die flucht in die stadt
gegeben, darauff gegen tage etlich des Marg-
graffen reuter heraus gezogen und sich neben
den 4 keyserlichen fenlein so in der stadt
gelegen auch andern hackenschützen die aus der
stadt vor ihnen geordnet gewesen, etwas hefftig
und reutlich erzeigt das sie auch etzlichmal in einan-
der getroffen aber des Marggraffen reuter
sindt allweg jn ihren vortheil in die vorstatt zu
ihren schützen gewichen und die flucht nicht allein
nach der stadt zum thor gegeben, sondern auch
ihrer viel sindt durch ein zimliche hohe lucken
so an der stadt mauren eingefallen in die stadt
gerandt, als wir aber mit unserm mittel zug
derweil etwas langsam hernach komen, auff die
feinde gerückt, auch das geschütz in die stadt ge-
hen lassen, sindt die Kaiserlich 4 fenlein
uber die brucken, und etliche reuter durch das
wasser geflogen, welche in der nachtzeit fast
alle biss auff wenige personen wider erlegt
und gefangen worden, In dem sindt unser
knechte

knechte in die stadt gefallen und geplundert weil
wir inen schon so harte zugesetzt, hat Marggraf
Albrecht mit etlichen pferden, sich auch daruon mach-
en wollen, wie er dan albereyte durch das wasser
in die Mulda komen aber durch sonderliche schick-
ung des allmechtigen gottes hat es sich also zu-
getragen, das Marggraff Albrecht, durch unsern
Ohemen und schwager herzogk Erich von braun-
schweig gefangen worden des liebe und auch die
zu handen geantwortet, So ist Landtgraffe
Christoffell von Leuchtenbergk im ersten angrif
auch gefangen und geschossen worden, desgleichen,
Georg von Gorden, und andere mehr vornemer
von Adel derer namen wir nicht wissen gefang-
Also haben sich die reuter so noch in der stadt
gewesen sampt den 6 fenlein knechten
ob sich wol zum standt unterstehen, ihr unser
gnade auch ergeben, da die ihr wehre und harnisch
von sich legen und verschweren mussen, wieder
uns und uns unserer einigen verwanten nichts zuhandeln
das also mit gottlicher hulff der Marggraffe mit
etlichen hauffen reuterr und 10 fenlein knechte
erlegt worden und wie sich der Marggraffe
horen lest so sindt der erslagen 1500 und
der knechten bey 4000 gewesen, dem al-
mechtigen gott sey lob ehre und dancke der
es also geschickt hat, gesagt. Auff unser
seitten sindt auch etliche todt bliben, auch zum

teil

feyl wůnd vnd geschossen worden, aber nicht viel, al-
lein ist er wolff Dieterich von pferten ritter hart
geschossen worden, welcher auch heute dato in gott
christlich verschieden ist, Nun ist gleich wol dieses in
solcher handel gewesen, daz einer kleinen schlacht wol
zůver gleichen, daz zaigen wir euch gnediger meynun-
ge an, damit ihr des auch wissen habt vnd ha-
ben zů gott die hoffnunge, sein almechtigkait
sol weyterer glück vnd sieg auf vnser seiten
verleihen. Ihr wollet vns vnd den gantzen han-
del in ewer vnd der kirchen gebet, treulich lassen
bevolen sein, damit diese beschwerliche kriegs
sachen widerumb nach seinem göttlichen willen zu
friede vnd ruhe gebracht vnd der landen ver-
terben verhuetet, vnd daz wir vntersagenem schutz
bey gots wort vnd der waren christlichen re-
ligion ewiglich bleyben mögen, daran thut
ihr gott vnd vns ein angenemen gefallen, vnd
wir sindt euch mit gnade vnd Guetem geneigt.
Datum Altenburgk freitags nach Invocavit
1547.

Johan Friedrich Churf:
m. ppria sst.

Ahn Churfursten zu Sachsen.
Hertzog Johan Friedrich etc.

Gottes gnade durch seinen eingebornen sohn Je-
sum

zum Christum unsern Heilandt, durchleuchtigster hochge-
borner gnedigster Churfurst und Herr E. C. F. G.
beide gnedige und tröstliche schrifften, haben wir
untertheniglich empfangen, und dancken erstlich aus
hertziger demuth dem allmechtigen vater unsers
Heylandts Jesu Christi, das ehr E. C. G. bis anher
wider so viel tückische und mördische Caini und
Judit practicken und vorhaben gnediglich be-
warett, erhalten und gesteuret hat, hat auch itz-
undt E. C. F. G. hulff gethan, und einen
gnedigen sieg geben, der gross ubel verhindert hat,
und all wir hoffen forthin zur guttem dienen
wirt, wir wollen auch nicht unterlassen, den
allmechtigen gott vater unsers Heylandts Jesu
Christi mit treuen hertzen und warhafftigen
seufftzen erstlich fur und fur anzurufften
das er doch umb seiner hohen ehr willen und
viel menschen itzundt und kindern nachkomen,
zur seligkeit E. C. G. person, und ire junge
herschafft und die kirchen dieser landen nicht
wolle unterdrucken und vertilgen lassen. Ehr
sihet und erkennet aller menschen hertzen und
weis den grundt gewisslich, was auss allen
hertzen gesucht wirdt, welchs und sehr tröstlich
ist, denn wiewol wir auch viel sunde haben und
erkennen billich, das wir straffen verdienet haben
und schreyen zur gott mit tieffer demuth
gehe nit ins gericht mit deinem knechte, wo ist

doch

doch dieses auch war, daß die feinde k. f.) d. zu
und der jungen unschuldigen herschafft erbes, und
der leute verterben furnemlich drumb suchen, daß
sie (die feinde) die reine christliche lehr gern
vertilgen wolten, welche k. f. d. gott zu
lob und in rechter anruffunge angenomen haben,
und haben sie treulich helffen pflantzen und
furdern. Dieweil dan dieser kriegk gotts
ehr vornemlich und ahn mittel belangt, so kon-
nen wir warhafftiglich zu gott ruffen, Nicht
uns herr, nit uns, sondern deinem namen
gieb ehre, umb deiner gnade und warheit,
warumb sollen die heyden sagen, wo ist nhun
ihr gott? Man sieht nhun mehr das dieser kriegk
nit allein ein gewonliche menschliche unruhe ist,
sondern der teuffel wuert und treibt die hohe
potentaten, Bapst und keyser und ihren an-
hangk und wolt gerne das ellende heuflein,
das gott recht anruffet, uf ein mahl im blut
ersauffen, da wirdt unser heilandt der sohn
gottes nit zusehen, der wie Daniel spricht
zu dieser letzten zeit in welt ist seine
kirchen zu retten und zu erhalten, daß ihm
menschlichen geschlechte nit gentzl heydnische
gottes verachtunge werde, Darumb ob wir
gleich etwas leiden und ein zeitlang hart
gedemutigt werden, so wirt dennach unser
heylandt der sohn gottes den sieg behalten,
und

vnd vnsere feinde stürtzen wie er gesprochen hat, vnd
die pforten der helle, werden die kirch darinn
rechte lehr gepredigt wirdt nit vberweldigen, Es
ist auch die grosse bitterkeit vnd dz zorn bey den
feinden ein anzeigen dz sie fallen werden wie
Sennacherib vnd Rapsaces, dan wunderliche traw-
unge vnd erstrunge hören wir täglich der von
Latran hat gesagt, dz sie fürhaben Wittemberg
zuschleiffen, vnd den todten leib Doctors Mar-
tini Luthers auszugraben, vnd für die hunde
zu werffen, vnd zu tödten wz da sey,
jung vnd alt solche reden gehen auch sunst viel
bey den nachbarn, dz rechte rapsaces vnd
erstrunge sindt, darumb wir bitten wie
Lazarus vnd Esaias herr gott wende ab solche
erstrunge, vnd deiner ehr willen dz man
nicht sagen könne, deine lehr in vnsern kirch-
en sey nit dein warheit, sondern es sey
vnser muttwilliger fürwitz oder vnsinnig-
keit gewesen E. F. G. vnd wir armen
vnterthanen haben auch bisher wie Ezech-
ias wider Sennacherib hülff vnd rettunge
gehabt von dem allmechtigen gott, dem sey
lob vnd danck in ewigkeit vnd hoffen
er werde ewer E. F. G. vnd jrer vnter-
than auch fürter gnedig schützen, dz auch
E. F. G. vnd einen gnedigen willen ge-
gen die Dienerschafft in der andern schrifft
gnedig angezeigt haben, dancken wir

E.

E. F. G. ihr unterthänigkeit und haben dieselbe
schrifft den andern personen zugesandt die noch
alle in der nahe sindt und haben auch noch etliche schü-
ler bey sich, und wollen E. F. G. am liebsten
dienen und wolten gerne das diese schöne Universi-
tet darin alle löbliche studia durch gottes gnade
ordentlich und recht angericht gewesen, wie wol
fürnemer lender auch in frembder nation bekennen
auff die nachkomen geerbet werden mochte.
So ist auch unser gemüet, gott zu ehren im
landt zubleiben und gottes hülffe zu warten,
laut der tröstlichen rede Moisi, stehet fest, so
werdet ihr gottes hülff erfaren, und im
47 psalm spricht gott, hoff auff den
herren und thue guetes und bleibe bey ihm, welch-
en und der ehrwirdige Doctor Martinus vor
25 Jaren auch selber geschrieben da er zu Path-
mo war, wie er es nennet, wir wollen auch
lieber in bekentnis der warheit bleiben und
darumb leyden dan bey den feinden die
gotliche warheit und unser Seele in grossen
wollust leben, der allmechtige gott vatter
unsers heylandts Jesu Christi wolle E. F. G.
allezeit gnediglichen bewaren und regieren zu
seinem lob, und sie von allen feinden erretten,
und in diesen landen christliche, friedliche, selige

re

regiments durch E. L. F. G. aufrichten und erhalten, Datum Wittemberg am tage Gregorij 1547.

Von gottes gnaden Johans Fridrich
Hertzog zu Sachsen, Churfurst etc.

Unsern grus zuvor, Ehrwirdiger hochgelerter und erbarn lieben andechtigen räthe und getrewen, uns ist ewer antwort auf etzliche unsere euch gethane geschrifften bekommen, die haben wir empfangen und ihres inhalts gnediger meynunge vernommen, und ist an deme, daz der allmechtige barmhertzige gott, und bis anher, fur so viel teufflische und mordische practicken, anschlegen und furhaben gnediglich bewart und erhalten, auch uns ehrlichen geholffen und den erlangten sieg wieder Marggraff Albrecht von Brandenburgk verlihen und geben hatt, des almechtig sein darumb billich von hertzen danck sagt, ihme auch alleine die ehre, und den preiss geben wirt, den er von ubel auch ohne dergleichen mordt und bluet vergiessen, da des feindes anschlag und fur haben ihnd werck gebracht, wie er dan genzlichen entschlossen und willens gewest hat ehr volgen wollen, solchs haben wir nach erwert des Marggraffen niderlag auch aufferlangen und niedergeworffen brieffen genugsam

mügsam vermarckt und erfunden, da aber solchs
der feindt furhaben verhindert, ist so viel mehr
klerlicher zuverspüren, da gott bey und mit auß
unser seytten gewest, auch weyter unsers grunt-
lichen verhoffens sein wirt, dan da wir zu krieg
und unfrieden auch christlichen blut vergiessen nie-
mals neigung gehabt, d nach dartzu ursach geben,
sonder der bedrohenen defensions krieget viel lieber
krieg gewert wo wir dartzu nicht auß eusserste
gedrungen, dergleichen da wir unsere, wider gott
ehr und recht eingenohmen, landt gleich der zu
wieder nemen und unsers auch unser unterthan
schaden und verderben vergessen und hindansetz-
en wollen solchs ist weißentlich auch offentlich
am tage weil wir aber daruber kriegen sollen
und mussen so konnen wir es nicht endern, son-
dern befehlen es gott, nach dem den auch der
teuffel durch gottes verhengniss, an deme so uns
bisher begegnet, nit zufrieden sein will, son-
dern regt und wickelt weiter auß wider
uns nicht allein frembde, sondern auch unser ei-
gene freunde, da uns also und ihr von meinig-
lichen aus dieser welt verlassen an allen orte
beungstagt sol werden, so wil uns der kirchen und
christlicher gemein gebet hinwieder nit weniger
den bisher von nöten sein, dartzu wir auch
in sunderheit hiemit gnedige erinnerunge und
erhaltunge wollen gethan haben, solchs weyter

keinet

keynes wegs zu unterlassen, dan unser hoffen
und vertrauwen stehet und sol stehen auf gott durch
seiner almechtigkeit gnade verliehe, der wirt uns
auch schützen und entledigen, weitern wan es gleich
menschlicher vernunfft und augen unbegreifflich und
unmuglich ist, und so es auch nach gottes willen
dem itzigen gerichten solte, wolten wir lieber
mit unserm leibe, auch landen, leuten und kindern
zu boden gehen, dan das wir von gott und sei-
nem wort im wenigsten wider unser christliche
confession weichen solten, oder ein richtungk an-
nhemen, die wider gott oder unser gewissen und ehre
sein solte, dan wir wissen es mag uns zeitlich solch-
es alles, doch nicht ehre, dan so es gott der all-
mechtiger nachlesset, nhemen kan, so muß man
uns, doch die seele die mit unsers herrn Christi
bluets trost ungenomen lassen, die ihr auch be-
stendigk trostigk und gewisz freidt im lande
zuebleiben und euch von uns nicht abzuwenden,
solchs vermercken wir von euch gantz gnedig-
lich, und wie wir bisher keinen zweiffel ge-
habt, also wollen wir auch nit weytter dar-
an zweiffeln, allein wie wir jungst begeret,
also begeren wir nachmals gnediglich die itzige
gelegenheit und eusserste zuvordrucken und gedult
zu tragen, dem sonst der allmechtige gott
widerumb friede und ruhe bescheren wirt wie
wir hoffen, so wollen wir unserm schreiben er-
bieten.

bitten nach, erleidet ihr weis got der massen
im werck befunden sollet, nicht mangel lassen
sein, und wir sindt euch mit gnaden allzeit ge-
neigt.

Johann Friderich Churf.
Mu pp sscit

Dem Achtbarn und Hochgelerten
Unsern besundern gelibten Herrn
P. Mel:

Gottes gnade durch Jhesum Christum, Erwir-
diger lieber freundt und vater, wie der brieff
des eltern Dato all in dir handt gebey kompt
mir ewer schreyben, erst im 20 Januarij,
daraus ich gern verstanden, dz auch mein schrey-
ben zukommen, weil ich mich aber nicht anders
draus richten kan, allein dz ihr villeicht mei-
ner, dz schreyben so ihr bey solchem botten be-
kommen, als nemlich meinen Lakeyen, sehe ich
nach in besorge ob euch die vorige briefe
ewer schreiben, wie der brieff schreiben
des ersten dato, und euch mit diesen und den bo-
ten zukumfft worden sein, derwegen khe-
ren nicht, dz ewer schreiben werde mir angenä-
migkeit benehmen, fur die bericht mir
zugeschickt, thue ich mich bedancken, bin ihr
treuer hoffnunge der meinen lieben got, dz
wir einen gnedigen vater an ihm haben, da-
mit

mit der ankunfft des Cöstlichen Churfürsten in seine
landt ihn von göttlicher allmacht außersehen, dadurch
seiner kirche der ort, und unter dem schatten sei-
ner flügel gehandthabt, und sein gottlich werck des
frummen, Den ich nicht anders hör nennen weis
denn Davidis gesprengt, desgleichen den blu-
sucher, den ihr böss und unchristliches fürnemen, so
were es sein gottlich wille mir lere, und ehe
diss hier auch kempf gestört sei. Der ewige
gott erbarme sich unser alle und gebe seiner kirch-
en und allen bekennern friede. Für dz dir
geschickte büchlein von der newlehre thue ich
mich sonderlich bedancken, hab es mit treuem
fleiss gelesen, und bitt den lieben gott, dz viel
leute nach mit mehrern vleiss vorlesen und wol
verstehen, der christlichen lehre auch von allen
teylen gefolget werde amen. Wolte gott
diese und dergleichen lehren praeparatoria zuvor
gewesen, Von newen zeitungen finde hir nichs
allein dz zuvor wirklich, als nemlich von der
ankunfft des türcken, Gott erhalte und schütze
seine kirche und verleihe friede gnediglich. Mei-
ne liebe gevatter tochter ist etwz hart schwach,
hie aber gott wolle ihr geben dz dir seele
und leibe müglich, dz ich darneben sampt mei-
ner liebsten gemahl neben auch andern weitere
rathen, dienen oder helffen werden können
als die menschen, hoff ich zu gott, sol kein
Sparunge einiges fleisses erfunden werden
und ist bey uns allen dz höchste verlangen, dz
es

es bey euch in der gnade gottes ergehe, und wir von
euren glücke auch erfaren, die euer aller Wolfart,
befehle euch dem almechtigen Jhesu Christi euch in
euer gebet. Datum Kunspergk. Im 23 Fe-
bruarij Anno 1547.

Albrecht Marggraff
und Hertzogk.

Von Gottes gnaden, Johans Frie-
drich der mitler Hertzog zu Sach-
sen, Landtgraff zu Meissen.
Unsern gruß zuvor an, Hochgelarter lieber getreu-
er, Ihr wisset euch vor andern vernunfftiglich wol
zuberichten, des rechten verstandes, und Inhalts un-
serer wahren christlichen Religion der augspur-
gischen Confession, Apologia, und Schmalkaldischen
artickeln, und wz darinnen derer Kirch und ge-
meine gewesen, so sich zu solcher christlichen
Confession bekandt, und d die Secten, Corrupte-
len, so nach der Zeit von dem Osiandrischen ding-
ks, Interim, und andern eingeschlichen, und an
vielen Orten, mit ein sonderliche grosse ergern-
nuß eingerissen, sondern sich in dem furnemb-
sten Artickeln, die Justification cum particula
sola, dem hochwirdigen Sacrament des leibs
und bluts Christi, und andern belangenden, nicht
verglichen, oder mit der selbigen unser Confessi-
on ein sein, sondern viel lenger dawider fech-
ten und streitten, wie dan solchs in etlichen ger-
nen aus gegangen Schrifften ir selbst angeze-
gen,

gen, auch in sonderheit darinnen den Osiandrum im-
probirt habe. Nun werden wir aber glaublich bericht-
tet, das etliche Theologi, Brentius, vnd sein anhang, zu
Wormbs offendlich, auch ehe sie zu verhören wollen,
als solten solche angeregte Osiandrische vnd andere
Corruptelen der Augspurgischen Confession nicht ein-
gemeß oder derselben zuwider sein, da durch
sie dan vrsach solten nehmen wollen, solche sched-
liche Secten nicht allein zu improbiren, sondern auch
den vnseren ihre notbedrangende protestation fur
ihnen nicht zu verstattet, vnd darunter ihn das Collo-
quium welches, im wenigsten ihn ihrer macht nit stehet
zu verzerren, mit der vermessenheit, als ob sund-
te vnserer wahren Religion bey ihren affectio in Talae-
gehafften vnd brechten, darauß ihr klerlich zu
vernehmen, wohin einmals Brentij, vnd anderer
seines anhangs, gemuth gerichtet, das sie auch
auff den fall eines Synodi, die selbige ver-
fuhrische lehre, nit zu Improbiren, sondern viel
mehr zu defendiren, oder auffs wenigste also
zuuerschliessen gemeinet sein, damit dieser di-
thuns nicht am tag kommen, sondern weiter
heimlich zu schaden weiter gereitzen, auß ge-
breitet werden möcht, welches er dan sonder-
lich in dem beglaubigkeit das er in Seinem seiner
schreiben, an vnsern freundtlichen lieben öhmen
vnd schweger dem hertzog zu Preussen
außgangen, nit allein die wesendliche, verfuh-
rische, Osiandrische lehr nicht improbiret, sondern

auch

auch seine Lieb mit seinem rath darvon was getrew-
es gemeinten, vnd darüber in etzlichen artickeln, gegen
andern vnsern waren Religion verwandten gelerten,
vilmals gethan dafür, das sich der ander sein Colle-
ga offentlich vil haben vernehmen lassen. das wir
vnsers theils den tag nicht erleben solten. das des
Osiandri lehr solte verdammet werden, aus
denen, wie oben vermelt, Brentij, vnd der ander
affectionirter gemüet, zur höchsten ergernüß der
gantzen christlichen kirche, lauter vnd klar zu-
vernehmen, von wegen des irthumbs der war-
heit zu weichen, sondern zu seiner glori die
armen gewissen in solchen eingefürten irthumb
stecken zulassen, damit er der man befunden,
der niemals geirret, sondern allwege den rechten
weg gegangen hab, dieweil ihr aber mit vnser
augspurgischen christlichen Confession, vnd Apolo-
gia auch Schmalkaldischen artickel zum nennen,
der andern stende mit selben zu helffen, vnd
zulassen, auch von Gott dem Almechtigen mit
gaben gnedigklich versehen, das ihr vor andern allen
so dawider nichts furbringen, oder sonsten
zum nachteil der gemeinen kirchen, vermen-
teln, vnd verfinstern wollen, mit grosser treu
vnd mühe, zur abwendung derselbigen zuruck-
mogt, dagegen fechten vnd streiten kondt.
Als ermanen wir euch hiemit gantz gnedig-
lich, begerende, ihr wollet als ein diener des
göttlichen allein seligmachenden worts, zur
ge-

gewissen irrthumen, und itzt die frage in diesem Colloquio
gedrucken, damit solche corruptelen, und secten nicht
also verdruckt, sondern offentlich endtblöst, und
itzt entdeckt, und zu weiter ergernuß nicht
ursach gegeben, dieselben auch vermittelt gottlich,
er hulffe, und einen zu thuen, und weiter der,
Irrthumeglich desto nicht bekandt gemacht werde,
sich vor solchen schedlichen Irthumen habe zuhuten,
und vor zusehen, und in verleitung derselbigen
nit gegeben werde, die unsern abzufodern.
Dan die weil vor augen, daß sie itzt euch allein
und ewre hievor außgegangene schrifften, ein son-
der auffsehent hab, so wollen wir uns zu
Euch unzweivenlich, und gnediglich versehen, daß wer-
det Euren ernst nach sezen, und ungescheuet
menniglichs auch auff diesem colloquio ungeachtet geen-
tij, oder seiner affectionirter leute, die warheit
offentlich an tage bringen. Dan davor wollet
ir es gentzlich, und unzweivelich achten, daß in
diesem letzten zeiten uns mehr nichts erfrewen
solte, dan wan daß unsere Theologen mit Euch, und
Ihr hin wieder mit Ihnen als aus einem hant
und da es möglich, auch mit der Reinen lehr
verwandt, einig werdt, und also alle zweitren-
nungk, wie die vorfallen möchten, wie ein gleich
dem Hohsten verdammen, und wieder richten
werden, den massen bei weilandt Herrn de-
Hans Friedrich des Eltern Hertzogen zu Sachsen
Churfursten und Burggraffen zu Magdeburgk

unsers

vnsers gnedigen lieben herrn, vnd vatters, seligen,
vnd löblichen gedechtnus, regierungk zeitenn, vnd
geschehen, daran werdet ihr gott den almechtigen
zue gefallen handeln, auch hierdurch an vielen
ortenn grosse kreftige ergernus vnd secten, so von
der Augspurgischen Confession, durch solche trennung
ein geursacht, vnd aus gezogen verkommen. Wir
vns dan ein standthafftigkeit vnd christlich ge=
mut so ihr auff itzigen Colloquio, zur verdam=
nis der Corruptelen vnd secten, vorgewandt
sondern geruhmet worden, welches wir von euch
als dem vornembsten nit mit geringer freude
gehört, wollen vns zu Euch, gnediglich, vnd ein=
genislich versehen, ihr werdet Euch, es zur
erlangung reiner göttlicher lehr, vnd abwend=
ung der Ergernus dismals nicht abwenden, nach
streiten lassen, abermals gnediglich begerende ihr
wollet solche vnser Erinnerungk, die wir anders
nicht, dan aus sonderlichem christlichen Eifer zu
thun vor notwendigk erachtet, wolgemeint
vermercken, vnd sindt Euch mit gnaden vnd
gutem geneigt. Datum Weissenhein den
29 Septemb. Anno 1557.

Johans Friedrich der
mittler manu propria subscr.

Dem hochgelerten vnsern lieben getrewen
M. Ph. Melanthon itzundt zue Wormes.

Dem Durchleuchtigen hochgebornen.
Fursten, vnd Herrn herrn Johans Fri-
drichen dem Mitlern, Hertzog zu
Sachsen, Landtgraff in Düringen
vnd Marggraff zu meissen
meinem gnedigen Herrn.

Gottes gnade, durch seinen Eingebornen Sohn Jesum
Christum vnsern heilandt, vnd warhafftigen Hohe-
ster, der Jhme gewisslich ein Ewige kirche, durchs
Euangelium samlet, zuuor an, Durchleuchter
hochgeborner gnediger Furst, vnd Herr, E. F. G.
bitt ich in vndterthenigkeit, vnd vmb Gottes willen,
mein einfaltige antwordt, auff E. F. G. schrif-
ten gnediglich anzunehmen, vnd erstlich nach dem
ich nit zweifel E. F. G. der Ehrwirdige,
vnd hochgelerte Herr Doctor Erhart, vnd der
hochgelerte D. Victorinus, werden, als Christliche
verstendige menner, die warheit berichten, bitt
ich E. F. G. wolten dieselbigen von allen hand-
lungen alhier ordentlich hören, damit ich nicht
gedacht werde, ich wolte mir wz zur gute, et-
wz zum schein, vnd mit vngrundt anzeigen, zum
andern, ist war dz ich auch nichts liebers begehre
auff erden, dan dz die christliche Confession, vnd
die Chur, vnd Fursten vnd die andern Stend-
te, in Ewigkeit einig sein, Gott zu lob, vnd
gemeiner Christenheit zu gnaden, vnd zur
seligkeit, habe auch darinnen, so viel Gott ge-
geben hat, als ein armer bedruckter schuler,
gedienet, vnd wolte sehr gerne, dz alle Chur, vnd

Fursten

fürten, vndt daneben der Christlichen Confession, einen
Synodum gelten, darinne gründtliche Einigkeit, die-
ser Kirchen also gesaczt würde, daß sie allen Christlich-
en Herczen, in allen Landen tröstlich, vnd den nach-
komen ein gewiß Zeugnüß vnd Regel der Chri-
lichen Lehre sein möchte, dieses were nützlicher,
den Colloquia zuhalten mit den Bäpstischen, daß
habe auch vor dieser Zeit offt mein gedencken
angezeigt, als ich aber anher kommen bin, vnd E. F. G.
gesandte ihr befehl von der Condemnation vnserer
artickel, vnd Asseverationes gestellet sein, ists recht
sey, da nur zu sehen, daß viel mehr Person da
bey weren, vnd sonderlich der Jenigen, welche vor
andern verursacht sein, dem im Artickel von Sa-
crament nicht vornemlich auch der Papisten
grausame Idolatri, verdammet werden, darnach
auch Zwingli irthumb. Also hernach wehre
von mehr wichtigen Artickeln zureden, auch hab
ich mich erboten, waß mein Person belangt von den
Adiaphoris, daß warheit ist vnd mich belangt aller
mechtiglichen auch diese, so iczundt hier sindt, zu
stellen, ich weiß auch niemandt vnder vns al-
len, der die particulam, Sola, verworffen
hat, vnd bitet E. F. G. in vnderthenigkeit,
vnd vmb gottes willen, sie wolten nicht allein
schrifften Illyrici, vnd seines gleichen wider
mich glauben geben, dan auch E. F. G.
gesandter Doctor Basilius alhier den Pfalczischen,
vnd Wirtembergischen etlichen schrifften von
mir bey meiner ankunfft zugestelt hat, von

Osiandri

Osiandri sachen sindt meine schrifften im tage, die
ich hoffe vielen nützlich sein. Es ist auch Brentius
in der lehr mit vns allein einträchtig, hat aber ge=
sagt, er habe zu friede gerathen, dan er habe Osian
dri reden nicht also beschwerlich verstanden, als der
gegentheil, derhalben er seine person noch nicht zu
verdammen wuste, wie wol er in der lehr mit
vns einträchtig sei, wolte auch Osiandri person helff
en verdammen, so die anklagen wider ihnen be=
weisen wurden, von der proposition, von guten
wercken, hab ich klar geantwort, das ich ger=
ne mit E. F. G. gesandten, vnd andern einen
christlichen artickel wolt helffen stellen, dieses
alles werden E. F. G. mein gesandten berich=
ten. Als man aber das colloquium hat sollen
anfangen, ist baldt der streit vorgefallen, das E.
F. G. gesandten in protestation offentlich bei dem
gegentheil haben thun wollen, aber der Chur
vndt fursten gesandten rethe, haben bedencken
gehabt, es mochte den Kritlichen ein vrsach geben
dadurch das gantze colloquium zu verhindern, wie
nun solchs vorfelt, vndt ist dabey klar ange=
zeigt, vndt offentlich wiederholet, sie solten in
processum, in iedem artickel, wie wir alle schul
dig sindt, vnd dazu geschworen, ihr meinung nach
notturfft reden, vnd als dan, wurde man nicht
nudas condemnationes setzen, sondern auch erklerung
gantzer artickel, vnd asseuerationes, die vielen
Christen itzundt vnd hernach nutzlich sein wurde.
Diese meinung hat auch E. F. G. gesandten

etlich

erlich nicht misgefallen. aber als hernach die
listigen Papisten vff vnd fodrungen sie wolten
wissen, ob wir eintrechtig sindt, oder nicht, hab ich
in offendlicher audientia etlich mal klar gesagt
das durch gottes gnade, wir alle, die wir hie sindt
vnd alle pastores in kirchen der landt vnserer her-
ren, in der augspurgischen Confession eintrechtig
sindt, habe auch hernach vnder vns ein gemein
lere vnser eintrechtigkeit, gestellet, wie E. f. g.
gesandten selbst bedencken werden. aber sie sindt
darauff beharret, das sie die protestation hie thü-
en gedachten, wie wol nu daraus viel reden
mit ihnen durch aller Chur vnd fursten gesand-
ten gehalten, vnd in betrachtungk, das das collo-
quium möchte gehindert werden. so wissen sie auch
das sie vnuerhindert weren in processu hernach
in iedem artickel ihre meinung nach der leng
zusagen. vnd zum hochsten gebeten, sie wolten
nicht vrsach geben zum verhinderungk des col-
loquij etc. so sindt sie gleich wol zum herren
presidenten gegangen, vnd die Condemnation vber-
antwortet, vnd aus richtung gethan. Er wolte sie
nun zu lassen in protestatione in publica audien-
tia zu thuen etc. vnd wo sie weiter gesagt,
daruon kan ich nicht schreiben. Also hangen
nun die sachen bei den herren presidenten,
denn ich keine maß zusetzen habe. besorge mich,
dis colloquium sey durch diesen vnfall zer-
rüttet, vnd kan mir nicht auff gelegt werden,
das ich schuldig daran bin etc. Phil. Mel.

An Marggraff Georgen
zur Brandenburgk etc.

Durchleuchtiger Hochgeborner furst, gnedigster herr.
Euer f. g. sind mein arme willige dienst al-
zeit zuvorn bereitet, gnediger herr, E. f. g.
fraget, ob die Mes dahin keyne communicanten
sein, widerumb anzurichten sey, das volck damit in
die kirchen zubringen: Darauff ist das mein unter-
thenig antwort, das man solche Mes in keynem weg
wider anrichten soll, aus dieser ursach, die privat
Messen sindt derhalben abgethan, das man sie gehal-
ten hatt als werck dadurch andern vergebung der
sunden und ewigs leben und sonst allerley zu ver-
dienen: Nun wissen E. f. g. das dieser irthumb
zum hochsten der christlichen lehr und glauben ent-
gegen ist, und richtet offentlich abgotterey an, da-
mit man hofft durch dis werck der Mess se-
lig zu werden, und wendet also dieser falsche
wan das hertz von Christo auff dies werck da-
mit wirdt der glaub an Christum unterdruckt,
das das hertz sich nit kan trosten und nicht weis das
wir allein sollen vergebung der sunden suchen und er-
langen, das wir glauben, Gott wol uns umb Christi
willen one unser verdienst gnedig sein und solchen
glauben zubawen und stercken hatt Christus das Sa-
crament verordnet das wirs brauchen sollen, nit das
das werck an ihm selbst from mache, wie unsere wi-
dersacher von der Messe lehren sondern das wir
durch solche zeichen sollen vermanet werden den
glauben zu erwecken das uns Gott gnedig
sey

sey, uns fromm und gerecht geben und selig machen wolle
umb Christus willen ohn unser verdinst, So man nu die
priuat messen widerumb anrichten solt, so muste volg
en man widerumb darmit anrichten, würde ein werck
zur vertilgung des glaubens, und gegen gottesdinst wi-
der gottes befehl, dan das volck ist zur der Messe ge-
wehnet, ist auch aus solcher meynung dazur getrie-
ben, würde auch fürder in solcher falschen meynung
gesterckt, das die mess sey ein werck dadurch sie
sollen selig werden, damit werden sie gantz wied
von der rechten lehr der einigen glaubens und vom
derselbe abgewant. Derhalben wolle sich E. F. G.
nit mit bewegen lassen, die Mess wied auff
zurichten, dabey nit Communicanten sein. Das aber
das volck wenig zur kirchen kompt, ist wol zu
achten, das die Mess nicht dazur helffen würde,
das volck in die kirch zu treiben. Nur treuliche
predigt, soll da die leuter mehr zur kirchen bring
den die Mess, und ich achte es sey der prediger
schuldt ein teil, das das volck nit fleyssig ist, dann
das sie nicht nutzlich und treulich in ihren predig-
ten, vermahnen auch die leut nicht fleyssig zu
gottes wort, zur gottes dinst, zum Sacrament.
auch liess ich mir gefallen, das die obrigkeit ernst
lich daruff hilt, das das volck, sonderlich an feyr-
tagen zu der kirchen getrieben würde, und da-
bey auch die Jhenigen gestrafft, so in wirdtshäu-
sern der zeit begriffen würden so man in die
kirchen gehen solte. Das auch E. F. G. begeren
zu wissen, wie es alhie gehalten werde, thu ich
E. F. G. zu wissen, das man keine Mess halt
ter

ert da nit communicanten sindt, vnd sind hie zu Wit-
tenberg vnd vielen orten sonst am Feirtag allzeit
viel communicanten, vnd sonst die kirchen voll. vnd
werktagen predigt man vnd singen die Schüller er-
liche Psalmen vnd Litaneyen, vnd kommet ein zim-
lich anzall in die kirchen. Sonst auff dem Lande
befindet man, das das volck gemeiniglich fleissig
od[er] vnfleissig ist, darnach die predigt sindt. Ich
sende E. F. G. die Apologia newlich wieder
außgangen vnd gebessert, darin ich mit fleiss
die nutzlichsten handel als de Justificatione et paeni-
tentia vnd de Missa gehandelt habe; Bitt E.
F. G. wolle sie gnediglich annehmen, vnd be-
fehl mich E. F. G. vnterthaniglich. Gott be-
wahr E. F. G. allzeit. Dat. Witteberg
auff Exaltatione Crucis Ao. 1531.

E. F. G.

Vnterthaniger

Phil. Mel.

An Landgraff Philippen
Zu Hessen etc.
De illius Bigamia.

Gottes gnad durch vnsern Herrn Jesum Christum zu-
vor. Durchleuchtiger vnd hochgeborner gnediger
Herr Fürst vnd Herr. Nach dem E. F. G. vnd durch
den Herrn Bucerum etliche langwirige beschwerung
im gewissen vnd da bey ein bedencken angezeigt
mit begerung E. F. G. gnedigen schriefften:
Wiewol vnd in solcher eyll zu antworten zu

schwer

schwere ist, so haben wir doch D. Martinum ohn schri-
mit wollen reisen lassen vnd erstlich so sein wir von
hertzen erfrewet vnd dancken gott dz er E. F. G. wi-
derumb von kranckheit geholffen hat, vnd bitten er
wolle E. F. G. leib vnd seel zu seinem lob stercken:
Den wir E. F. G. sehen, die arme elende kirche
Christi ist klein vnd verlassen, vnd bedarff in der war-
heit frome Herren vnd Regenten, wie wir nit zweif-
feln, Gott werde etliche erhalten, ob gleich allerley
anfechtung vorfallen. Vnd auff die frage da-
von D. Martinus Bucerus mit vns geredt, ist erst-
lich vnser bedencken E. F. G. wissen vnd verstehen
dieß selbs, dz grosser vnterscheid ist ein gemein gesetz
zumachen, od in einem faal auß wichtigen vrsach-
en vnd doch noch gotlicher zulassung eine dispensati-
on zugebrauchen. Den wieder Gott gilt auch kein
dispensation: vnd wissen wir nicht zuraten, dz man
ein offentliche einfurung vnd also ein gesetz mache,
dz menniglich zugelassen, sey mehr den ein
weib zuhaben. Solte man nu etwas davon
drucken lassen, so konnen E. F. G. achten das
solchs vor ein gemein gesetz gehalten wurde, dar-
aus viel grosser beschwerung vnd ergernuß folgen
wurden: Deshalben solchs in keinen weg furzu-
nehmen, vnd bitten wir E. F. G. wolle dieses
selbs bedencken, wie schwer es sein wurde, so
einer dieses gesetz in deutscher Nation anfge-
bracht, daraus wol Heyraten ordnung zu-
besorgen. Dz aber dagegen mag gesagt werd-
en, was fur gott recht ist, sol durch aus zugelassen
sein, dieses hatt seiner maße, So es gott gebot-
ten, oder ein notig ding ist, so ists war. Aber so

es

200

er nicht geboten vnd nicht notig, sol man andere vmbstende
auch bedencken. Also erstlich hat gott die ehe also eingesetzt
dz allein zweyer personen geselschafft sein sol, dieweil
sie beyde leben vnd nicht mehr, dz will der spruch:
Es sollen zwey ein fleisch sein. Dises ist erstlich also
gehalten. Aber Lamech hat dz exempel ein gefurt
mehr weiber semptlichen zuhaben welchs von Ihm in
d schrifft gemeldet als ein einfurung wider die
erste Regel. Darnach ist bey den vnglaubigen ge-
brechlich worden bis dz abraham vnd seine nach-
kommen mehr weiber genommen, vnd ist war dz solchs
im gesetz Moisi nachgelassen wie d text spricht
Deut. 21 Si habuerit homo duas uxores &c. Die-
weil er aber dem ersten anfang vnd d schopfung
gemes ist dz ein man nicht mehr den ein weib ha-
be, ist solchs gesetz loblich vnd also in der kirchen ange-
nomen vnd ist nichts, dagegen ein ander gesetz zu-
machen od auffzurichten, den Christus diesen spruch
wiederholet: Et erunt duo in carnem unam Matth. 19.
Vnd erinnert vns wie die Ehe erstlichen von menschlich
schwachheit gewesen. Dz aber etwa in eynem faal ein
dispensation gebraucht wurde: Also dz etliche in frembd
der nation gefangen da gefreyet haben vnd wie-
der ledig werd vnd ihre weiber mitbracht [illegible]
so langwirige schwachheit vrsach geben, wen einer
weib aussetzig wurde, so in solchem fall d man
noch ein weib nehme, mit rath seines pastors, nit
ein gesetz ein zu fueren sonder seiner notturfft zu
rathen,

rathen, diß wir nicht zuverdammen. Dieweil dan nu
ein ander ding ist eingesetz einzufüren, und ein anders
ist ein dispensation zugebrauchen: so bitten wir unter-
theniglich E. F. G. wollen bedencken, Erstlich das in
allen wegen zuverhuten das dise sach nicht offent-
lich in die welt zubringen sey als ein gesetz dem
menniglich also zufolgen macht hette. Zum andern
dieweil es kein gesetz sein sol, sondern allein ein
dispensation, so wollen auch E. F. G. das ergernus
bedencken nemblichen das die feinde des Evangelij
schreyen werden, wir werden gleich den widerteuf-
fern die zugleich viel weiber genommen, dergl.
solche freyheit sie hetten und billichen die Evan-
gelische, die ehe zuzerreissen, weiber zunehmen
ihres gefallens. Item was die fursten thun,
wird viel weiter außgebreitet, dan was pri-
vat person thun. Item so auch privat personen
solch exempel horen, so wollen sie solchs in auch
zugelassen haben, wie man den sihet wie leicht-
lich ein ding ein reisset. Item E. F. G. ha-
ben einen wilden adel, deren viel wie in
andern landen von wegen des grossen genies die
sie aus den Thumstifften gehabt, dem Evangelio
heftig entgegen sindt, so wissen wir selbst
das von etlichen grossen Jungkern sehr unfreund-
liche reden gehort werden. Item welch geschrey
wurden die Papisten bey allen nation machen,
E. F. G. die durch gottes genadt sich einen

loblichen

loblichen nahmen haben und geruchtet sein, derhalben
durch belegnung. Dieweil dan so viel ergernuss zu-
sammen felt, bitten wir in unterthenigkeit E. F. G.
sie wolle dise sach woll bedencken. Es ist aber auch
war, das wir E. F. G. bitten und vermahnen hurerey
und Ehebruch zuvermeiden, wir haben auch grosse be-
kommernuss allzeit derhalben gehabt, das wir vernah-
men das E. F. G. also mit solcher unlust beladen, dar-
aus von gott straffe und gferligkeit folgen moch-
te, und bitten E. F. G. wolle solche laster aus-
ser d. Ehe nicht vor ein geringe sunde halten,
wie es die welt in wind schlegt: aber gott hat
solch unzucht greulich offt gestrafft wie von der Sund-
flut geschriben, und die straff Davidt und ande-
rer zeugen, und Paulus offt spricht, Gott lest sich
nit spotten, Ehebrecher und hurer werden nicht ind
Reich Gottes kommen. Denn dem glauben muss
ein gehorsam folgen, das man nicht wider das ge-
wissen handle und wider gottes gebott Joh 3.
wenn uns unser gewissen nit verdammet so mogen
wir gott frolich anrueffen. Rom 8. Wenn wir
fleisches begird todten werde durch den geist,
so werden wir leben: So wir aber nach dem
fleisch h. e. wider gewissen fortfaren, werd
wir sterben. Dieses erschrecken wir derhalben zu
bedencken, das gott mit solchen sunden nit schertzen
will, wie viel leute solche teufelische fantasey-
en haben. Wir haben auch vernommen das E. F. G.
so erstlich daruber klagt, und solche sunde beruhret.

So

beligen auch E. F. G. schwere sachen der gan-
tzen welt belangendt, zu dem das E. F. G. eyner
[illegible] und nicht starcken gesellen sein und nicht
vil schlaffen, das billich auch E. F. G. der leybs
verwarung desselben schonen solten, wie wol viel an-
derst thun mussen, und man liset vom Scanderbego,
das er in sonderheit sein kriegsvolck zur keuschheit
vermahnet und gesagt, das kein grosser schade sey
eynem streitigen Manne den unkeuschheit. Item
wenn schon E. F. G. noch ein weib [illegible] ge-
te, besorgen wir es wurde dennoch die böse ge-
wonheit sich noch regen, darumb wollen E. F. G.
in betrachtung aller dieser ursachen das regiment,
der andern sachen und leibs schwacheit, diese schar
wol bedencken. Wolle auch ansehen das got E. F. G.
schone junge herlein und frelin mit dieser gemahl
gegeben, und mit ihr vor gut haben, wie viel
andere mussen mit ihren gedult haben, ergernus
zuverhutten. Denn das wir E. F. G. zu eyner
beschwerlichen einfurung bewegen solten, ist unser
meynung gantz nicht, denn die Landschafft und
andere mochten uns derselben anfechten wollen.
So ist itzt sonst die welt in der wolle, das
man gern die schuld auff die predicanten
legt, so etwas beschwerlichs furfellt, und die herrn
selbst sind ursach, und ist allerley zu beschwerung

S. M. Noie omnium

Von gottes gnade Elisabeth geborn
aus Koniglichem stam Dennemarck,
Marggravin von Brandeburg witwe etc.

Vz wir aus mutterlicher trew im Herrn Christo
konnen, zuvor etc. Hochgeborner freundlich hertz
geliebter Herr Sohn. E. L. zukunfft zu landen
und leuten seind wir von hertzen hoch erfrewet
und wollen E. L. nit verhalten, wir ein gemein
geruchte allenthalben gehoret, als wolt E. L. ewrlich
Bruder unsern gnedigen Herrn Kay. Mt. zu
fuhren, damit die bekriegt wurden die E. L.
als fast die nehisten mit blut freundtschafft verwand
und gottes wort bis anhero ehrenlich gehuldt und
gehand habt, das gott lob dadurch gottes Reich und
Jesu Christi seines Sohns so weit als der deutsche
nation ausgebreitet und erweitert worden.
Und wen solchs war were, als wir nit hoffen
kond und kein grosser betrubnus in der welt
auch schmertzen in unser hertzen fursallen und be
gegnen, erstlich derhalben das uns E. L. offtmals
zugesagt und geredt wird das gottliche wort
nimmermehr zuverfolgen. Zum andern wird das E. L.
zum ewigen verdamnis bringt und der Seelen gereich
en und kommen, zum drietten zu ewig
nachteil unser ehr und geruchte. Darnach
werden E. L. schuldig werden frembdes blut
so vergossen und der christen lieben Kirchen die
mit gottes wort so wol gepflantzt und der hei
ligen Erbarkeit so aufgerichtet, und der Jungfra
wen

wern vnd frauwen, jung vnd alt, darzů d lie-
bē jugend vnd schůlen vnd verstörung d wüsten
greuel vnd abgötterey im Bapstumb, die wird auf-
gericht werden. Dz wird E. L. als ein vrsach die-
ses alls, so wirt bey vns betrachtern solt E. L. ein
vrsach sein, wie man sagt, welichs wir doch nit kön-
nen glauben vnd wolten viel lieber todt sein, den
dz wir solchs vnterstehen mit warheit reden sol-
ten, den wo kondt doch treulicher sein vnd zů-
hören den dz d, der vnter vnsern hertzen ge-
legen, gott werd erkand vnd angenommen sey,
vnd ein hellffer, verfolger, vertilger sein solte de-
ren, so solcht auf gottes gnade haben, darumb
wir doch in gefahr gesetzt alles das wir gehabt ha-
ben, vnd sunderlich denen zů wiederfaren die vns
in iren landen treulich schutz vnd gůtt be-
weist. Bitten derhalben E. L. sie wolten sich ei-
nes andern bedencken vnd nicht vmb zeitlicher Ehr
vnd güter willen, solche Ehr leib vnd gůt, vnd al-
les in E. L. hant in gefahr setzen. Den es auch
vnuergessen ist, wo die kugel vmbleufft, sie kan
als bald fehlen als treffen, vnd ehe sie einen
[illegible], so möcht E. L. die Ebentheuer dar-
über aufsehen. Wollen wir d wegen E. L.
mütterlich gewarnet haben, damit E. L. gottes
Ehre vnd nicht der welt betracht, vnd mögli-
vnd sich in solch grausame sachen nicht einlassen.
Bitten auch E. L. wollen vns verstendigen was wir
vns derhalben zů E. L. versehen sollen, vnd wündsch-
en E. L. den h. geist der E. L. regiren wolle,

dz

dz sie nicht mehr gedencke noch thue, den wz dur gottes ehr vnd leben christi seines worts, vnd dur gemeynen fried dr gantzen teutschen nation gereiche vnd bekomen mage. Datum Osiandars aust dem schloss am tag Visitationis Mariae A° 1546.

Ahn Marggraffen Hansen zue Cüstrin etc.

An Hertzog Christoffen zue Wirtenberg etc.

De controuersia Osiandri.

Gottes gnad durch seinen eingebornen sohn Jesum Christum vnsern Heyland vnd warhafftigen gelerter zue vor an Durchleuchtiger Hochgeborner gnediger fürst vnd Herr. Eurer F. G. christlich vnd gnedige schrifft hab ich in vnterthenigkeit empfangen vnd gelesen, vnd dabey des Ehrwirdigen Herrn Predicanten declaratio vnd Confessio: ob ich sie recht achte vnd gleich lautende mit der lehr die durch gottes gnaden in gemein in den kirchen dieser lande welche die augsp. Confession anhangen gepredigt wird: Darauff ist diss mein einfeltige klare antwort in vnterthenigkeit. Erstlich von der Conciliation ist nur zue spat zuereden, den nach dem sie in preussen kommen ist, hat sie der Osiandri anhang nicht als eine vergleichunge, sondern als ein Condemnation der andern teyls gedeutet, vnd sind edicta gefolgt, darin diesen dz land verbotten wird die der Osiandri meinung anfechten. So ist offentlich dz Osiander viel vrsachen eingemengt

hat

hatt die unrecht seyen. Ob se er schreibet im buch
wider mich, die sünd seindt vergeben do d(er) herr Christ
am Creutz gestorben ist, aber hernach erlangen die glau-
bigen justitiam essentialem. Ist nur schlecht seine mei-
nung gewest wie die wort lauten so ists schrecklich
zuhören, gleich als wehren Neroni die sünde vergeben,
aber er wird verdampt, d(as) er nicht justitiam essentia-
lem habe. Darumb wolt ich lieber die Conciliation
weder nit vorgenomen. Zum andern von d(er) Decla-
ration die zu Tübingen auf den 30 Januarij 1558
gestellet ist, und von d(er) beygelegten Confession welch(e)
anfang ist, Wir glauben, bekennen und lehren etc.
sag ich klar, d(as) die ersten schrifften recht sind und
gleichlautende mit der lehr die in unsern kirchen
gepredigt wirdt; aber von wegen d(er) kurtz mocht
villeicht iemandt noch lengern bericht begeren.
Die weil aber dem ende angehengt ist, d(as) sie in die-
sen und andern Artickeln Lutheri lehr folgen, sol-
ten billich damit gesettigt sein, die in unsern kirch-
en predig od(er) schreiben. So kenne ich den Ehr-
würdigen herrn Jo. Brentium und viel der an-
dern die auch unterschrieben, und weis d(as) sie geler-
te, gottfurchtige und friedliebende Menner
sein: habe derhalben nie d(er)gleichen gehalten d(as) sie
keine widerwertige meinung hetten wider unser
kirchen, wo ich auch vernemen kan unfreundt-
liche schrifften wider sie, wie ich fleiß thue,
d(as) ihrer wie billich verschonet werde. Dieses
ist mein unterthenige und einfeltige antwort

auff

auff E. F. G. frage. Was aber den streitt Osi-
andri an sich selbst belangdt, acht ich nicht das E. F. G.
frage weiterr von mir bericht begheren. Es sind viel
sachen aber das hauptstreyt ist, das Osiander diese
notige lehr verdunckel vnd tilget, das, ob gleich die wie-
dergeburt geschehen muss, vnd in den bekerten geschehen
gen ist. gleichwoll ist der widergeborne fur vnd
fur gerecht das ist gott gefellig von wegen des
mittlers Christi, gott vnd menschen durch glauben,
vnd ist der gehorsam Christi viel hoher zu achten,
den die newe wirckung in vns. Dagegen sagt
Osiander: der mensch sey gerecht vmb der essential
Justitia vnd macht ein definition: Justitia heist das vns
recht macht thun. das sind verfurliche Rede, vnd so jemandt
gedencken soll Er sey gerecht den er thue dinge
recht, wirdt der trost auss den augen weg genom-
men vnd der mittler verdunckelt. dauon ist in die-
sem buch auch erinnerung, das ich E. F. G. vnter-
theinig hiemit zusende vnd mag darüber E. F. G.
als ein gelehrtem christlichen vnd hochverstendigen
Furst vnd E. F. G. theologen weitter leiden:
den mein gemuet ist nicht zanck zuerregen
sondern hab trewlich rechte einhellige erklerung
gesucht. Der almechtige sohn gottes J. C. der
im ein warhafftige ewige kirchen im menschli-
chen geschlecht samlet, wolle E. F. G. gnediglich
vnd ihr herschafft gnedig bewahren vnd re-
giren, zum heil der warhafftig kirchen. Datum
18 Martij 1553. E. F. G.

vnterthaniger

Ph. Mel.

An Marggraff Joachim zu
Brandeburg etc. Churfursten etc.

Gottes gnad durch seinen eingebornen Sohn Jhesum
Christum unsern Heyland zuvorn Durchleuchtigster
Hochgeborner Churfurst gnedigster Herr Eur Churf.
G. danck ich in unterthenigkeit, das sie sich so genedig-
lich gegen mir hatt vernehmen lassen, so ich aus Wit-
temberg weg ziehen wurde. Nun wolt ich meyne
wolfart nicht achten, so man uns alhie dulden kon-
de: aber wie es gehet, das werden E. Ch. G.
durch andere bericht. Ach dieser krieg ist ein groser
Jammer, und wirdt nicht einigkeit in der Religion,
sondern viel groser verwustung bringen; das Gott
genediglich wehren wolle. Es wird kein teil aus-
richten das sie gedencken. Darumb ich vetlich auch
und noch ein hertzlich betrubnus dessalben gehabt
und habe. Der allmechtig gott wolle genediglich
die straff lindern, und E. Churf. G. allzeit be-
wharen. Datum Wittemberg 29 Octobr 1546.

E. Ch. G.

Untertheniger Diener

P. M.

AD EUNDEM.

Gottes gnade durch seinen eingebornen Sohn
Jhesum Christum unsern Heiland und warhafftigen
helffer zu vor Durchleuchtigster Hochgeborner
gnedigster Churf. und Herr E. Churf. G. schrifft
hab ich zu Torga entpfangen aus den andern
tag octob: da ich auch gleich ein schrifft von

Hall

nach zu Augspurg empfangen, welcher Copia ich E.
C. f. G. hiemit ubersende. Nu, E. ch. G. ohn zweifel
gern vernemen werden, das Kay: Mt. gnediglich ge-
williget, das die kirchen zu Augspurg christlich be-
stellet werden. Nu fordert die notturfft das ich
mich zu Leipzig mit dem Erwirdigen Herrn Sar-
cerio von etlichen personen unterrede, darumb ich zu
dieser zeit auf den ernanten tag zu Berlin nit
ankomen kan. Weiter bit ich auch E. ch. G. wollen
gnediglich bedencken wie ferlich dieses sein wird
das beyde D. Stancarus und D. Musculus gegen ein-
ander gehort werden, und zubesorgen, wie nur offt
in solchen Colloquiis geschehen, das grosser unruhe daraus
erfolge, und achte viel nutzlicher das man keinen vor
beschreib mache, denn eynigkeit ist nicht zuerhalten,
zwischen ihnen, sondern das E. ch. G. selb als ein
hochlöblicher christlicher Churf. D. selbst ein christlich
lehr einen hohen verstand hat, Ob ider schrifften
erwegen wollen, wollen auch darnach etlicher anderer
als des ehrbarn und gel. hochgelerten herrn D.
Hieronimi, als eines alten weisen christlichen Man-
nes und anderer verstendig und alten bedencken
anhören. Und solt E. ch. G. dieselbigen schrifften
dem Erwirdigen Herrn D. Pomerano zuschicken,
wollen wir sie mit fleiss erwegen, und unser christ-
lich antwort darauf stellen. Denn zu dieser zeit
kan D. Pomeranus dieweil die lufft zu Wittemberg
unrein ist, nicht zu E. ch. G. reisen. Wo aber
E. ch. G. gleichwol begehren werden, das ich zu
E. ch. G. selbst komen wolle, will ich dem unter-

thenigkeit

thenigkait gehorsam sein, Aber diess alles, wie wol
ich noch nicht weiss was von D. Stancarus und D. Mus-
culo streiten, so hab ich doch vor dieser zeit in D Stan-
cari buch diese proposition gelesen die er will schutzen,
Der Herr Christus sei mitler allein nach der menschheit,
wo nun dauon allein der streit ist, so wil ich E. Ch.
G. itzundt unterthenigklich berichten das dieselbe pro-
position unrecht, und in keinem weg zu billigen ist.
Denn der Herr Christus ist und bleibet mitler nach
beiden naturen, Denn zu des mitlers eigenschafft
gehort nicht allein das leiden, sondern auch der sieg und
die verbitt dadurch der Herr Christus in der gottlich-
en Maiestet heimlichen Rath gehet, ist der hohe
priester, schutt den gottlichen grossen zorn wider
die sunde, und bittet fur uns alle. Dieses sind
proprietates der gottlichen natur. Und ist clar das
sagt von der gottlichen natur quod propter nos homines
et propter nostram salutem descendit de caelo. Item
exinanivit se. und ist dauon viel zureden, so wir
erklerung thun sollen. Diss hab ich der zeit E.
Ch. G. in unterthenigkeit anzuzeigen bedacht, und
ist eigentlich die warheit, das ich durch den Augs-
purgischen botten verhindert werde, itzundt zu
erscheinen, und bitte E. Ch. G. wol dran kein
ungnedigs misfallen haben. Der sohn gottes
Jhesus Christus wolle E. Ch. G. gnediglich sterken
und bewahren allezeit. Datum 3 Octob. 1552 zu
Torgaw

E. Ch. G.

unterthenig diener

P. M.

AD EVNDEM

Gottes gnade durch seinen einigen geborn Sohn Jesum
Christum unsern Heiland zuuor. Durchleuchtigster hoch-
geborner gnediger h. und herr. Ich hab nit vergessen
zu bitten und seufftzen, dem ewigen Gott und vater
unsers Heylandts Jesu Christi vil seiner gleidmassen
Christi fur E. F. G. und dz Christliche volck, so zur
erretung der kirchen und d Regiment ehr, frid
und leben aus christlicher threue furtragen gezogen,
Zu disem ermanen thue ich warlich auch mein teg-
lich gebett, den ich nicht allein auss den historien
sonder auch aus gottlicher schrifft vil bericht habe,
wo die arme Christenheit, welche warhafftig ist gottes
volck, allerley zu sorgen, Ich weiss dz E. F. G.
als d ein hohen und christlich stand hat selbst
verlehre aus welchem grundt trost zu suchen:
Drumb ich zu dieser Eil desto kurtzer schreib, Es ist
gantz gewiss dz die Turcken, vornemlich solchen
verfolgung od schmach des nahmens Christi, dar-
umb ist gottes befehl ihme zu wehren, und ob
wir gleich in solchem krieg unser straff auch trag
mussen, so wissen wir doch dz wir in gottes
gnaden seindt, darumb siegt und dennoch gott
dz auss diese letzte zeit vor uns stezieren wer-
de, der grosse kriegsman, der Sohn gottes,
wie Daniel meldet, und wie ich alle umstende
ansehe, so ist es diese zeit, davon Daniel re-
det. Er sagt auch es sol durch ein kleines volck
geschehen. Von diesem und dergleichen spruchen
acht ich haben E. F. G. selb iezund vil gedanck-
en,

en, besten trost und nimer werd die Teufelische, grau-
same und unzüchtige Turckische nation durchschaffen, des
zweyffel auch nicht, ewere predicanten werden dieses
fleyssig allem fromen kriegsvolck einbilden. Der ewige
Gott und Vater unsers Heil. Jesu Christi gebe E. f. G.
und dem kriegsvolck guten rath, stercke, und sieg.
Dieses will ich bitten zur allerzeit, wie auch Ewerer
meinen leib und leben wider die Turcken zuwagen,
wie wir warlich allesampt zu dieser zeitung
gantz durchaus schuldig sein. Der ewige Gott
bewahre E. f. G. allzeit. Datum Witteberg
am tag der auffart Christi gen himmel: der sieg
der den Teufel und Turcken triumphirt hat,
der wol auch itzund E. f. G. gnedigen sieg
geben. Amen.

E. f. G.

Untertheniger

J. M.

AD ELECTOREM

Gottes gnade durch unsern herren Jesum Christum
zuvor. Durchleuchtigster hochgeborner gnedigster
Churf. und Herr, wiewol E. c. f. G. itz erfaren
mancherley zwang und anfechtung von wegen des
heiligen Evangelij haben, so wissen doch E. c. f. G.
aus Gottes wort diesen hohen trost, den unser
Herr Christus mit E. c. f. G. als seinem christlichen
glied sein wil, wie er spricht: Non relinquam vos
orph.

eph. Wir sind seyne wayssen, bey denen und in denen er seyne macht und gegenwertigkeit erzeygen will wider den teuffel, wie Johannes spricht: Christus venit ut destruat opera diaboli. Dieses kan man im sanfften leben nicht lernen od glauben, Nun muß es doch mit glauben gelernet werden, sollen wir Christen sein und von diesem hohen ritterlichen kampff wissen die wir dersacher wenig die viel von ihren wercken rhümen. Zum andern wie trostlich ist das E. G. nicht auff dersch andern seyten bey den verfolgern stehet die unserm herrn Christo seyne gliedmassen mit unrecht ermorden, und ist nicht zweyffel dieselbe wüterey wird ein greulich end nehmen. Zum dritten ist gantz offentlich und unleugbar, das viel Christliche lehr in unser kirchen durch gottes gnad geoffenbart, dafür man gott danckbarlich schuldig ist, so will er auch ihme damit gedienet habe, das man seyne lehr außbreite, die recht anruffe, und falsche abgottische cultus abthue wie Christus spricht Joh. 15. Damit wirdt d vater geehret, so ihr viel frucht bringet und mein jünger werdet. Item Joh. 12. Qui spernit me et non accipit verba mea. etc. q iudicet eum. Das aber die grosse potentaten sich dagegen setzen, davon sindt wir zuvor gewarnet das in der kirchen ein streit sein werde, das rechte lehr verfolgen und die heiligen ermorden werde, wie Daniel klar an zeiget Nun ist kein anders in d kirchen den

der

der Bapst vnd seyne glidmas. Dieweile vns dan gott zu
vor gewarnet, sollen wir vns ihr vrtheil nicht erschrecken
lassen. Man sihet auch daß die feinde Christi gelender vnd
heidnisch seyndt vnd nach keyner reformation gedencken,
spotten aller frommen wolgemeinten mittel, welch ich
fleyssig erfaren, darumb verzweyffel ich gantz nicht,
vnser herr Christus werde vns als seyne warhafftige
kirche erhalten, ob gleich straff kommen werd
die verluste mit nehmen. Vnser herr gott stercke
vnd tröste E. C. F. G. vnd bewar sie vor des teuffels grim
vnd tücken vnd vor aller tyrannei, den warlich
wir streiten nit allein mit fleisch vnd blute, dar=
umb wol sich vnser herr Christus bey E. Ch. G.
erzeigen als ein fromer heyland widder den teuffel.
Von den andern artickeln werden die gesandten
E. Ch. G. andeuten. Des herrn Doctorn Martini be=
dencken, so auch E. C. G. solchs zuschreibs
bevragt. Das heilige Sacrament zu den kranck
en zutragen, das vor in der kirchen Consecrirt ist
mir nicht entgegen, den solchs Sacrament ist
geordnet zur eingesatzten gebrauch. Ich weiß aber
nit wie sich schicken wil, mit beiden gestalt zu=
tragen. Aber die procession zuhalten mit der
vmbtragung, gefelt mir nicht, halt auch nicht das
sie Wicelio gefalle, Sacra sunt in instituto ut Sacra=
menta. Den so man wasser auß den tauffstein
nehme vnd truge es vmb zu seyner ehrerbie=
tung, were es vnrecht vnd wehre kein von der
tauffe. Also in dieser pompa scheidt viel sterke

von

contra institutionem etc. ist eben neu ding, durch die
Monch aufbracht, und fuhret im der Bapst eben
diese gestalt fur wie die konige in Persia ehr aufs
thun zu pferd das heylige feur liessen vor sich furen,
damit sich die konige neben ihrem abgot ange-
betet wurden, dieses ist mein unterthenig be-
dencken. Unser Herr Christus bewahre E. f. g. allzeit
Datum Witeberg Freitag nach Andree 1539

Unterthenigster diener
Ph. M.

Dem erbarn und weisen Hieronimo
Krappe zu Witteberg, meinem freund-
lichen lieben Schwager und guten freundt.

Gottes gnade durch sein eingebornen Sohn Jesum Christum
unsern Heyland zuvor. Erbar weiser Herr Burgermeis-
ter und lieber Schwager, ich kan wol achten, das euch in
diesem gemeinen elend und grossem unaussprechlichen
Jammer, euer betrubnus des bruders gros und schwer
gewesen, nun viel groser und schwerer worden ist von
wegen des todes eurer lieben tochter Anna, des acht-
barn und hochgelerten Herrn Augustinus Schurfs tu-
gendsame hausfraw seliger gedechtnus, welche euch
und eurer tugendsamen hausfrawen, und der grosmut-
ter, und des Herrn Doctoris betrubnus mir hertz-
lich leyd ist. Es sollen aber christliche lehr und trost
bey uns nicht vergebliche reden geachtet werden, son-
der wir sollen daraus in unseren hertzen warhafftig
lebendigen trost und linderung unser betrubnus em-
pfinden,

pfinden, darumb wollet euch mit gottes verheissung
stercken, dz er gesprochen hatt, er woll vns in dem creu-
tz erhoren vnd vnser Elend in diesem leben lindern,
vnd nach diesem leben ewige freude geben. Wiewol
nun menschliche vernunfft vnd weisheit hart wider dise
trost streitet, besonder wan zu viel Elendts auff ey-
nen haufen kompt; so sollen wir dannoch vns also
stercken, dieweil vns gott gebotten hatt seine verheis-
ung anzunehmen, so sollen wir vns darauff verlassen,
wir werden auch hulff vnd linderung erlangen, ob es gleich
nit alles gehet wie wir bey vns abgemessen haben
vnd wie wir es gern sehen wolten. Ein solch erfahr-
ung erwirbt man nicht one glaub vnd anruffung
ist, vnd ist darumb so viel elendts auff diese
schwache menschliche natur gelegt, dz wir Gottes
anruffung vnd glauben vnd hoffnung des ewigen
lebens dardurch lernen vnd kommet diese erfah-
rung besonder nur gottes volck, als aber Abel,
Jacob, Job, David. Weiter muß ich diese erin-
nerung anhengen, die mich offt getrostet hatt. Wan
ihr an eur liebe tochter gedenckt vnd fület die
Veterliche zuneigung vnd liebe im hertzen, so wis-
set drauß: diesen funcken hatt gott in vnsere
hertzen gepflantzt, dz wir dardurch erinnert
werden, dz er seinen sohn vnd vns also auch war-
hafftiglich vnd empfindlich liebe habe, vnd dieweil
dieses gewißlich also ist, so wil gott vnser nit vergess-
en, Er wird sich vnsers elendts annehmen, vnd
vns helffen vnd die straff lindern: dieses sind
die

die rechten hohen und besondern gottesdienst, also glau-
ben und anrufung üben und bey Gott trost suchen und
gewarten, derselbe warhaftige almechtige Gott vater unsers
heylandts Jesu Christi, der genant ist ein vatter des
trosts und der barmhertzigkeit, der wolle euch alle
trosten, und alles elend lindern. Amen Datum 15
Julij. 1547. Northausen. Wollet dem Erwirdigen
Herrn Pastori, und M Paulo und der gross mutter
sagen, das ich ihnen allen von hertzen wundsche, das
sie Gott genediglich bewahren wolle, und ihnen sterck
und trost, fried und andere guetter geben. Die
Herrn bruder, Doctoris Sebaldi Söne hat ich gen
Normberg gesandt, zuvor ehe der keiser dahin
gezogen ist. Vom kayser weiss ich ietzt nichts neu-
liches, dan das er gewest acht tage, an Samatabendt
den 9 Julij noch in Nurnberg gewesen, und haben
seine kriegsleut der weint auf dem land grossen
schaden gethan, viel dorffer ausbrandt. Christoffel
Pfintzing ist erstochen worden, von einem Spanier
und etlich mehr. Die gefangene beide Fursten
sind nicht in Nurnberg gebracht worden, sondern
hinuber gegen Schwabach gefurt, damit nicht
ein gross zulauff in Nurnberg wurde, so sie
das volck zu sehen wolten. Gott bewahr euch
Datum ut supra.

C. M.

Der Erbarn Tugentsamen frawen
N. N. Herrn Hans Mellings zu
Hall Witfraw.

Gottes gnad, durch sein eingebornen sohn Jesum Chri-
stum vnsern heilandt vnd warhafftigen helffer zuuor.
Erbare tugentsame fraw. Eur grosse betrubnus hab
ich mit schmertzen vernommen, vnd bitt den warhafftigen
vnd almechtigen sohn gottes Jesum Christum, der ge-
sprochen hat: kombt zu mir alle geengstigt, der
euch woll gnediglich stercken vnd linderung ewer
traurigkeit geben. Nun wisset Ir auch aus christ-
lichem verstand, das gottes will ist, das wir der trau-
rigkeit widerstreben, vnd dem leiden williglich vn-
licher maßen Got gehorsam sind, mit seiner hulff,
vnd an ewige freude gedencken. Zu diesem sollen
vns dienen die exempel der hochbetrub-
ten heiligen Personen Heua vnd Maria vnd vi-
ler andern: wie nu dieselben der traurigkeit wider-
strebet haben, vnd ihr hertzen haben in anschawung
des ewigen lebens zu fried geben: also wollet
auch gedencken, das Ihr bald euren lieben haus-
wirdt vnd ewre liebe kinder in ewigen freuden
bey gott sehen, vnd bey ihnen frolich leben werdet.
Wir mussen doch dieses itzigen lebens vergessen
vnd das ewige anschawen, vnd vns dazu mit gottes
gnad vnd hulff bereiten, vnd die grosse vngewitter
in diesem leben, vber vns lassen ergehen, vnd die-
weil sterckung bey gott suchen vnd also anruffung
vnd gehorsam vben. Dieses kan man auch nit
lernen, dan allein in solcher erfarung, wie der
prophet Esaias spricht, die trubsal ist die einige leh-
rer die dich vnterweiset zu gott zu schreyen,
vnd

vnd spricht Esaias erzitter Gott wolle geneißlich
in den betrübten Hertzen, die ihnen anruffen woh-
nen. Durch diese vnd dergleichen sprüche wollet
Ir ewer Hertz stercken vnd zur anrueffung erweck-
en. Der son gottes Jesus Christus wolle euch sterck-
en vnd trosten. Datu 15 Januarij 1553

L. M.

Dem Erbarn vnd Vornhemen
Alexandro Voit Churf. Cantzleier
zu Berlin meinem gunstigen vnd
guten freundt

Gottes gnad, durch seinen eingebornen Sohn Jesum
Christum vnsern Heiland vnd warhafftigen Helffer
zuuor. Erbar gunstiger freund, Eure Erbarkeit
weiß aus Christlichem verstand, das wir menschen nit
allein zu diesem kurtzen, schwachen, Elenden, zeit-
lichen leben erschaffen sein, sondern zur ewiger
erziehung bey gott, das wir seiner weisheit vnd
freuden volkomlich teilhafftig werden, das auch die
zeit dieses kurtzen lebens ent von im bestimbt ist,
wie in Job 14 geschrieben ist vnd der Herr Christus
spricht, das auch die vogel ohn gottes wille nit ster-
ben, so weiß auch E. E. das gottes will ist, das
wir ihm in leben vnd sterben gehorsam sein sollen.
Nun hat gott euren lieben Sohn Thoman Voit
aus diesem sterblichen leben gnediglich in Christ-
licher bekantnus, gottlichem trost, vnd in frolicher
anrueffung vnd hoffnung, in die ewige allerfro-
lichste versamlung der Ihren, vnd in die schönste

An

Vniuersitet des herren Christi, der engel vnd Prophe-
ten vnd anderer Heiligen, dahin wir vns selbst hertz-
lich sehnen erfordert. Dieweil denn gott bißher gewiß-
lich also verordnet hatt, nemblich das vns vnser selb vnd
der vnsern kranckheiten vnfal vnd sterben sol schmertz-
en bringen. Doch also, das wir die betrübnuß messigen
vnd an gots trost suchen so wollet Gotts willen ge-
horsam sein, wollet auch euren schaden nit grosser
achten denn gotts gnade, dafür wir dancken sollen.
Der euers sohns abschieden ist sehr christlich vnd
andern trostlich gewesen, vnd ist ohn zweiffel der
eingang in ewige seligkeit gewesen, laut der
warhafftigen spruch: Selig sind die in gott ge-
storben sein, vnd ist euers sohns studium wol angewandt
das er zu gottes erkantnus vnd anruffung, vnd zu
einem guten ende gericht hatt. Was kan auch
dem menschen bessers widerfaren, denn ein solch
gnedig vnd christlich ende. Mit solchen warhaff-
tigen vrsachen, die gott geoffenbaret hatt, wollet
euch vnd die thugendsame mutter trosten, vnd den
schmertzen mit gottes gnade vberwinden, vnd
euch vnd die euern gott befehlen, Es ist eine
alte kranckheit in eurem sohne lang gewesen,
die er lang getragen hatt, vnd hette ihnen sehr
geschwecht, so er lenger gleich gelebt hette. Auch
ist mit wartung vnd ertzney guter fleiß ge-
schehen. Der almechtige gott erschaffer aller
creaturen der ewiglich vnd ewigs leben gibt, woll
euch vnd die thugendsame mutter trosten vnd euch
den euern alles guts geben. Datum 15 Decemb. 1555.

Ph. M.

Ich weiß wol dz man in vielen sachen pro et contra
disputirn kan, vnd darnach die leute geneigter sein, oder wie
die leute sein, also sleußt man, vnd sucht wie man dasselb
er groß vnd heftig macht. Ich wil aber einfeltiglich meine
meynung sagen, die ich warhafftig vnd vngefelt achte. Zwisch
en der huldung vnd bekentnus ist vnterschied als zwisch
en gefengnus vnd jungfrawschafft, dz die jungfraw
gefangen ist, daran hat sie nicht schuld od sunde. Wen
sie aber hernach williget in d kriger brauch, daran
thut sie sunde. Also in diesem fal wen der keyser
od ein ander herr, ob er gleich vnrecht sache hette,
einen armen flecken vberfelt, da ein jeder vernunf
tiger richten kan, dz die gegenwehr vergeblich ist, so
thun die leute recht, dz sie den keyser annehmen
vnd thun jm die huldunge, denn diese huldung ist ein
weltlich gezwungene zusage zur knechtschafft dadurch
die leute vnder zeitlichem elend dz geringste elend
an ihr sunde welen, als wen ein kriegsman ey
nen andern gefangen hat, wil dieser nit erstochen
sein, so mag er sich gefangen geben, wie kriegs gewon
heit ist, od so ein strassenreuber einem auff der strasse
dz geld nimbt, diesen schaden zu leyden ist besser, den
dz leben verlieren, vnd williget hiemit nicht d brauch
te du der reuberei vnrecht. Als eine weltliche ge
zwungene zusag ist die huldung, als wen ein jung
fraw mit gewalt gefangen ist, so ist sie in frawen
der gewalt. Weyter aber die bekentnus ist ein
ander werck. So der keyser hernach spricht Du
solst die abtische lehr nit straffen, solt fortan die
heyligen anruffen, solst messe halten lassen: hie

ist

ist nott zuerkennen was recht, et gelde d leben od vortragen, wie zuvor von d Jungfraw gesagt ist. Zur schande sol sie nicht willigen, und ist in diesem unter,
schied auch dieses zue mercken. Wer bekennen wil der
sol vor sich bekennen und nicht andere in gefehrligkeit
setzen, aber die duldung ist ein gemein werck. Wen
gleich due so gros muetig werest, und wollest eiber
setzen den Hulden: so sind doch die andern nicht
so grosmuettig. Da Nabugdonosor die Juden weg
fuhrte, waren sie gefangene leute, und mußten un,
terthan sein: aber hernach haben Daniel und
andere gleichwol den gotzen nit anruffen wollen.
Wer sich aber vor solcher gewald auffhalten kan, wie
Esaias den Sennacharib weg triebe, d ist besser,
und ist eine grosse gabe gottes, wz aber d gebett
belangdt ist casus confessionis. wir halten unsern
Herr gesetze unrecht, und beten, vor sie, d sollen
wir noch so forthin thun.

G. M.

AD MORUM PASTOREM
Ecclae Naumburgensis.

S. D. Cum epistola tua in concessu legeretur, magno cum do,
lore tot senum gravissimorum virorum et aliorum omnium
audita est. Vere enim dolemus passim in teneris Ecclesiis non
necessaria dissidia oriri quae non solum populi voluntatis
distrahunt, et ab Evangelio abalienant, sed etiam ipsam
lucem Evangelii immensa dei bonitate redditam nobis pau,
latim extinguent, ut antea saepe accidit. His tantis peri,
culis moveri nos et alios qui aliquam gubernationis par,
tem

tem sustinent iniustissimum est. Deinde tu nonnihil reprehenden-
dus videbaris: cum nondum scias an hic secus de te locutus
sit magna cum orationis acerbitate eum insectaris. Itaque D.
Nicolaus Medlerus, ac petis a nobis ut eius tibi sermonem
significemus: tu quasi responsum sit magna cum orationis acer-
bitate eum insectaris. Itaque valde mirati sumus te tantum
ex tuis suspitionibus collegam tuum condemnare. Ut autem
scias non fuisse causam cur apud nos tanta orationis violen-
tia adversus eum uterreris, vere tibi significamus D. Nicola-
um Medlerum hic non solum nihil contra te dixisse, sed
etiam amanter de te locutum esse. Id affirmant Veneran-
di Viri D. Doctor Martinus Luterus et Joannes Bugen-
hagius Pomeranus pastor verae Ecclesiae et caeteri cum quibus
nos familiarissime loqui Medlerum arbitramur, D Caspar Cruci-
ger et M. Georgius Rorarius. Cum igitur oratio tua tota
ex inani suspitione nata sit, apud nos qui et tibi et Med-
lero bene volumus, cum moderatius agere debebas. Cum autem
fontes discordiae nesciamus et cognitionem integram Reveren-
dissimo D. Episcopo Nurnberg. relinquendam esse cense-
mus: plura de re dicere nolumus: Itaque vero tibi et Med-
lero hortatus et erimus et sumus ut propter Deum et Ecclesiae
salutem ex animis vestris suspitiones omnes et simultates ei-
ciatis, iniurias si quae inciderunt obliviscimini, et restituta
inter nos concordia, eandem Evangelii doctrinam una
voce et uno spiritu sonetis et universam Ecclesiam con-
iungere non in factiones distrahere studeatis. Qua in re
primum hoc voluntatis inductio necessaria est, ut commu-
ni tranquillitati servire velitis, quod si facere decre-
veritis, ut debetis, ars etiam adhibenda est ne occasio-
nes rixarum captetis sed quadam aequitate alter alteri-
us dicta boni consulatis. Nam si vel calumniose vel sum-
mo iure de singulis dictis aut factis contendere ceperitis,
quo

quotidie noui inter nos tumultus exorientur. Quare uos
propter filium Dei dominum nostrum Iesum Christum & propter
Ecclesiae ac uestram salutem oramque ut & silentio dissidium uestrum
obruatis & deinceps tueri concordiam moderatione animorum
studeatis. Fortassis aliqua pugnaces naturae gloriosum sibi du
cunt semper bella ciere: At sapientissimorum hominum doctri
na in reip. gubernatione semper fuit adhortatrix ut ciues
omnes alent & ament omni officio concordiam: qua de re plu
ra ex omni antiquitate recitari possent. Sed nos uocem filij
Dei audiamus, qui ante agonem suum & Apostolis &
pijs omnibus praecepit concordiae studium, & a patre ae
terno: petiuit ut mentes docentium mutua beneuolentia &
aeterno foedere copules: Pater inquiens Serua eos ut sint
unum in nobis sicut & nos unum sumus. Moneamur et
praecepto diuino, toties repetito & precatione effusa ex ar
dentissimo pectore filij Dei, ut aut aemulatione, aut cupidi
tate uindictae impelli nos ad turbandam communem tranquil
litatem sinamus: imo etiam iustum dolorem uoramus & obli
ti iniuriarum pacem publicam tueamur. Quod ut faciatis uos
quoque exempla tum ueterum Iacob, Dauidis & aliorum
multorum optimorum, tum uero huius aetatis multa hortentur
Quam multa enim sapientes principes publicae pacis causam
nunc tolerant, quorum nos & dolores considerare & ani
morum moderationem imitari decet. Quid alienius esse
ad Ecclesiae doctoribus decet quam caecis affectibus animos tan
quam nauim uentis permittere? Si impellit ambitio, con
feramus ad imaginem filij Dei: quid indignius est quam nos
certare de gloria, cum filius Dei ita exuerit suam glori
am, ut reus esse uoluerit nostrae omnium turpitudinis, pe
rinde ac si ipse sese contaminasset his ipsis flagitijs quibus
homines maxime se deformari intelligunt. Iacet filius

Dei

Dei prostratus coram aeterno patri sudarit sanguinem & deriuans in se iram fatetur se reum esse nostrarum turpitudinum, & uidetur indignatior omnib. hominibus in terra. Nos uero ardemus cupiditate gloriae, antecellere uolumus non uirtute sed stultis populi iudicijs, Volumus uideri docti iusti & semidei. Agnoscamus hanc nram stultitiam, & nos emendemus ac nos ipsi subijciamus nos ipsi, & aeqs animis contemptum feramus, quia reuera longe minores sumus nostra de nobis opinione. Hanc modestiam etiamsi induemus: tamen nondum nos adeo abijciamus ut se abiecit filius Dei. Pudeat nos arrogantiae nostrae cum uidemus filium Dei adeo se abiecisse. At obijcis, Ministerij dignitatem defendendam esse? Imo cum uterque sit Euangelij minister, parcendum etiam est ministerij dignitate. Deinde sciamus hos honestos titulos saepe priuatis affectib. praetexi. Cum autem habeatis Epm uirum intelligentem ac amantem Euangelij, huic permittite ut iudicet ubi ministerij dignitas periclitatur. Postremo et pro principi & nobis parcite quorum & dolores & curas augetis, quas circumferimus assiduas. Nam lecta tua epistola non tantum cogitatione praesentium malorum excruciabamur, sed etiam futurorum. Quid n. futurum est ad posteros si pp leues cas tam atrocia certamina inter collegas orientur? Quantae erunt disputationes? Et odia factionum incitant animos ad quaerendas diuersas opiniones. illa saepe accensae sunt haereses. Haec mala ut auertat Deus ardentib. uotis petimus & omnes honesti gliscentia eorum semina, oi studio opprimere debent. Haec ad te ut scriberemus quadam officij ratione moti sumus. & exemplum epistolae nrae D. Medlero mittemus quem ipsum etiam non solum hortabimur ad deponendam simultatem hanc, sed

etiam

etiam obtestabimur ut quadam diligentia digna graui ui-
ro caueat, ne irritasse quemque uideatur. Tuam epistolam ei
non ostendemus, ne accendatur uerborum contumelijs, & a te pe-
timus ut deinceps scripturus ad nos praesertim de collega di-
uini ministerij omittas forensium & scurrilium uerborum inepti-
as, ac de rebus ipsis uerecunde & grauiter dicas. Postre-
mo rursus Deum aeternum patrem domini nostri Je-
sum Christum oramus ut Ecclesiam sibi aeternam in his re-
gionibus colligat, regat ac conseruet & fraudulas & ac
furores diaboli reprimat. Bene uale die Joh: Bapt.ae 1545

Rector, Magistri, Doctores.

Academiae Witeb:

D. D. MEDLERO SUPERINTENDENTI

Braunsuicensi, amico suo charissimo. S.D.

Edita

Clarissime domine doctor, et amice charissime. Etsi
scio tibi non deesse consilium: tamen pro amicitia nostra
& familiaritate scribendum tibi esse duxi, de contentione
inter te & Morum orta. Non noui fontes negocij. Na-
turam Mori noui: ideo tibi consulo prorsus, ut nihil
scribas contra eum. Si res cognosceretur praesente D. Cruci-
gero, moderate dicas, quae necesse est dici: Caeterum cum
illo homine nihil contendas. Nostram epistolam ad Mo-
rum tibi mitto, etiam de Rectoris sententia. Sed Mori episto-
lam noluimus cuiquam ostendere, quae quidem ipsi Moro
magis nocere possit apud prudentes, quam tibi. Scis me
non rudem tyronem esse in hac militia tolerandarum iniu-
riarum: nec me poenitet simulasse & obruisse silentio mul-
torum insulsissimas calumnias: et omnibus amicis idem do con-
silium. Quia Deus profert tandem ueritatem, & defen-
dit

eos qui propter publicam utilitatem priuatæ iracundiæ frenos ijciunt. Bene uale, & rescribe. Datæ die lætissimi congressus Mariæ & Elisabethæ Anno 1545.

Philippus

AN LICEAT DARE GRADVS IN scholis non confirmatis à Pontifice.

F. Non edita?

Non est dubium Ecclesiam Dei habentem scholas & auditores seu collegia docentium & discentium posse & debere dare testimonia auditoribus sint testimonia testantur de literis quæ uocantur formatæ. Et aliquæ Synodi præcipiunt ne sine formatis ulli reciperentur sacerdotes. Et uult Deus frequentioribus Ecclesijs adiunctas esse scholas literarum & doctrinæ quæ Ecclesiarum necessaria est, ut olim fuerunt scholæ Antiochiæ Alexandriæ Cæsareæ: Et ex his mittebantur Doctores in omnes prouincias cum testimonijs. Quare potest nunc quoque Ecclesiæ per adiunctam piam scholam dare testimonia & renunciare doctori Theologiæ. Hæc sententia de Theologis non est dubia, nec hic disputandum est de priuilegijs aut iure aureorum annulorum. Nam hi cum mittuntur ad Euangelium docendum sciant se ærumnas & crucem adire, non opes aut uoluptates quærere debere. Et pronunciationes tales Theologicæ fuerunt patrum, prophetarum, Apostolorum temporibus, & postea florentibus Ecclesijs Alexandrina, Cæsariensi & cæt. longe antequam aut Impp. aut Romani Pontiff. aliquid sanxerunt de Academijs. De reliquis autem tribus facultatibus sic respondeo: Scio quæ nunc sint usitatæ opiniones, nec cupio mutare politiam, nec uolo rixari cum ijs qui hanc formam politiæ defendunt. Usitatum est iam annis trecentis fortasse confirmari scholas autoritate Imperij & Pontificia,

cia, & dari privilegia, & favet moribus praesentibus:
Sed Parisiensem Academiam arbitror confirmatam esse initio debet aut Romanorum Pontificum aut Imperatorum decretis.
Sentio autem unamquamque Rempublicam & principem posse constituere collegium docentium & discentium. Imo debet constituere eos, quorum facultates magnae sunt iudicio. Et hoc collegium de iure potest dare testimonia auditoribus.
Gradus autem nihil aliud sunt, nisi haec testimonia. Et quod disputatur de lege generali, haec iam lata est, ut approbati à suis collegiis exerceant artem. ut l. in C. testatur de professoribus. Sed si Iurisconsulti & Medici nollent contenti esse hac autoritate communis collegii, nollem cum ipsis rixari. In philosophia non decerni gradus possunt, si non praecipui essent ibi omnium artium professores, quia ridiculum esset creare Magistros artium, ubi ne quidem praecipue traduntur. Certe schola Attica dedit testimonia et multo antequam ab Imperatoribus confirmata est: Et iam causa consideretur cur confirmatio pontificia & Imperatoria denegetur. Nolunt Pontifex & Imperator propagari veram & puram Evangelii doctrinam esse Ecclesiae: Ideo his Principibus & scholis sunt inimici. Econtra tamen hi principes vere invocantes Deum debent facere officium suum & constituere honesta collegia docentium & discentium literas: id praecipit Deus. Possunt autem collegio dare testimonia. Cum Iulianus edicto perhiberet admitti Christianorum libros in scholis publicis: Christiani proprias scholas & proprios coetus discentium instituerunt: Nec est dicendum non licuisse tunc Christianis dare testimonia auditoribus: Imo crescentibus tunc scholis & studiis Christianorum plures homines amplexi sunt

Evangelium

Egtm, inculdi honestis studys & disciplina Christianorum libenterq. n. mittebant honesti liberos ad scholas Christianorum. ubi oia erunt honestiora &c.

Philippus.

MAGNANIMO & NOBILI VIRO. D.
Joanni à Lasco. patrono & Domino
suo obs.

Cum te propter excellentem uirtutem & drm ualde amem & suspiciam, Meq iudicem uicissim à te diligi, non facile dixerim q mihi sit acerbum non posse uti genere literarum nisi tristissimo. quo. n. fato hoc acciderit dicam? ut iam alteras literas cogar scribere plenas mei & tui luctus & doloris. Amanum ita amplexus eram, ut non minus q filium propter ipsius optimam indolem & uirtutem eum amauerim. Itaq & nemo mihi fuit familiarior quo ad eo frui contigit. Erat communis mensa, domus, perpetua & studijs & sacrarum literarum & philosophia colloquia. Cum igr sub hyemen in Hassiam proficiscerer à Principe accersitus, & illum intelligerem cupere uidere aulas Germaniae Principum, praeterea ipsum etiam Landgrauium cuius Virtutem mirabatur, facile passus sum eum una proficisci. Reuersi sumq salui & incolumes. Cum Lipsiam uentum esset, mihiq propter multas causas domum properandum esset, Amenus aliquott dies manere cupiebat, habebat. n. nonnihil negotij de pecunia & ibi libenter apud Sarmatas erat. Nolui igr eius uoluntati repugnare. Post paucos dies ibi seu in febrim, seu ut mihi uidetur in pleuritida incidit q extinxit opt. Juuenem. Non defuit ei Medicorum opera, sed hi mihi scribunt ita fuisse prostratam naturam ut nullis remedijs erigi & foueri

potuerit

Edit. I

potuerit. quæ morbi causa fuerit ne diuinare certe possum. Nam me discedente e Lipsia commode & recte ualebat, etsi catarro leuiter nonnihil uexabatur: Sequuta est inflammatio nescio unde. Nam ipse tantum accepi dolorem, ut uere hoc affirmare possim, me mea morte illius uitam redimere cupere si hoc sinat Deus. Etenim ut non dicam quantam iacturam res literaria & Christiana resp. fecerit interitu talis ingenij quod non solum optimarum artium rapax erat, sed mirifico religionis studio flagrabat, ut denique omnes cæteras doloris causas omittam, humanitatis certe causa ita doleo ut in morte filij fuerim æquiore animo. Nam & ipse me sic amabat, ut & patris loco haberet. Tanta in eo erat suauitas, tantus pudor, tanta in omni genere officij diligentia, ut cum ista cogito pene exanimer. Ac fortassis mortuus mecum esse uoluit, Lipsia n. propter meam consuetudinem negauit ei sepulturam. ô inauditam & barbaram crudelitatem. Quare mihi amici, cum nollent eum sepeliri in loco prophano, huc eum remiserunt. Conditus est igitur in templo apud nos, ubi multi Principes conditi sunt, & uniuersæ scholæ nostræ reliquit sui memoriam acerbiss.m Lipsiæ etiam multi honesti uiri eius interitum deplorauerunt. Quamquam autem scio te ea sapientia & fortitudine esse, ut non succumbendum esse fortunæ statuas: & scias unde remedia tanti doloris petenda sint: Tamen ego id significo quod ad consolandum unum debet esse efficacissimum. Audio n. extremo tempore ardentissimis uotis & precibus suis salutem Deo commendasse & recitasse psalmum Miserere mei &c donec eum uox & ratio deficeret. Christus inquit: Ne passeres quidem sine uoluntate Dei in terram cadere: quare

multo

216

multo magis & uita & pars piorum illi curae sunt. Ego nullam habeo firmiorem consolationem hac ipsa quod uoluntati Dei parendum esse statuo & perijsse nob. optimum amicum & fratrem non casu sed consilio Dei arbitror. His me cogitationibus utcunque sustento, quas opto & tuo dolore aliquantulum mederi. Haec ut uides non tam scripsi quam effudi lacrymans & interim tum Amici mortem tum meam infaelicitatem deplorans, sollicitus etiam quo tu animo haec sis lecturus. De eius suppellectile scribit ut opinor Petrus. Haec omnia quae mortuo praestari possunt, summa fide & pietate praestabimus. Vtinam ipso potuissemus frui diutius, ut illi contigisset mea officia perspicere & studium in hac uitae consuetudine quam instituerams. Sic mihi crederes priuata nulla potuit mihi acerbior accidere. Si quid ad te consolandum societas doloris adfert, hoc tibi confirmo, me memoriam Amaui nunquam ex animo remissurum esse. Tu uale feliciter Vir amplissime & ignosce lugubri scripto 2 febr. 1535

Ph. M.

D CASPARO CRVCIGERO.

Edita

In tragaedia Aeschyli Seruus cum monens Eteoclem obiurgatum, reprimit se inquiens σῇ δ' σὺν ἄλλοις πεῖσμα τὸ κοσμίου. Id nunc primum textis sed tamen saepe dolor uicit ut pro meo captu dixerim quod uidebatur illis ipsis qui dominantur utilius. Nunc magnitudo periculi communis tanquam in incendio magis nos hortatur, ut si quis quidquam potest moneat. Sed omnia ignoramus. Ego nec qua spe durant bellum, nec quae habeant auxilia aut ουμμαχίαν scio. Illud uideo, cum antea uideretur non

con

contemnenda potentia foederis esse, tamen nostros expertos
esse sociorum infidelitatem. Sed omitto querelas. Nos quicunque
erunt exitus consolemur nos hac vera et firma consolatio-
ne divinitus tradita, quod non sit a Deo desciendum, et
inter has aerumnas. Deinde levationem aliquam doloris
adfert conscientia rectae voluntatis. Nam veritatem sim-
plici studio quaesivimus et multa utiliter patefacta sunt. Si
propter hoc studium interficimur, sumus in numero istorum de quibus
in Psalmo dicitur: Propter te mortificamur tota die.
Servabit tamen Deus aliquem coetum doctorum, Ecclesiarum et
aliqua domicilia. Pagellam mitto narrationis Ascanii
exhibendam D. Pontano: Nam me reversum statim
accersivit Ascanius et dolorem suum commemorans et pe-
ricula nostra deplorans, cuius finis orationis ut de pace
petenda cogitaretur: posse flecti Imperatorem Carolum, si noster
fieret supplex, et haec significare aulae voluit. Fuerunt
ante supplices Othonis frater et deinde filius Henrico
et Lothario qui postea factus est Imperator Sigismundo
Fridericus Austriacus, Maximiliano Comes palatinus, Carolo
Veneti Placenses et nunc alii. Sed inexorabiles arbitran-
tur promittere ut Imperator mutet Ecclesiae doctrinam.
Si sic ergo sentiunt, nimis segniter gerunt bellum. Deus
aeternus pater domini nostri Jesu Christi servet ac de-
fendat ducem Saxoniae Electorem propterea quod
primus et prae ceteris studia divina fovet et nostros ge-
mitus propter suam gloriam exaudiat. Bene vale 5
Martii 1547

Phi. Mel.

D. Iusto Ionae.

Non edit. S. D. Non dubito quin magnopere mireris cur nihil ad te

tran-

literarum adhuc post meum reditum dederim, praesertim cum et
nuncios habuerimus et ego non ignorem rarum te rerum esse cupi
dissimum quas requires ac plane in tam pertinaci silentio dissimilis mei
uideri possum. Nam alias in hoc genere satis officiosus existimari
uolo. Ego uero, mi Iona, sic sum acerbissimis aliquamdiu doloribus op
pressus ut omnia officia, omnia studia mihi excutiuntur atque mortem
oppetere malim quam has miserias ferre insuper. oppresserunt me.
Sed tamen spero Christum remedia his reb. ostenturum esse.
Historiam narrabo tibi coram totius conuentus: non ut populus re
citat, sed ut nostri ordinis homines qui occasiones et consilia
obseruant. uide intelliges quae res me in hunc luctum con
iecerit. Nemo scit praeter me et Pontanum quae fuerit
totius conuentus spira. Una res nocuit nobis quod diutius
procrastinaui sumus cum a nobis postularetur ut edictum ad
uersus Zuinglianos comprobaremus. In ea cunctatione quan
tum mali fuerit non possum epla complecti. quanquam
iniquitas principum qui nobis maleuolunt causam illi con
tentioni aliquam probebat. Nunc horribiliter angor. cum
animo periculo reputo et metuo quae ex ea re existant.
Christus faciat ne ex hac offensione totius imperii mutatio
sequatur. Omnia infinita sunt quae me horribiliter afficiunt
his de rebus cogitantem et nunquam non uersantur ob
oculos. Hic res scholastica pristinum statum tenet. Lutherus
Dei beneficio ualetudine utitur mediocri, hominum testamen
tum germanicis recognoscimus summa diligentia. Albis iterum
intumescit mirabiliter. In Hessis uidi magnum saxum
quadratum ui fulminis ex testitudine templi ita iectum
ut si arte esset exemplum. Minantur alioqui signa
multa. Jesus Christus respiciat nos. Ego enim non le
uiter commoueor his reb. Tu uale feliciter. Witte
bergae. die Junij XI. Ao 1529

P. M.

EIDEM.

Non edita SD. Lacrymans relegi iterum atque iterum epistolam quam tu lacrymans scripseras. Multiplici dolore afficior, doleo extinctum tantum decus matronarum, doleo tuos liberos orbatos esse tam pia et sedula parente ac custode. Moveor vehementer et tuo luctu. Video enim te vulnus pene immedicabile accepisse, ac nunc quidem tua domus domesticum mihi luctum renovat. Meo fratri ante mensem mortua est uxor, mater 18 liberorum et non alia re nisi foecunditate confecta. Amisi et sororem alteram recens quam propter ingenii bonitatem et religionis sincerum studium valde dilexi. Etsi autem haec mihi domestica funera magnum maerorem attulerunt: tamen cum tuam coniugem in illo agone dimicantem, ut erat singulari magnitudine animi, cum te assidentem illi, cum circumfusam turbam liberorum cogito, multo acriore dolore afficior quam tunc domesticis. Quare etsi consolari te cupio, tamen impedior maestitia nisi levationem aliquam societas afferret lacrymarum. Sed tamen si quid monere possum, te etiam atque etiam oro ut aliquantulum dolori tuo resistas +. Omnibus temporibus Ecclesia premitur ingentibus aerumnis, ac exempla ubique obvia sunt. Vidisti nuper lugentem matronam in urbe vestra Medici . . doci coniugem quae eodem fere mense et maritum et filium amisit. Hac proxima aestate quot matronae et virgines honestae a Turcis in tristiss. servitutem abductae sunt. Nimis longus Catalogus fieret si omnia exempla recitarem vellem quae literis tradita sunt. Davidi coniuges ita eripiebantur, ut filii scelere contumelia afficerent. Cur autem humanum genus tantis calamitatibus subiectum sit? cur tam durae leges etiam leges Ecclesiae impositae sint, nobis quidem in Ecclesia Deus patefecit suum filium, qui iubet ut in his aerumnis sibi serviamus ut servivit filius. Meministi

m.

+. Aliquid christiani cogitatione veri diminuere potest +

.n. uocem psalmi: Subditus esto Deo, & ora eum. Neq. haec nullam leuationem adferunt quod ipse testis es, Vxorem in inuocatione filij Dei decessisse, quam certum est viam esse ad illum augustum coetum cui praesidet filius Dei, ubi iam tua coniunx colloquio Euae, Sarae, Rebeccae Mariae fruitur. In hoc sodalitio rursus eam uidebis & complectere. Scriberem prolixius nisi scirem omnia tibi nota esse quae a me cogitari in hac re possunt. Deum oro aeternum patrem liberatoris nostri Jesu Christi ut te sancto spiritu consoletur. Mihi semper haec est perpetua consolatio quod scio hanc mortalium hominum non ferri casu. Deus fecit nos & non ipsi nos. Ergo & uita & mors nostra illi curae est. Vtinam filius possit minuere maestitiam tuam. Iudico eum bono ingenio esse praeditum, & magno usui fore reip. & ornamentum suis. Deum oremque ut eum gubernet. Difficile nobis fuit eum aliquantulum confirmare: adeo consternatus fuit intellecta morte matris, cuius quidem & ille signa multa habuit, & ego ei mea quaedam narraui. Iussi ut suum dolorem diligenter moderetur, ne augeat tuum. Bene & feliciter uale. die Joan. Euangelistae 1542.

Ph. M.

EIDEM.

S. D. quid hic geratur scripsi Lutero. Bona pars principum non abhorret a consilijs pacis. Sed sunt in istis consilijs quidam homines plebeij sine nomine, sine sensu, qui seditiosis clamoribus obruunt sententias principum. Talib. nebulonibus cogunt credere illi ipsi qui rerum potiuntur. Nihil uidit unquam hic sol impudentius fabro & excaecati illius Wolffseck. Is heri pro concione uociferatus est fabros Turcas Luteranis meliores esse, quia Turcae ieiunia seruent, quae uiolent Luterani. Deinde pollicitus est se de

Tur-

turcicam religione tota et generaturum. Connumeravit barbara noia gentium q illis imperio parent, Et quidem honorifice de illis loquitur. Landgrafius adduxit secum Snepfium doctum sane hoiem & copiosum in dicendo: Scis autem me pressum orationis genus magis amare. Islebius & illo alternis concionantur: Neque diligentiam neque moderationem desidero in Islebio. De exitu conventus prorsus neque divinare neque polliceri quicquam possum: Sed scribam post paucos dies si quid erit. Erasmus litigat cum Hispanis nescio quibus qui toties Lutherani tumultus autorem esse eum scribunt. Vale. Spirae 1529. Coffrid. Palmar.

CLARISSIMO & OPTIMO VIRO D.
Iusto Ionae Dn Theol. Praeposito Ecclesiae Viteb. amico s. precipuo.

editа | S. Exspectamus adhuc exordia congressus quae qualia futura sint ut adversarios quem constituisse audio. Adsunt Theologi Itali, Hispanici & Narbonenses, nec multo maiori numero xxvii rei in Synodo pontificia fuisset acta. quare suspicor adversarios non hoc egisse ut Germanicarum Ecclesiarum tranquillitati consulerent, sed ut nos prae iudiciis huius quantus obruerent, postremo pontificia Synodus non processit: Sed defendat nos Deus pater liberatoris nostri Iesu Christi quem nos orabimus ut suam Ecclesiam servet & gubernet. Caroli Imp. voluntatem mediocrem esse arbitror. Dixit Norimbergensi legato, se velle non solum concordiam institui sed etiam veritatem patefieri, ac petivit ut Norimberga legatos ad conventum mitteret. Adfirmant non deesse Imperatori voluntatem vide constituendae tranquillitatis Ecclesiasticae, si viam sciret rei tantae constituendae. Inter nostros Dei beneficio adhuc concordia est.

Primi,

219

Principem Georgium Anhaltinum suspicor in patriam redijsse. Julius adest hodie Moguntini et ducit secum manipulares egregios, Mensingerum et Conradum Braun autorem dialogi scripti in iudicio Camerae. Si conventus perexerit exordia habebunt multum certaminum in quibus te profecto desiderabimus. Bene vale. Et salute dicit D. D. Martino et eius honestiss. uxori, et pastori et M. Paulo. Wormatiae 7 Novemb. 1540.

ALIQVOT TESTIMONIA

quib. Philippus ornavit amicos et scholasticos. P. Mel.

OMNIBVS LECTVRIS HAS LITERAS.

S. D. Basilius Caesariensis scribit se adijsse praecipuas Ecclesias Alexandrinam, Antiochenam, Constantinopolitanam et multas in Asia, ut vetera testimonia doctrinae inquireret, et affirmat se de summis quaestionibus de filio Dei, de S. S. et de omnibus Symboli Niceni articulis invenisse vetusta testimonia quibus confirmatus sit. Habuit et Germania quondam vetera monumenta, sed postquam in collegijs Canonicorum regnarunt Centauri amissa sunt. Nunc Dei beneficio in Ecclesijs instauratis vetus doctrina diligenter inquisita est, Et extant confessiones perspicuae consentientes cum Ecclesia Apostolica et Symbolis, et scriptoribus qui Apostolorum doctrinam incorruptam retinuerunt. Multum tamen prodest coram sciscitari bonos et eruditos, et vivas audire et reddere voces, sicut et Syracides inquit: ἐὰν ἴδῃς ἄνδρα, συνετὸν ὅς ὄρθριζε πρὸς αὐτὸν καὶ βαθμοὺς θυρῶν αὐτοῦ ἐκτριβέτω ὁ πούς σου. Ideo hic honestus et doctus vir

Ma-

Non edit.

Magister Maternus Eulig non procul ab inclyta urbe Vratislauia natus in oppido Franckenstein hanc honestam peregrinationem ad Ecclesias et Academias in Germania suscepit. Adolescens cum in schola Vratislauiensi linguam latinam et summam Christianae doctrinae apud Virum excellentem pietate et virtute disceret, simul et Reuerendum Virum Johannem Hessum Theologiae doctorem audiuit. Deinde cum in Academia Cracouiensi praeceptorem filij Regis Joannis interpretantem Homerum audiret dedidit se studio linguae graecae. Ibi et Mathematum initia adiunxit nactus idoneum doctorem Proboscium. Inde reuersus Vratislauiam Sereno Collega fuit Winckleri. Habet igitur non obscurum testimonium integritatis quod in gubernatione Juuentutis tam diu et Senatus et Winckleri iudicio retentus est. Postea diu in his vicinis Academijs lipsica et nostra commoratus est et optima doctrina se instruxit, ostendit et confessionem suam de Ecclesiae controuersijs, quia saepe apud nos publice concionatus est, inquisiuit uetera certamina et abhorret a fanaticis et seditiosis opinionibus et confessionem Ecclesiae nostrae pie amplectitur. Ac mores in eo non solum naturae moderatione quam habet eximiam, sed etiam a filio Dei luce euangelij et Spiritu Sancto gubernantur. Talis cum sit et habeat honestam peregrinationis causam, iustum est eum in itinere contra iniurias defendi. Oro autem Viros doctos ut eum in colloquium admittant, quod cum facient non dubito familiaritatem ipsius iucundam ~~esse~~ eis fore propter eruditionem, iudicij rectitudinem, candorem et modestiam eius

cig. Quid autem dulcius est bonis mentibus concione iu-
diciorum in qua veritas sine fucis et sine Sophistica
fideliter et candide quaeritur, ut gloria Dei illustretur.
Precor autem filium Dei Dominum nostrum Iesum
Christum Crucifixum pro nobis et resuscitatum, vere
colligentem aeternam Ecclesiam voce Evangelii, ut dona dan-
tem hominibus, ut hunc Maternum semper guber-
net et faciat eum σκεῦος ἐλέους et organum
suo nomine et aliis. Efficiat ut quam plurimi unum
sint in Deo. Datae a°. 1559 die Maij vicesimo
nono quo die ante annos centum et sex Constan-
tinopola a Turca capta est. Cuius historia ostendunt
moneamur ut ardentius precamur filium Dei, ut Ecclae
suae reliquias protegat et servet.

Philippus Melanthon
Manu propria

MARTINVS LVTHERVS D.
Theologiae Decanus collegae fa-
cultatis th: S D omnibus lecturis

Commoratus est in schola Ecclesiae nostrae Witebergensis annos XVIII Henricus Smedstet Luneburgensis Cum eximia laude virtutis et pietatis, cumque in philosophia pr[ae]cla-
re profecisset et gradu magisterij ornatus esset do-
cendis aliis in schola bonam operam navavit: Inte-
rim autem semper ad caeteros labores ut decet ad-
iunxit studium doctrinae Christianae, diligenter audivit
enarrationem Propheticae et Apostolicae Scripturae, inquisi-
vit antiquitatem Ecclae, et contulit omnium sententias

Non edit.

et

& de doctrina tota accurate disseruit. Et quia recte intelligit doctrinam Ecclesiae Christi & amplectitur puram Euangelii sententiam quam Ecclesiae nostrae uno spiritu & una uoce cum Catholica Ecclesia Christi profitentur, iussus est etiam apud nos concionari hic & specimen eruditionis edidit & satis clare testatus est, se idem sentire quod nostra Ecclesia profitetur. Cum vero illustrissimus princeps sapientia & uirtute praestans Dux Megapol. Henricus nouisset hunc Henricum Smedstet in Academiam Rostochiensem ad docendam Theologiam & petiuisset ut testimonium nostrum afferret: quaesiuimus ... [illegible] principem Ducem Henricum curare in Ecclesiis consulat & salutaris doctrinae conseruet & propaget. Nam profecto haec prima cura omnium gubernatorum esse debet, ut populis ueram dei noticiam impertiant & illustrent gloriam filii eius Jesu Christi sicut monet uox Psalmi. In conueniendo populos in unum & reges ut seruiant domino. Et quoniam mores Henrici Smedstet ac eruditionem probamus, cum tot annos nobiscum uixisset & publice docuisset & polliceretur in doctrina pia fidem & constantiam libenter & testimonium dedimus quod ut esset publicum more usitato Scholarum, iudicio suffragiis & ad pronunciatione collegii nostri post publicam disputationem decretus est Magistro Henricus Smedstet gradus doctoratus Theologiae: ac Deum precamur ut studia eius gubernet. Commendamusque et Illustrissimis principibus hunc Doctorem Henricum Smedstet. ac rogamus ut benigne eum tueantur. Utile est enim Ecclesiae & societati communi authoritate Principum tegi & adiuuari bonos doctores, idque officium pro-

grahum

gratum esse multa Cœlestes sententiæ et exempla testantur.
Quam luculentam mercedem Deus promittit uero Principi Ab-
demelech qui Jeremiam in locum abiectum et eruit et ser-
uauit? Hortamur et ipsum D. H. ut annitatur concordi-
am Rostochianæ Ecclæ atq Acadæ cum nostra tueri.
Nam consensus in uera doctrina Deo gratiss: est et
inde salutaris humanæ societati Maximeq. optandum est
ut Academiæ qb. ctra iubent commendata est uno spi-
ritu et una uoce cum angelis canant gloria Deo et
pacem in terris. Deus n. doctores uult socios esse huius
angelici chori et ministery. Datæ Witebergæ 10 Julij
1542.

P. fecit

OMNIBUS LECTURIS HAS LITERAS.

Nondum edit.

S.D. Recitat clemens Alex: uersum Heracliti in quo
ait describi uitam Philosophicam πολλὰ παραιδώρας
ἀξιηπεροσ ἐργυλρας ἔσθ'. Laudat. n. peregrinationem
discendi ca susceptam, in qua tamen retinetur morum inte-
gritas. Etsi autem hic uir honestiss. Hupertus Languetus
Burgundus preclare eruditus in iure instruxit se cognitione
doctrinæ et multarum rerum consideratis studijs et forma
gubernationis in Italia, Gallia, Hispania, Anglia, Ba-
uaria et Germania. Tn hoc magnum decus hac uera
laude superat quod in tot gentium consuetudine retinuit
natiuam integritatem morum, Justitiam, fidem et modesti-
am in omni actione. Comperimus n. huius Huperti mo-
res iustos et placidos esse et eximiam eius esse pruden-
tiam et moderationem in omni officio et in dictis
et pactis fidem. Cumq fuerit nobis eius familiaritas
iucunda; quia de multorum eruditorum studijs et sententijs:

de aliarum gentium moribus & legib. multa digna cog-
nitione narrare potest. tn multo dulcior fuit propter mo-
rum integritatem. Hanc autem epistolam ei dedi, & ut testimoni-
um apud eum extet benevolentiae erga ipm mea, & ne
quid suspitionis itinera eius adferant. Non n. regum
negotia circumfert, sed Academias perlustrat & cum viris
doctis colloq. studet. Ac nunc Academiam Cracoviensem &
Viennensem accedere decrevit. Cum igr hic Hupertus & sic
vir honestus ac eruditus, & eius honestas peregrinationis ha-
beat, commendo eum oibus bonis viris & oro ut eum ad-
versus iniuriam defendant, Nam & ipse iura hospitij ho-
neste tueatur. Scio honestos & prudentes viros ubi pau-
corum dierum consuetudine mores & sermones eius consideraverint
suo iudicio hoc meum testimonium comprobaturos esse & li-
benter Hupertum in familiaritatem admissuros esse. Oro
autem filium dei custode vitae suae peregrinantis &
exulantis ut & hunc Hupertum protegat. Bene Vale
Candide lector. Datae Mense Augusto Ao 1553.

Phil. Mel.

Decanus Collegij Philosophici in Academia
Witebergensi M. Sebastianus Mattheus
s. d. omnibus lecturis.

Gratias agimus Deo aeterno patri domini nostri Jesu Chri-
conditori coeli & terrae & hominum & aliarum creatu-
rarum omnium una cum filio suo Domino nostro Jesu
Christo & spiritu sancto quod & Ecclesiam in his re-
gionib. clementer conservat & doctrinae lucem ac-
cendit, eumq. oramus ut deinceps quoque Ecclesiam aeter-
nam sibi inter nos colligat & studia dtae non sinat ex-
tingui.

tinguj. Cum autem uir honestus Henricus Mollerus, Hab.
peteret a nobis testimonium de suis moribus, studijs & gradu,
summa et uoluntate id tribuimus. Cum enim in Academia nra
amplius triennio uixerit, comperimus & uirtutem in eo excel
lentem esse & ingenium disciplinarum omnium capacem: Itaque cum
linguam latinam & graecam didicisset, Vniuersae philoso,
phiae studijs se dedidit, ac dulcissimam doctrinam de mo
tib. caelestibus ex mathematum fundamentis extructam
recte didicit, quarum artium cognitionem appetiuit et
pp ueritatis amorem & quia in eis illustria testimo
nia de Deo & de prouidentia conspiciuntur, sicut uerissime
dicit Plato, Gratum de Deo famem in artib. sponsam esse.
Perspicuum est enim non casu ex Democritis atomis confluxisse
ipse rerum nostrarum, cum & ordo certus & perspicuus
sit motuum caelestium & sapientiae diuinae radij luce,
ant in doctrinarum certitudine. Est autem hic Henricus
disciplina domestica ad ueri Dei agnitionem & inuocatio
nem assuefactus. Nam pater Joachimus Mollerus Sena
tor Hamburgensis Vir opt. cum uerum pietate Deum
ipse colat summa cura filios de Deo recte tradijt. Et
Henricus ipse discendo pietatem aluit, legit monumen,
ta prophetica & Apostolica, ac ut fontes cognosceret E,
bream linguam studiose didicit, cognouit summam doctrinae
Ecclesiae & omnium temporum controuersias ac iudi,
cia consideravit: & ad hunc finem hos labores
instituit ut & ipse Deum priuatim celebrat & aliquan,
to post Eccliae in docendo seruiat. Amplectitur autem
doctrinam sonantem in Eccla patriae suae quae expressa est
in confessione exhibita Imperatori Carolo & in quent:

Fu-

Augustano a° 30 quam et nos amplectimur, et animi pietatem Henricus vera invocatione Dei et honesta morum gubernatione declarat. Itaque propter eruditionem et opt. mores de consilii sententia decreuimus ei gradum magisterii conferendum: id his publicis literis testamur. Est autem sua cuique virtus praecipua apud prudentes et honestos commendatio: quare ipsius eruditio cum virtute coniuncta beneuolentiam honestorum virorum ubicunque uiuet, impetrabit. Sed tamen his ipsis gratum erit nostrum iudicium de eo cum sua sententia congruere: Gratulamur autem patri viro optimo hoc Dei beneficium, quod filios habet Deum recte colentes et quorum ingenia Ecclesiae et reip. utiliter seruire possunt: quamquam in re et exemplum conspicitur diuinae promissionis quae citeri: Genesis x. b. g. sententia In dulcissimo uersu expressa est ἐπὶ φέρων πατέρεσι τὰ δῶρα δ. 8. Cumque urbs Hamburga cum aliis reb. bonis, tum uero disciplina et uera doctrina de Deo quae sunt bona praecipua, uincat etiam veterem magistrum: gaudemus eam ciues habere tales multos qui eruditione et uirtute excellunt. Oramus autem filium Dei dominum nostrum Iesum Christum crucifixum pro nobis et resuscitatum custodem ecclesiae suae ut et Vniuersam familiam patris Henrici et patriam protegat et ipsum Henricum seruet et gubernet ac faciat eum σκεῦος ἐλέους organum salutare suae animae, Ecclesiae et patriae.

Data Viteberge 1551.

TESTIMONIUM HOMINIS GRAECI

Non odd. Venit ad nos in conuentu Ratisbonensi hic Franciscus

Mu..

Mugera uir Græcus quem cum animaduertissemq eruditè
loqui & scribere græca lingua multis de causis gauisi
sumq nobis cum eo Commercium esse sermonis ut de stu-
diis & Ecclesiis eius gentis q olim præcipuam artæ. uir-
tutis & pietatis laudem habuit quam interrogaremus.
Exposuit iter nobis se in oppido Arcadiæ cui nomen est
Vetus Patra natum esse ac in scholis docuisse tras &
ueteres græcos oratores & Poetas iuuentuti enarras-
se. Narrat .n. reliquias græcæ gentis quæ sparsæ
sunt passim, adhuc magna constantia ueram religionem
& Christi doctrinam retinere, etiam utcunq literarum possessio-
nem tueri. Postq autem illud oppidum in quo fuit
schola a Turcis captum est, & magna multitudo ciuium
crudeliter mactata ait se cum paucis diuinitus seruatum
hostium manus effugisse, ac maluisse sub regib. Christianis
exulare quam inter Turcas in patria manere qui ut
barbari uictores non solum superbe, sed etiam crudeliter
dominantur uictis. Et quoniam afficitur & calamitate
patriæ & plurimarum Ecclesiarum scripsit adhortationem ad
Inuictissimum Imperatorem Carolum, ut bellum Turcis infe-
rat ad liberandum concionem oppressam miserrima ser-
uitute. Cum autem & de Ecclesia & disciplina sciscis-
taremur satis erudite pleraq respondit, et ritus
ac sententias Ecclesiæ græcæ ita exposuit ut appare-
at eum in Ecclesiastica doctrinam institutum esse
pios ritus amore, & Christum filium Dei seruatorem
nostrum pio pectore colere. Cumq in ea familiari con-

suetudine

suetudine duorum mensium licuerit nobis eius ingenium considerare, iudicamus eum placidis et honestis moribus praeditum esse. Narrat autem et fratrem suum captum esse: ad hunc redimendum et liberandum ex barbarica servitute se petere Eleemosynam. Pium est officium moneri nos calamitate Graecae nationis quae non solum literis et arte reliquas gentes instruxit, sed etiam diu sustinuit ac repressit atque arcere à reliqua Europa Turcarum arma conata est, nec virtute superata sed quodam terribili fato concidit, quod et caeteris gentibus minatur similes clades nisi emendatis moribus iram Dei placabimus. Decet igitur nos de nostro periculo cogitantes ac defensionem à Deo petentes benigniores esse erga miseros Turcica crudelitate oppressos: ac praecipue levare aerumnas eruditorum studiosorum, cum Ecclesia Graecae linguae monumentis opus habeat. Bene Valete. Ratisbonae. die 9 Maij 1541.

P. M.

DECANUS COLLEGIJ FACULTATIS Medicae in Acad. Viteb. Augustinus Schurff Philosophiae et artis Med. D. omnibus lecturis has literas S.D.

Cum in Italiam profecturus esset vir honestus et cum in arte medica tum vero universa Philosophia praeclare instructus Andreas Aurifaber philosophiae Magister, existimavit nostri collegij testimonio sibi fore opus, cum alibi gradum et ornamenta doctorum in arte Med. pe-

petiturus esset. Honestissimum est autem maximeque dignum philosophis et studijs eorum qui philosophantur et honori favere. Et quia vere praedicare possumus ingenuos mores et eruditionem huius M. Andreae summa voluntate ei has literas dedimus. Diu nostrae Acad. nostra vixit et alibi diu magna cum laude in civitatibus regni Poloniae latinas et graecas literas docuit et consuetudine eruditissimorum hominum hominum in Germania usus est. Testamur igitur eum honestis moribus politum esse et auditorem fuisse medicinae doctrinae circa quinquennium, quo tempore et audivit nos diligenter et plantarum et aliorum remediorum notitiam sibi parare studuit. Nunc vero in Italia doctrinam parente, quae hanc ipsam philosophiam medicam inde usque a vetustis temporibus sola conservavit, et omnibus alijs gentibus in Europa impartivit. et nunc maxime eam illustrat audire doctissimos homines et videre artis usum et remediorum varietatem in solo uberrimo contemplari decrevit, quod ut facere ei autor fuit Illust: Princeps Dux Prussiae Albertus qui et studia multorum adiuvat et inprimis favet arti Medicae. Etsi igitur huic Magistro Andreae sua eruditio et virtus aditum faciant ad familiaritatem, amicitiam eruditorum et bonorum virorum, ubi studia eius et mores cognoverint: tamen ut initio complecti hospitem velint nec de fide eius dubitent hoc nostro testimonio eum bonis omnibus ac praecipue nostri ordinis commendandum esse duximus. Sperantes ingenium et industriam eius non solum in medicando, sed et in doctrina illustranda reipub. profuturum esse. Tales autem adiuvare in studijs et ornare summissimum est, maximeque dignum Philosophis

Ere officia sua docti & boni viri in hoc M. Andrea tuendo & ornando bene collocatum sunt. Datum in Acad. Vitebergensi 1544 fdib. Augusti.

EPISTOLA COMMENDATITIA

data cuidam Aethiopi. D. M.

Pro M. L. scripsit.

Non edit.] Fuit nobiscum in Germania. Dominus Michael Aethiops diaconus cum quo de re Christiana familiariter colloquentes audivimus eum cum Symbolo quod habet Ecclesia occidentalis recte convenire, nec de Trinitate aliud sentire quam quod sentit Ecclesia occidentalis, ideo quantum nos quidem possumus commendamus eum bonis viris. Nam etsi orientalis Ecclesia habet aliquas dissimiles Ceremonias. Tamen ipse quoque iudicat quod dissimilitudo earum non tollat unitatem Ecclesiae nec pugnet cum fide, quia regnum Christi est spiritualis iustitia cordis timor dei, & fiduciam per Christum. Hanc sententiam & nos probamus Compimus et ex eo quod ritus quem nos observamus in nostra Coena Domini missa convenit cum Orientali Ecclesia. Optamus autem ut dei gentes agnoscant & glorificent Christum & ei obediant vera fiducia misericordiae ipsius & dilectione proximi. Ideo rogamus bonos viros ut Christianam dilectionem & huic hospiti praestare velint. Witeb. 1534. 4. Non Iul.

S. D. OMNIBUS LECTURIS HAS literas.

Non edit.] Basilius de seipso narrat se adiisse praecipuas.

Ec.

Ecclesias, Alexandrinam, Byzantinam, et alias, ut
testimonia ueteris doctrinae inquireret, sicut alias utinam
extarent passim ueteris et purioris Ecclesiae monumenta.
Sed tamen cum doctis et pijs colloqui ualde prodest.
Hoc consilio suscipit iter hic Johannes Ferinarius natus
ex honestis parentibus in oppido Silesiae Nouo foro quod
non procul distat ab inclyta urbe Vratislauia. decreuit
audire eruditos et pios uiros in alijs regionibus. Ingenij
facultatem et eruditionem ipsius ostendunt poemata
quae extant, in quibus non solum forma orationis grata
est eruditis, sed etiam uoluntas laude digna est, quod
uenam quae est Dei opus, confert ad illustrandam ue-
ram de Deo doctrinam. Specimen honestorum morum
praebuit quod uixit in familia honestissima, ubi et
fideliter docuit, et integritatem eius omnes qui eum no-
runt, laudant. Et cum mihi familiariter notus sit, iu-
dico eum non solum naturae moderatione, quamquam et haec
in eo eximia est, regi, sed etiam a filio Dei, luce
Euangelij et spiritu Sancto. Ideo honestos uiros oro, ut
eum in hoc itinere contra iniurias defendant. Praesta-
bit .n. officia iusti et modesti hospitis. Et eruditis
spero ipsius colloquia grata fore. Talis est Ecclesia
uera Dei, coetus piorum consentiens de uera doctri-
na, et simul recte inuocans deum, et coniunctionem
piae amans etiamsi non est inclusus intra unius oppidi
moenia. Oro autem filium Dei dominum nostrum
Jesum Christum crucifixum pro nobis et resuscitatum

ac

ac sedentem ad dextram aeterni patris, uere colligentem aeternam Ecclesiam uoce Euangelij, ut nos omnes guber=
net & protegat. Datae. Anno 1560 die 23 Martij
quo die filij dei ante annos 1526 instituta sanc=
tissima συνοδίη fecit inter se & nos, & nos uo=
luit unum esse in deo.

Philippus Melanthon
manu propria.

S. D. OMNIBUS LECTURIS HAS
literas.

Non edit.

Apud Marcellinum legitur, Valentinianum Imperatorem repressis Alemanis imposuisse arces montib. uicinis Nicro. Non sunt autem uetustiora monumenta in ullis montib. Nicro uicinis, quam Heidelbergae, nec ad collocanda praesidia situs alibi magis idoneus est, quam duo illi uer=
tices in utraque Nicri ripa inter se oppositi. Et legi ante annos 52 in templo quod ibi in arduo monte si=
tum est, fragmenta uetusta latinorum uersuum. Ideo ex=
istimo fuisse ibi laudati illius Imperatoris arces, ac Hei=
delbergam delector non solum quia patria est, sed etiam quia ibi uetustae Virtutis monumenta & uestigia sunt, Habet autem & nunc uera ornamenta: Domicilium est Principum Electorum, uerae Ecclesiae, & Acade=
miae in qua omnium doctrinarum studia sunt. Natus est autem hic M. V. H. in Heidelbergae uicinia in Nusloch, & cum non sit doctrinarum expers in Aca=
demia patria & nostra recte didicit linguam lati=
nam

nam & graecam, & initia philosophiae, in quibus etiam doctrinam de motibus caelestibus, quae illustria testimonia de Deo ostendit, inchoavit. Ad haec studia adiunxit Ecclesiae doctrinam de qua constanter amplectitur consensum Catholicae Ecclesiae Dei, quem & nostra confessio & Illustrissimorum Principum Electorum Ducis Othhemici, & Ducis Friderici confessio recitant. Ac pietatem animi vera invocatione Dei & honesta morum gubernatione declarat. Quare eum omnibus honestis viris commendo, ac nominatim inclytae Academiae Heidelbergensis Rectoribus. Et maxime opto omnium Academiarum in nostris Ecclesiis semper esse pium consensum, easque semper in Deo unum esse. Scio omnibus bonis viris gratissimam esse sententiam quam ex veteri poëmate Plato citat: οὐ χρυσὸς ἀγλαὸς, οὐδὲ ἀδάμας οὕτως ἀστράπτει πρὸς ὄψιν, ὥσπερ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὁμοφράδμων νόησις. Datae Anno 1559 in Pascate, quae est ab Exitu Israëlitarum Pascha 3068. Tot annis continuis tam servavit Ecclesiam Filius Dei, Servabit etiam in hac vita deinceps, & post hanc vitam aeterna gloria eam ornabit, cum Deus erit omnia in omnibus beatis.

M. Melanthon
manu propria.

S. D. OMNIBUS LECTURIS HAS Literas.

Non editum

Utinam grati agnoscamus magnitudinem cum aliorum beneficiorum Dei, tum vero huius summi boni quod nos ad societatem Ecclesiae suae vocat, in qua nos sua templa

templa facit & sese nobis communicat propter filium & per eum, ut in tota æternitate fruamur ipsius luce, sapientia, iustitia & lætitia. Aliqui autem pie agnoscunt hæc bona, & Deum & filium eius dominum nostrum Jesum Christum celebrare student, inter hos est & Johannes Weselius natus in inclyta urbe Saxoniæ Hamburga ex honestis parentibus, cui ecclesia Hamburgensis, quæ in primis in fovendis civium studiis liberalitatem exercet, sumptus in Academia præbuit, ut autem in militia conservandæ doctrinæ hic Johannes Deo serviret, instruxit se cognitione latinæ & Græcæ linguæ & studiose didicit fontes doctrinæ Ecclesiæ Dei, & addidit artes ad docendum utiles, cumque amplectatur Consensum Catholicæ Ecclesiæ Dei quem & patria ipsius pie & constanter profitetur, ostendit animi pietatem vera invocatione Dei in agnitione & fiducia Domini nostri Jesu Christi, & honesta morum gubernatione, qui reguntur in eo non solum moderatione naturæ, quam habet placidam & disciplinæ amantem, sed etiam ab ipso filio Dei, qui voce Evangelii lucem suam in ipsius mente accendit & spiritu sancto cor eius Deo copulat, quare cum sperem hunc Johannem usui fore Ecclesiæ Dei, commendo eum honestis viris, præsertim in patria, quæ excellit studio fovendi bona ingenia. Sæpe cogito Deum singulari consilio Ecclesiam suam in hac senecta mundi præcipue collocasse in urbes Aristocraticas quia alibi magnæ vastationes seu Turcicis

sunt

seu ciuilibus bellis fient, sint igitur gubernatores in illis honestissimis urbibus Aristocraticis in conseruandis doctri-
nae studijs officiose, quas ut protegat Filius Dei Domi-
nus noster Jhesus Christus, custos Ecclesiae suae, toto cum
pectore oro. Datae Calend: Julij. anno 1556

Philip: Melanth.

S. D. OMNIBUS LECTVRIS HAS
Literas.

Non edit.

Vtrunque praedixit uox diuina in hac languida et delira mundi senecta et futuras esse maiores confusiones, quam fuerunt antea, et tamen certo filium Dei D. nostrum Jhesum Christum etiam inter impiorum ruinas, donec omnes homines ex morte in uitam reuocabit, collecturum esse aeternam Ecclesiam uoce Euangelij et non aliter seruaturum etiam esse aliqua Ecclesiae Hospi-
tia. Hac nos erectos colere doctrinae studia et gra-
ta est ei pietas, tum recte discentium, tum guberna-
torum et aliorum qui docentibus et discentib. opem ferunt. Quare et huius uiri honesti et eruditi M. Michaelis Stanbusij Witteburgensis uirtus laude digna est, qui recta studia et patriae et magnis commodis praetulit, et psalmi dicto obtemperet. Elegi potius in limine domus Dei habitare quam in tabernaculis pecca-
torum. Pclare nouit linguam latinam et Graecam et scribit solutam orationem et carmen. Et Phi-
losophiam studiose didicit. Praecipua uero eius cura semper fuit cognoscere fontes doctrinae de Deo, quare
con

confessionem Ecclesiarum nostrarum constanter et pie am=
plectitur, et animi pietatem vera invocatione Dei in
agnitione et fiducia Domini nostri Jhesu Christi et
honesta morum gubernatione declarat, quos quidem non
solum in ipsa diligentia, sed filio Dei Luce Evan=
gelij et Spiritu sancto regit. Specimen eruditionis et
virtutis honestum fuit in inclyta Academia Rostoch=
iana, et nostra. Utiliter etc. in utraque adolescentes da=
tos in familijs nobilibus erudijt. Cum igitur et possit
et velit docere, reverenter eum commendarunt illus=
triss: Principi et Dno, Domino Friderico Duci
in Schleswig et Holstein et Episcopo Hilsemen=
si et Schleswicensi etc. qui clementer ostendit
se industria eius usurum esse. Nunc quoque reveren=
ter hunc Magistrum Michaelem reverendo Collegio
Schleswicensi commendo et oro ut eum scholae sui col=
legij praeficiant, qua in re Deo iuvante, utiliter con=
sulent studijs iuventutis in patria. Sciunt autem om=
nes necessariam esse conservationem literarum et doctri=
nae generi humano traditae. Datae Anno 1556
In pentecoste quae est ab exitu Israelitarum pentecoste
3065 Tam diu cum servaverit Deus Ecclesiam
mirabiliter. Speramus et deinceps servaturum esse.

Phil: M.

S. D. OMNIBUS LECTURIS HAS
Literas.

Non edit.] Utrumque praedixit Filius dei, Dominus noster Jesus
Christus

Christus et futuras esse maiores regnorum dilacerationes in hac ultima senecta mundi, quam fuerunt antea, et tamen se Ecclesiam aeternam etiam inter has ruinas regnorum voce Evangelij semper collecturum esse, et vult ob eam ipsam causam studia doctrinae coli, nec sinit ea interire. Itaque sapienter feramus aerumnas communes, et bona cum spe studia doctrinae tueamur, ac sciamus labores nostros non fore irritos. Hac spe hic Vencesl*aus* Orphalus, natus in oppido Boiemiae Luna, colit studia literarum, et servire Ecclesiae dei in docendo cupit. Praeclare igitur instructus ipse eruditione in lingua latina et Graeca, et in Philosophia et doctrina Ecclesiae Christi. Praecipue vero exercuit se in parte philosophiae praestantissima et dulcissima, quae motuum et effectionum coelestium rationem ostendit, qua in re et consilium eius laudandum est, et vis ingenij conspicitur. Scit autem expetendam esse doctrinam ut verum Deum recte agnoscamus et celebremus, et mores honeste gubernemus. Ad hos fines et ipse refert literarum studia, ac pietatem animi erga deum vera invocatione, et honestis moribus declarat. Quare eum bonis viris omnibus commendo. Semper eximia fuit iusticia, gravitas et constantia gentis Boiemicae, et has virtutes in defensione verae doctrinae ante annos centum declaravit. Extant enim monumenta certissima, quae ostendunt sententias veras ab illis viris fortissimis defensas esse, qui stolas suas in sanguine agni laverunt. Tamen honestissimarum rerum memoria nunc quoque moneat

neat multos, ut amantes studia doctrinae maiore benignitate tueantur. Precor autem filium Dei dominum nostrum Jesum Christum ut hunc Vencesláum gubernet, ut faciat eum σκεῦος ἐλέους, et organum salutare suae animae et Ecclesiae. Datae Cal. Septembris Anno. 1551

Philippus Melanthon
manu propria.

witeb. Edita Cantionib. latinis editis A° 1554: a M. Venceslao Nicolaide Bohemo.

LECTORI S. D. PHILIPPUS
Melanthon.

= edit. Voluit Deus certo consilio nota esse initia generis humani, ut sciamus nos non casu ex atomis, aut ex terra, aut ex lapidibus a Deucalione & Pyrrha iactis ortos esse; sed ut agnoscamus simul et conditorem Deum, et patefactiones divinas, et Ecclesiae initia. et doctrinae propagationem. Et sacri libri multas origines multarum gentium ostendunt, ut veterum Ebraeorum, Chaldaeorum, Aegyptiorum. Nec dubium est Graecos ortos esse a Iavan filio Japhet, a quo Ionia in littore Asiae nominata est. Ex Esaia etiam et ex aliis testimoniis Propheticis certum est a Cethim ortos esse Macedonas, et a Dodanim Dodoneos. Sunt et aliarum quarundam gentium origines certae. Sed cum anni sint a diluvio Noae ad bellum Troianum mille et non multo plures, apparet quingentis annis ante id bellum magnas dissipationes gentium, quae post diluvium natae sunt, factas esse.

esse. Etsi autem nobis quidem satis est scire initia
generis humani scripta in libris diuinis, nec necesse est
deinde singularum facultatum origines nosse, tamen dul-
cis est patriae consideratio. Gens Heneta, quae nunc Bo-
hemiam tenet, olim uicina fuit Phrygiae, ut ex Homero
manifestum est, postea infusa in Illyricum, et progressa in
Sarmatiam ac Germaniam, Europae magnam partem com-
pleuit. Nec uero armis tantum constitui imperia pos-
sunt. Quare consentaneum est intellectum iusticiae et ciui-
lium officiorum et disciplinam honestam in ea gente sem-
per fuisse, cum quidem Ioniae genti in Asia, quae ar-
tium cultura, et omnibus ciuilibus ornamentis supera-
uit plurimas gentes, permixta fuerit. Nunc quoque pulch-
ritudo urbium et grauitas disciplinae in Bohemia osten-
dit magnam fuisse maiorum sapientiam et uirtutem. Ac
multis seculis fortitudine et usu militiae gens Bohemi-
ca uicinis omnibus antecelluit. Cumque ante annos
centum ibi multa membra doctrinae Christianae illustra-
ta sint, studia literarum floruisse in ea gente suspicer,
qua in re Doctores pietatem suam eo ostenderunt,
quod omnibus periculis confessionem ueritatis prae-
tulerunt. Nunc quoque multi boni et docti uiri in fa-
miliis nobilibus et plebeiis ibi nati, uel studia literarum
passim iuuant, uel regum consiliis intersunt. Extant
scripta luculenta Nobiliss. d. de Hassenstein. Pro-
fuit uniuersae posteritati Sigismundus Gelenius, natus
in

in nobili familia gentis Bohemicae, qui adolescens
Venetijs doctissimum senem Marcum Musurum, et dein-
de Bononiae Camillum audiuit. Postea Basileae fa-
miliaris fuit Erasmo, et adiuuit editiones optimorum autorum
in quorum emendatione non solum diligentiam et fidem eius
sed etiam eruditionem et in iudicando prudentiam lauda-
ri necesse est. Possem ostendere in Plinio multas sen-
tentias feliciter ab eo restitutas esse. Cum toties fiat
Byssi mentio in libris Propheticis et Apostolicis di-
ligentia digna est homine studioso, considerare quae res
sit Byssus, et cur tantopere celebrata sit. Materiae
nomen est. Nascitur enim in Palestina, generosissima la-
nae species in folliculis, ut sunt Papauerum folliculi.
Inde fit mollissima et candidiss. linea uestis, quae non
consumitur igni, sed purgatur flammis, ac hodie Vene-
tis nota est. Hanc Plinius describit lib 19, ubi codices
caeteri legunt, Stipula quaternis denarijs Gelenius
ex uetustis codicib. recte posuit Scriptula, id est, tan-
tum, pondus, uenditur quaternis denarijs, ut tan-
tum auri. Significat enim Plinius aequalia Byssi et
auri pondera, aequali precio uendi. Non addam plu-
ra testimonia diligentiae ipsius, sunt enim in conspectu
studiosis lectorib. Nunc tantum haec recito, ut iu-
niores sciant, quae fuerit huius Gelenij patria, et ubi
adolescens eruditus sit. Adiunxerat autem ad erudi-
tionem optimos mores, ueram Dei inuocationem, iusti-

tiam

ciam erga omnes, castitatem, modestiam, candorem, ac in omni actione moderationem, conuenientem uiro bono et erudito. Dico Basileae omnibus uiris honestis fuisse carissimum. Dic etiam apud Joachimum Camerarium et apud me uixit, ut colloquia eius de doctrinis iucundissima essent et nobis et alijs, atque utinam possem ipsius filijs declarare meam erga ipsum beneuolentiam. Editio etiam harum Cantilenarum multos bonos et doctos uiros celebrat. Justissimum est autem fauere aliorum uirtuti, et optare ut omnes simus VNVM in Deo. Vere itaque toto pectore oro filium Dei, ut Ecclesias Bohemicas, in quib. olim fulgere lux Euangelij coepit, et nostras perpetuo coniungat, ut uno spiritu et una uoce ipsum celebremus. Bene uale candide Lector. Anno 1554 die primo Augusti, quo Esdras ingressus est Jerosolymam rediens ex Babylone. Anno 457 ante Natiuitatem Christi ex mente mea, 96. annis si addes 33 usque ad tempus passionis et resurrectionis Christi, habes annos 490 qui sunt Hebdomades Danielis quo numerus annorum congruit ad magnas mutationes fatales plurimorum Regnorum.

Denn Erbarn Weysen, furnehmen Herrn Burgermeystern und Radt der loblichen Stadt Hamburg meynen gunstigen Herrn.

Eberts

Gottes gnade durch seinen Eingebornen Sohn den
Jhesum Christum unsern Heilandt und warhafftigen Hel-
fer dir vor . Erbarn weise, fürnehme günstige herrn,
Der Son Gottes Jhesus Christus der uns den himlisch-
en gottlichen Radt von unser Erlösung gnediglich offen-
bart hatt, spricht unter andern reden, verwarunge,
das uns zur letzten Zeyt grosse unruge und Zerrüt-
tungen auf Erden sein werden, den zuvor gewe-
sen, Darbey aber gibt er auch trost, Er wolle gleich
wol seine kirchen nicht vortilgen lassen, und das die
selbige soll und wirdt bey denen bleyben, da rey-
ne lehr des Euangelij gepredigt wirdt. Dieses ist
der hochste trost, den wir in diesen schrecklichen
zerrüttungen haben mügen, das wir gleichwoll wiss-
en, das gott bey uns bleybet, und wo und wie wir
ihn anrüffen sollen, und das die anrüffung nicht
vergeblich ist, das wir auch gewisslich Erben sein
der Ewigen seligkeyt: In dieser gewissen
hoffnung sollen wir Christliche lehr fur und
fur pflantzen, und ist Gottes wille, das die Re-
genten der armen Jugendt zum studio helffe-
then.

Nun hatt der wirdige Magister Johan Schütz,
der Ersten Christlichen kirchen neben andern, auch
treulich dienet, seyne Söne im studio, die bey-
de Wolzüchtig und züchtig sindt, und loblich stu-
dieren, und in sonderheit hatt der Elter den

Lob,

löblichen künsten und christlicher lehr solchen grundt
und verstandt, d(as) er itzundt nützlich arbeitet mit
lesen und unterweisung anderer in sprachen und ehrlich,,
en künsten, und hoffet er werde der erhaltung
nötiger und christlicher lehr, mit gottes gnade, nütz,,
lich dienen. Dan er ist auch mit natürlichen ga,,
ben ingenij wolgezieret, und damit er dest mehr
ursach habe, zu guter übung, hat ihm die Uni,,
versitet mit dem gradu Magisterij ein ehrlich zeug,,
nis geben. Nun wissen ewer Erbarkeit des Vaters
armuth und treue arbeit in dieser kirchen, der,,
halben bitt ich gantz fleissig, ewer Erbarkeit
wolle den gedachten seinen Sohn, der gottfürchtig,
wolgelehrt und guter sitten ist, und itzundt in der
unterweisung anderer nützlich dienet, günstiglich
und väterlich lassen befohlen sein, und im Studio
hülff thun. Den diese Erbarkeit, als wei,,
se Regenten, sehen d(as) solche arme kinder, als
weisen hülffe bedürfften. Ich zweiffel auch
nicht, Gott gibet ewer löblichen Stadt und euch
und den Ewern, für solche wolthaten friede
und selige Regierung, desto reichlicher, wie der
Sohn Gottes gesprochen hat, Wer dem geringst,,
en unter den meinen einen trunck wasser gibt
umb der lehr willen, der wirdt gewißlich belohnung
empfahen. Derselbige warhafftige Heilandt, der
Sohn Gottes Jesus Christus, der für uns gecreutzigt
ist, und wiederumb aufferweckt und für Regi,,
ren

ren vnd Zuchthelffern, wolle Euer loblichen Stadt,
Kirchen, auch vnd die eweren gnediglich bewahren
vnd Regieren. Datum Wittenberg 17 January
Anno 1557.

Euer Erbarkeiten
williger.

Philippus Melanthon.

An den Konig in Dennemarck. Gottes gnad durch seinen eingebornen Sohn Jhesum
Christum vnsern Heilandt vnd warhafftigen helffer
zu vor, Durchleuchtigster Grosmechtigster gnedigster ko-
nig vnd Herr, E. K. M. bitt ich in vnterthe-
nigkeit diesen meinen bericht gnediglich anzuneh-
men, vnd ist war dz der wollgeborne Graff vnd
Herr, Herr Volrad, Graff zu Manßfelt Zei-
ger dieser schrifft, herrn Jacobum Basilicum ge-
bornen Herrn vnd Erben der Inseln Samos vnd
Paros in Asia, aus Frankreich mit sich gebracht,
vnd ihn bey sich gnediglich in die zehen Monat ge-
halten, die zeyt er bey mir vnd andern bey wei-
len gewesen, den er ist in Griechischer sprach wol
geubet auch woll gelert, vnd hat in Mathematica
ziemlichen verstandt, hat auch guten verstand Christ-
licher lehr, vnd ist der lehr in vnsern Kirchen zu-
gethan, als er nun bey vns gewesen, habe ich sei-
ne Zeugnis die er aus Greckenland mit sich
bracht

kraft vnd recht hat, welche beweisen seine ankunfft
vnd gerechtigkeit an Samos vnd Paros, welche
der Türckisch Tyran Solimus seinem Vetter ab=
genommen hat, vnd sind sein Vatter, Mu=
ter vnd ein bruder zugleich ermordet worden,
sein großvater Basilius ist gen Rhodis entkom=
men. aber dieser Jacobus ist als ein junger knab
in creta in der schul gewesen bey Hermodoro, welchs
name mir wol bekandt ist.

Als aber dieser Jacobus gern sein elend kay=
serlicher Maiestat hat beklagen wollen, ist er als ein
kriegsman mit dem wolgebornen Grauen vnd Herrn,
Herrn Günthern grauen zu Schwartzburg in das
niderlandt gezogen, hat sich da loblich gehalten,
in schlachten vnd sonst, wie er zeugnis hat von kay=
serlicher Maiestat vnd von Grauen Günthern, ist
auch zu Ritter geschlagen. Nuhn wolt er am liebste
ein weillang Eurer königlichen Maiestat dienen, dan
der vom Bapst ein prognosticon gestellet, das etlichen
nicht gefellig, er hat aber vertröstung vom Patri=
archen zu Constantinopel, der ihm verwandt
ist, sein vaterlandt widerumb vom Turcken zu
erlangen, Mittler zeyt bitt er vnterthenigklich
vmb dienst bey E. K. M. dieweil er dan
gute zeugnis hat von seinem stam, gerechtig=
keit, vnd guten sitten, vnd ich in nicht anders dan
warhafftig vnd züchtig gemerckt vnd er ein ver=
jagter Weiß ist, hab ich ihm diese schrifft zu

einem

einen zeugnus mitgeben, vnd bitt derer E. M.
wolle mir dieses mein schreiben gnediglich zu gut
halten. Der almechtige Sohn Gottes Jhesus
Christus der vns Waysen vnd verjagte Gottfurch-
tige menschen befohlen hatt, wolle E. K. M. vnd
E. K. M. Konigin vnd Junge Herrn vnd Furst-
in allezeit gnediglich bewaren vnd regiren vnd
an leib vnd seel stercken. Datum [?] den 7 tag
Junij 1556.

E. K. M.

Vnterthenigster
diener

Philippus Melanthon.

Denn Erbarn, weysen vnd vornehme
herrn Burgermeistern vnd Rath der
loblichen stadt Rostoch, meinen gunstig
herrn.

Gottes gnad durch seinen Eingebornen Sohn Je-
sum Christum vnsern Heilandt vnd warhafftig
helffer, vnd ein neu frolich Jahr zuuor. Er-
bare, weyse, vornehme, gunstige Herren, lieber
Erbarkeyten, als weyse Christliche Regenten
wissen, das Gotliche weisheit selb fruhzeit ver-
kundigt hatt, nemlich das in diesem letzten
schwachen alter der welt grosser verung[?]
sein

sein wirdt, den zu vor gewesen ist, dz aber gleich=
wol der almechtige sohn gottes Jhesus Christus ihm
geistlich hir vnd für, biß zu vfferweckung al
ler menschen auß dem todt ein ewige kirchen durch=
Euangelium vnd nicht anders samlen wille, vnd er=
helt, darzu etliche zimliche Regiment. Nicht
ist vor augen dz gott auß besondern gnaden, seine
kirchen vnd lehr in die grossen stadt dieser landt
gnediglich gesetzt hat, dz sie wider künfftige
verwüstungen von Türcken, vnd andern dennoch
herberg haben, darumb thun diese Oberkei=
ten Gott einen wolgefelligen dinst, dz sie in
solcher loblichen stadt, kirchen vnd Vniuersitet
mit tüchtigen Personen bestellen, vnd zu gottes
mit Segen gnad, dz durch die Vniuersitet zu
Rostoch bey den nachkomen, in vielen landen christ
liche lehr vnd andere künsten lang erhalten werd.
Es haben aber ohne zweiffel diese Oberkeiten
den achtbarn vnd hochgelerten Herrn Doctor
N. von Lindow, seliger gedechtniß, wol erkant,
der in Jure fürtrefflich gelert gewesen vnd
in den regimenten bey den alten Churfürsten zu
Brandenburg, vnd hernach in den loblichen Stedte
Brunschwigk vnd Magdeburg allen Doctoren vor=
gezogen gewesen von wegen seines hohen ver=
standts vnd seiner Erbarkeit, dieses sohn Doctor
Johan: von Lindow hat loblich studiret in Ita=
lia vnd sonst, hat auch in der Vniuersitet zu Wit=

tenberg

tenberg in fure muglich gelesen, von diesem herrn
Doctor Johan von Embden hab ich vernohmen der
an stadt des achtbarn hochgelerten herrn Doctoris
Antonij in ewer loblichen Vniuersitet zu lesen vnd
sonst E. Erbarkeit zu dienen geneigt ist, vnd
ist gewisslich war, das er ein besondere geschicklichkeit
hat zu lesen, vnd hat lust dazu, vnd wurde
ohn zweiffel dem Studio Juris also guter forde-
rung thun, auch ist er ein ehrlicher gottfurchtiger
man, vnd in ratschlegen zu gebrauchen, dis
zeige ich guter meinung an, der loblichen Vni-
uersitet zu gut. Vnd bitt E. E. wolten
ihn fur andern in diesem standt gebrauchen,
vnd bitt auch E. E. wollen die Obligation
bey gantzem leben in diesem dinst zu bleiben
nicht begeren, in betrachtung das tuchtige leut,
sonst sich mit solcher Obligatio nicht leichtlich be-
laden. Der almechtig gott wolle ein gnad
verleihen, vnd wolle auch die lobliche stadt Rostoch
sampt kirchen vnd Vniuersitet vnd E. E. vnd
alle die ihren gnediglich bewahren. Datum
29. Janua: 1556.

E. E. williger

Philip: Melanth

EXIMIA DOCTRINA ET VIRTVTE
praeditis, Magnifico domino Rectori et
senatui Academiae Pragensis.

Non editu[m]

S. D. Semper tribui singularem grauitatem genti Bohemi-
cae, ac huius mei iudicij cum alios habeo testes multos, tum
uero maxime doctissimis uiris, Grhmio & M. Henrico
Curiensi perspectam esse meam mentem arbitror, cum quibus
de maiorum uestrorum pietate & constantia, qua in de-
fensione uerae sententiae usi sunt, deque religionis doctrina, saepe
prolixe collocutus sum. Itaque cum essem a uobis petitu-
rus officium, quo ad rem literariam pertinet, sperabam uos
pro uestra grauitate & uirtute, non defuturos communi
utilitati, praesertim cum uos qui ad patrios mores, eru-
ditionem adiunxistis, magis etiam deceat fauere publicis
studijs. Exponam igitur breuiter quid petam. Toties
iam editus est liber Plinij de natura rerum, seu ut alij
titulum addunt Naturalis historiae. Nec infeliciter
multorum doctorum linea atque animaduersione detersae sunt
in eo autore Plinianae mendae. Ut autem nitidior possit
edi, conquirunt undique Typographi uetusta exemplaria,
qui cum audierint in Bibliotheca Academiae uestrae
Codicem Plinianum peruetere esse manuscriptum, pre-
catio aliquantisper uti illo cupiunt optima fide uobis
redditurj. Quare uos etiam atque etiam rogo, ut eius
codicis usum nobis aliquantisper concedatis, ac Plini-
um his proximis Lipsicis nundinis Lipsiam adui-
rum doctiss. M. Casparum Bornerum, professore

Aca-

Academiæ eius urbis, mittatis. Non leuiter merentur de re literaria, qui adiuuat editionem Plinij. Cum enim magnam naturæ partem complexus fuerit sit animantia, plantas, metalla, multiplicem doctrinam continet. Nec profecto unquam autor extat illus, apud Græcos et Latinos locupletior. Equidem illum legens in plantis, uideor mihi non tantum in horto aliquo amœnissimo uersari, sed intueor animo totam naturam, ac admiror illam infinitam Varietatem opificij, rerum ποικιλίας utilitates, quarum cogitatio me de opificis sapientia et de prouidentia admonet. Nec dubito quin similem uoluptatem ex Pliniana lectione plurimi capiant. Sed utilitas est magna, multis alijs scriptoribus lumen adfert, certe, nec Aristotelem, nec Galenum, nec Dioscoridem sine Plinio intelligere possemus. Hic enim appellationes rerum et descriptiones in latinam linguam transfudit, nec aliunde eas mutuari possumus. Quare magnopere uos oro, ne deesse uobis officium uestrum in iuuanda editione Plinij patiamini. Olim ciuica corona donabatur, si quis seruasset in acie ciuem: At maior laus est, tot bonos autores simul seruare, Plinio restituto. Multumque omnes docti se debere urbis iudicabunt, et uniuersum nomen Bohemicum, propter hoc beneficium uestrum, magis amabunt, quod quidem prædicabimus in præfationibus summa tamen gratitudine ut cum optimo autore laudes uestræ coniungantur.

Quæso autem, ut per hunc tabellarium mihi significetis, quæ de Plinio mittendo spes facienda sit Typographis

phus. Ego polliceor eos optima fide codicem reddituros esse. Bene et feliciter valete, et meas literas boni consulite. Vitebergae die 9 Decemb. 1538.

Philippus Melanth:

AD SCHOLARCHAS ARGENTINENSES.

~~Non editus~~

Non est Melanthonis

Nobilissimi prudentissimi, clarissimi Viri Domini Scholarchae Academiae nostrae Patroni: Quanta ignominia duobus concionibus a Joanne Fabro ego cum ipsa Academia: ut repetere istud sit necessarium. Et quanquam hae conciones non solum cum infamia nostra coniunctae sunt: sed etiam periculum Vitae & mihi & studiosis nobilissimis adolescentibus crearunt: usque adeo magnum, ut domo mea exire non possim nisi praesidio comitum discipulorum ad scholas velim descendere: tamen dissimulandum potius putavi: quam videri novas causas dissidiorum quaerere: Cogitans mihi patiendum esse: quod vos Scholarchis patroni & Senatus domini nostri concionatoribus concederetis. Nam non solum Faber apud S. Thomam: sed etiam in caeteris templis parochialibus nostris & Diaconi adversus nos sunt debacchati: ut credere non queam: quum & haec relata ad Senatum & ad vos sint. Cur igitur non ferrem quod vos ferendum duxitis? Sed quoniam video ab adversariis & accusatoribus meis nullum modum neque finem fieri: & quotidie periculum augescere, putavi hoc libello supplici auxilium & consilium

n

a uobis petere: & meliorem uiam ingredi, quam ipse
Faber est ingressus. Nam quae res est ad Academicum
conuentum pertinent in huiusmodi scholis perturbationibus
eas Faber continuo ad populum & ad plebem atque tur-
bulentas conciones retulit: & ita retulit, ut omnibus
notum est: de quo si respondendum mihi esset, facile
ostendere possem omnibus mortalibus, quales homines sint:
cum quib. mihi est negocium & lis: ad quam inuitus
ut nostis sum pertractus. Ego semper studiosorum petu-
lantiam coercendam esse putaui: & quam seuere ipsos
ad modestiam & ad amicitiam cum ciuib. colendam hor-
tatus sim: quam etiam grauiter animaduerti saepe curaue-
rim: possem multis exemplis & testimoniis: multis eti-
am scriptis & declamationibus demonstrare. Et haec
omnia cum summa laude Senatus nostri & praeclari be-
neficii, quod a Resp. accipiunt: idque annis iam tam
multis: & tam constanter cum perpetuae liberalitatis
significatione. Retinui hanc rationem annos iam 44.
usque ad hoc ipsum tempus: usque ad hunc diem, usque ad
hanc horam & hoc temporis momentum. Adhuc
enim coercendos puto. & si qui sunt qui per hos
dies peccarunt grauiter, in his castigandis ego ope-
ram meam Decano & Visitatoribus non denegabo:
quemadmodum non denegaui antehac unquam quo-
ties fuit necessarium. Quamobrem si quid a scho-
lasticis peccatum est, non id mihi Faber ascribere
de-

debebat: aut si ego peccaui, id potius ad conuentum Acade-
micum, quam ad populum referri oportebat. Scitis etiam decre-
tum Academiae nostrae, quod factum fuit: cum Schadig pas-
tor apud Petrum Seniorem, similem concionem aduersus
me & scholam nostram habuisset: quo iubentur omnes Pro-
fessores, omnes Theologi & Pastores rixas & uitia schola-
rum non ad populum turbulentis concionibus referre: & a con-
cionibus ad senatum transuolare re non communicata: neque
cum Academico consilio: neque cum collega praesertim
Uicino ut 12a. huius mensis mecum est factum. Deinde
scholasticorum peccata in scholis castiganda sunt, non exag-
geranda in concionibus. quam istud decretum in causa Scha-
diana factum: a Fabro structum sit istis concionibus
Videtis, & quantum profecerit apud Schadium Vestra
autoritas animaduertitis: cum tamen & Faber adfuerit
in illo tum conuentu: simul etiam Schadius: & caete-
ri qui in Theologico conuentu primas tenent. Faber
uero non contentus suis infestis concionibus ad Sena-
tum nomen meum defert, & totam familiam meam
sceleratae factionis insimulat. Quid enim grauius dici po-
test, quam suspiciose conqueri. Noua huius mensis
pro foribus meis quosdam studiosos cum gladiis partim
in humeris, partim sub axillis stetisse. Stetisse etiam
unum ex illis in finibus domus meae ueste nocturna:
qui Fabrum ad disputandum prouocaret: Fabro
obiecisse quod in disputando nihil possit. Neque
Fabrum, neque Johannem Thomam pastorem apud

D.

D. Nicolaum latine loqui posse. Et quamquam quidam astans pro ianua uitro ipsum retrahere conabatur: tamen restitisse & clara uoce conuiciatum esse: Fabrum foedum os esse: & foedum halitum hominis effundentis multas Venenatas uoces: obiecisse et Fabro, ante annos aliquot Deum fulmine de coelo in ipsum deiecto animaduertisse; Et haec omnia ex domo mea sibi creata mala. Ego huc usque nullam unquam significationem dedi uel ipsi Fabro, uel uxori, uel liberis uel famulis ipsius: animi alieni uel offensi. Confido etiam Fabrum nihil conqueri posse de ancillis aut famulis meis. Scio cum omnibus ciuibus tum inprimis cum Vicinis: colendam necessitudinem, amicitiam, charitatem, & conseruanda officia, quae nunquam a me aut a meis ipsi negata fuerunt. Itaque uehementer dolui, cum D. Consul & D. Praetor istud mihi per Decanum M. Ludouicum Hauuenreuterum, & M. Junium Professorem Rhetoricum, & M. Hugonem Baurum Notarium Academicum significaret. Et cum omnes de familia mea interrogarem, intellexi ad Johannem Bleydnerum praeceptorem Marquardorum nobilium & generosorum adolescentum pertinere: qui eleganter doctus uir est, & qui etiam criminis suspicionem putat Viro bono debere turpem uideri. Is longe diuersa narrat, & testem facit ipse Philippum Michaelem Beutherum Domini Beutheri filium. Is enim solus ei astitit pro foribus & nulli praeterea: nulli

cum

cum gladijs, nulli gladij. Neq recusat Bleydnerus cam hanc legitimo iudicio defendere. Ego ad me philippum Mi, caelem uocaui: uobis integrum est illum audire. quod uero addit duos meos conuictores domesticos cum gladijs uestigijs eius ita insistisse, ut uim Catincam metueret: id falsum est, & inimici mei confictum crimen. D. Consul & D. Praetor audiuerunt duos ex conuictorib. meis, ad quos haec pertinebat suspicio, qui istud a se factum perne, gant esse: factum istud melius cognosci postulant: neq caeterorum quicquam fatentur a se uel tentatum esse. quod lachrymans de his rebus in senatu absentes ac cusarit: ego de lachrymis illius, cuiusmodi sint iudici, um non facio. Oes Roscij, oes Comoedi, omnes Tragoe, di, quoties uoluerunt lachrymari potuerunt. Non quia lachrymauit, id circo illius cā bona: & mea mala est: sed quia falsa crimina sunt intenta in me & in adolescentes: illius cā bona uideri non debet. Ego uero habeo, q conquerar, grauissima. quis -n. Vir bonus aut prudens laudare superiorum dierum conciones posset, aut quis posset dre, eas non esse seditiosas. quam uero aperte me ita descripsit, ut me, um nomen nominare non fuerit opus. Eodem modo contra me clamant, quo Eutythei contra Patres pri mae & purae & eruditae Ecclesiae: Nos posse et illos referre gloriam filij Dei, quam ipse Eutyches conaba, tur amplificare & dre: Deum & non hominem esse.

Thom.

Christum. Hic isti dicunt, me gloriae dei hostem esse: prop-
terea quod nego, corpus Christi in omnium arborum folijs
& in omnibus cantharis Cereuisiarijs esse. Istud aduersus
me pro concionibus non uerentur dicere, cum magna plebis
D. pter fabrum & alias hesterna adhuc concione &
superioribus plerisque Liphcius fecit cum magna plebis
commotione contra me & scholasticos nostros, ita ut non
desint, qui cedem minitentur. Ego quia Senatus istud
fert, & uos etiam dissimulatis, respondeo: quod Jacobus
Sturmius Casparo Romlero respondit. Ego uero, quum
Senatus fert. Et uos ego excusatos habeo: sperans uos
non absque re tacere: sed etiam sum destitutus auxilio
Visitatorum, quorum esset conuentum Academicum prop-
ter has turbas a uobis postulare. Sed Georgius Ob-
rechtus socerum suum ueretur. Hauuenreuterus non dis-
simulat me obstitisse, quominus superioribus quinque annis
Decanus factus sit. Junius uere fert, quod ego Ob-
rechtum maluerim quam ipsum Canonicum esse. Bosch-
ius quod Junium sibi praeposuerim in professione Rhe-
torica publica. Id uero quam immerito uos scitis. Istud
uos scire uolui: ut uobis non mirum uideatur, si a uo-
bis auxilium petam. Peto igitur primum, ut quum Faber
me non obscure petierit, & domum meam Senatui in-
uisam reddiderit: hanc meam epistolam in Senatu reci-
tari curetis per Dominum Praetorum Joannem Philippum
Kettenheimium, quum huic & consuli haec cum contra
domum meam commissa est. Deinde ut conuentum Aca-

demicum

demicum habeatis et uideatis, ne maius scholæ detrimen-
tum accipiat, et mihi et nobilissimis adolescentibus ueniat
ulterius periculum: idque ex decreto, quod in cum Schadia-
no factum fuit. Vehementer istud a uobis peto, quo
magis omnibus me auxilijs destitutum uideo. Quid post
formulam Concordiæ, si a uobis uestra subscriptione ap-
probetur, fiet? cum ante subscriptionem ita sæuiant
in concionibus. An non idem nostræ Academiæ erit exi-
tus, qui est Heydelbergæ, Ihenæ, Lipsiæ, Witebergæ?
Vtinam id uel non me uiuo, uel potius uobis scholarchis,
uel hoc sapientissimo Senatu Reipub. administran-
te accidat. Argent. 19a Xbris.

VRBANO REGIO MAR-
tinus Luterus

Gratiam et pacem a Deo per Christum. Vestes meas (si apud
te sunt) harum literarum latori committe: is integra fide
ad me feret. De concilijs futuris certi habeo nihil. De re
autem Sacramenti certa est mihi sententia, atque ut animum
meum scias Vrbane doctissime, nihil est quod constantiam
meam augeat. Confido ego in Domino, quod certior te sim in
docte Regi. Et ut ingenue fatear, non me mouerunt rationes
tuæ, quas iam indies cogor audire a rusticis singulas atque
sub eodem pene ordine temp. Nec Zwinglij liber lectus
quicquam in me efficit eorum quæ tu sperabas. Gratias Deo. Pessime
uero agitis uos, Viri alioqui doctissimi, qui simplices et
indoctos ita tentetis. Verum tamen pietas ad omnia
ualet etiam ad cognitionem insidiarum uestrarum, contemp-
tumque earum. Reddetis autem rationem aliquando supremo

Iudici

Iudicii de seductione tot animarum quas perditis, perditi homines qui simplicem Christi candidumque sermonem tot dolis adulterare non horrescitis, in scirpo ut dicitur nodum quaerentes. Et non terret vos exemplum Carlstadii, ut de exemplo Monetarii interim taceam. Incepit et Zwinglius in simile iudicium labi, aperte insaniens in libello de peccato Orig: Itaque oculis nostris considerabimus et retributionem peccatorum videbimus breui spero. Labatur qui labitur interim. Ego tam instabilibus scriptoribus nihil fidei adhaberem, etiamsi nulla mihi esse facultas iudicandi rationes et autoritates vestras. Quis te mouit ut primus omnium scriberes in impietatem istam: parcam tibi hic ut non dicam quod sentio, Cui tibi nemo parcere deberet, qui parcere non velis miserrimis hominibus qui te audiunt. Haec scripsi pro confessione veritatis Christi quae si te offendunt, offendant. Sane omnem talem esse sensi, ut ad nos redire non velis si quando te certissimum esse fateris. Et ut amplius tibi dicam, cui non satisfacit Lutherus contra Carolostadium? Non est pagina in eo libello, qui non praestet omnibus libris tuis. Vestes meae etiamsi perdantur non magnopere curo cum pro ulla ex re modo impietatem vestram comendam esse censeam. Vale 1526.

RESPONSIO URBANI REGII.

Accuratas tuas literas, frater in domino, accepi, quibus probe tractasti tuum Urbanum, si modo tuum esse pateris quem perditum vocas. Scribis te certiorem esse nobis. Ageham certis,

certitudinem tuam & mihi reuela, non somnia cerebri tui quia mihi coram tremulus recitabas. quid si rustici ea in re te sint certiores, qui tuum fratrem non uile meritum, ceu lupam abominaris. Doctissimos nos uocas: quasi uero nos hanc laudem hostis ambiamus magnopere. Stultissimum si lubet uoca & coinquinamentum orbis, modo perditum non uoces. Hoc te Augustinus docuit tuus, ut de me fratre desperes? cum nullum uestigium deprehenderis peccati ad mortem. Quae uero sunt insidiae nostrae? Nonne aperto marte pugnamus. Prodi tu lucifuga, & scribe ut ad ueritatem reducas perditos, si potes. Animas tuo iudicio seducimus. Age scribe, doce meliora, tum cum tuis & liberis reuocauero uia. Adulterare uero sermonem Dei adeo non conor, ut mori malim quam tali crimine ueraciter polluj. quid Carlstadium mihi commemores te longe doctiorem, & forte non minus Christianum? Zwinglij libellum facilius riseritis quam refutaueritis. Et quis te coegit instabilibus scriptoribus credere? Nonne Canonicis scripturis creditur tuto? Si ijs recte utimur, cur lacessas? si perperam, cur non ostendis? Num dulcia nobis erunt haec conuitia quibus me aspersisti. Vide quid Augustinus retractarit, & talibus deinceps literis abstineto. Mihi dictis non parcendum. Age si quid potes. Si quid unquam tibi labor in literis suggessit, exprime in Urbanum, nec mihi unquam parco ego. Offensum me putas: quem non offenderent tui aculej? Praefers omnibus libris meis unam Lutheri paginam. per me licet. Ego mea omnia damno: Christi paginas tantum magnifico. qui si utor, cur humana praefers? Si non utor, cur non aperte

te obijcis? Sed haec est nostri amici Christiana modestia, omnia contemnere & nihil intelligere. Vestes tuas non ex posuisti praedonij. Ego etsi Turca essem tamen bona fide negotium tuum exsequerer. Cum aduectae fuerint Vestoni tuo committam ac si ipse adesses, ut uideas & in perditis hominibus (sit tu uocas) tamen fidem non esse perditam. Reduc in uiam fratres, si potes: Non n. adeo perditi sumus quin a te non solum bilioso homine, sed etiam ab amiculo, (quod tuus fecit Augustinus) erudire magni beneficij loco simus habituri. Post hac Scripturus parcius ista frater. Eo sibi uolunt haec conuitia. Vos homines perditi perditis. Imo ipsam perditionem me uocas pro tua pietate. Si tuum Sacramentum non habet defensores mansuetiores difficile mihi persuadebis te uera sentire. Christus tibi ac mihi ignoscat. Amen. Ex Augusta 9 Nouemb. 1526.

RESPONSIO LVTERI.

S. Literae uero tuae Urbanae, non sunt aculeatae? Ita tu insimulas Dominus inter me & te. quid n. tu bilem uocas & putas, conscientia est: Sed tu hoc non credis. Tremulum me in dicendo coram te fuisse causaris. fateor. atque hoc ipsum est quod me coegit tibi scribere paulo feruentius. frigeste n. (peccatum meum confiteor & quod oportebat multo de missis tecum loquebar, dum resisterem in ca. Dei. Itaque ostendi meis literis prioribus (ut oportuit) me anxium fuisse, non (ut tu respectasti tecum) super obscuritate rei quam tunc tractabamus, sed potius super stultissima humilitate mea qua uerebar tibi pariare spondere. Videbam n. postea pacem meam ad te

no

uerare patrem meam ad Deum. Somnia etiam narrata tibi a me scribis Non erraui ut uideo, Sciebam enim tunc ea quae dicebam tibi haberi pro somnijs, Atque hic iterum deprecor Dei iudicium inter me et te, qui tibi meae rationes somnia sunt et mihi tuae, Sic enim affectis neuter neutri cedet ut frustra sit quicquid aut tu mihi aut ego tibi dicam. Nec miror unde sit quod Luterus homo Dei non satisfecerit tibi. Sed de me. qui me insimulas contemptorem omnium, forte iure facis haec omnia. Sum contentus, quando ego te uideo fructuosum satis contemptorem optimorum. Caetera iam Zwinglij reuelari coeperunt pudenda. quae uellem mi docte Kessi, ut prudentior esset in causa eius. Vos autem aeque ut Papistas concernit haec uox: consilium confudistis eius. Quod te perditum gemo hoc tu conuicium esse clamas. Ego uero scio perditionem esse Errorem in quem lapsus es et uehementer doleo te eo deuenisse, ut ipsum hunc errorem tuearis et in alios transfundas. Hoc uere est peccatum ad mortem. Denique ut tu me tractas hominem hominem de te non male merentem. Ego moneo et arguo non conuitior, nisi quod ulcus tuum paulo est tenerius quam esse debebat, cum interim ego feram te me Luciferum nominantem et qui nihil intelligat omnia tamen contemnat: atque alia quae transeo Haec tamen magis pro tua in me derisas modestia frater. Sed parcat tibi Dominus super tam iniquo id est parum aequo iudicio et uale.

Reverendissimo DOMINO BALDASSARI A PROMNITZ,
Episcopo Vratisl. domino suo cum obs. colendo. F.

S. P. Reverende domine postquam intellexi te ad hoc fastigium euectum ee

Hae omnes epistolae ad Jo. Kessilium non sunt editae

Non Edita

esse gratulabar Ecclesiae talem gubernatorem eiusque modera-
tionem. iudicabam in his dissidiis Ecclesiasticis salutarem Ecclesiae
fore. Noram enim et animi tuum naturam placidum, et as-
siduitatem in optimarum artium studiis et audiebam te non abhor-
rere ab eorum sententiis qui censent sine saevitia moderatis
rationibus in Ecclesia concordiam constituendam esse. Etsi
autem propter veterem nostram noticiam libenter ad te
aliquanto ante scripsissem de his ipsis rebus quorum cogita-
tione te in dies tuo munere exerceri existimo: tamen hactenus
nescio quae verecundia me remorata est. Nunc addit ani-
mum mihi Vir nobilis a Schlichting, et conventus argumentum
suppeditabat in quo nunc agitur de doctrinae conciliatio-
ne. Delecti sunt sex, Julius Pflug, Eccius, Groppe-
rus Coloniensis, Bucerus, Hessiacus quidam et ego, ut
de doctrina colloquamur et controversias vere dirimamus.
Ea enim est virtus Imperatoris Caroli, ut veras et pias
sententias patefieri et in ecclesiis extare velit, ac di-
serte veritatem inquiri iusserit. Aliquid spei ostendit
duorum praestantium Virorum Julii et Gropperi moderatio.
Ideo iam de certis articulis formulae ut spero medio-
cres propositae sunt. Multi praestantes viri ordinum
omnium etiam Principes sunt hortatores ut haec
dissidia piis mediis dirimantur, et videtur Imperatoris
voluntas non abhorrere a modestis consiliis. Cum autem
negari non possit res multas utiles et necessarias pa-
tefactas esse Ecclesiae in eo genere doctrinae quod amplecti-
mur, optarim te etiam tuam autoritatem conferre ad
haec

hæc moderata consilia multorum præstantium virorum quæ et Deo grata sunt et Reip. salutaria et certe tua functione dignissima. Precor igitur Deum ut animum tuum exercitet ad iuuanda communem salutem. Magnum et salutare Dei munus est talis pastor qui in tantis tenebris et dissidijs nec dræ lumen in Ecclesia accendere et dissipatum gregem reuocare ad piam concordiam studet, ut hymnum illum cum angelis pariter omnes canant. Gloria Deo et terram pacem et disciplinam hominibus. Hæc scripsi bono et simplici studio quæ si intellexero ut migrata fuisse, sæpius ad te iisdem de rebus scribam. Bene et feliciter Vale. kal: Maij Ratisbonæ 1541

R. D. T. addictiss.

Ph. M.

VIRO OPTIMO DOMINO JOANNI Agricolæ Islebio docenti et propugnanti Euangelij christi, suo amico summo.

Hæ omnes epistolæ ad Jo. Agricolam non sunt editæ

S. D. Scio uoluntatem Illustrissimi Marchionis Electoris piam et erga rempub. ac patriam optimam esse, et Deum æternum patrem, domini nostri Jesu Christi oro ut eum regat consoletur et seruet iuxta promissionem: Beati pacifici, quasi filius Dei. u: ac libenter ad eum accurrem, sed retinemur operis nobis .. Scribo de liberationem nostrorum de statu Ecclesiarum ac decurro ad ueterem meam sententiam quam sæpe commemoraui. Tota πολιτεία Episcoporum maneat integra, teneant

Epi

Episcopi ἀξιώματα & facultates: nos eis pareamus. Sed incipiant & ipsi doctrinam Ecclesiae aeternam & immotam amplecti. Hoc consilium adhuc quidem placere nostris intelligo. Nec fui nec ero autor immoderatae sententiae nec doctrinae corruptelas stabiliam. Utinam Principes ipsi inter sese animorum amanter & sine commotione colloqui possent. Hoc praecipue decebat illum summum gradum, in consiliis maximarum rerum vere ingenue, amanter conferre cogitationes ad communem salutem. Res Polonicae tibi notiores sunt quam mihi: sed hoc significandum tibi duxi, heri me literas accepisse in quibus mihi praedicatur ex Italia, Persicum regem movere ingens bellum adversus Turcicum Tyrannum, ac spem esse fore, ut in Asiam Turcicus Tyrannus retrahatur. Bene vale. die x April.

Φ. M.

EIDEM

S.D. forte incidimus fere in civem Salveldensem: quare duxi tibi historiam nostri itineris describendam esse. Fuerunt Marpurgi: Cinglius, Ecolampadius, Bucerus, Hedio: nobiscum Osiander & Brentius erant. Agitata est causa Caenae Domini per triduum. Landgravius videbatur properare ut dimitteret conventus quia locus erat infectus pestilentia. Duo tantum argumenta tractata sunt quibus maxime confidebant adversarii. Caput 6 Joh: & quod unum corpus multis locis esse non possit. Multa obiter dixerunt adversarii ex quibus adparet eos rectius

spiritum

spiritum ualde rudes esse. Interrogati sunt quid senti-
rent de Trinitate dei, aliis multis rebus. Itaq articuli com-
positi sunt in quibus Cinglius recantat sententiam suam omnem
prope omnem. de usu Sacramenti dei aliis quibusdam locis de
quibus semper incommode loquutus est. Tantum hic scru-
pulus de presentia corporis D. in cena reliquus; de ea non
conuenit. Visi sunt multo frigidiores quam fore arbitra-
bar. Magnopere contenderunt ut a nobis appellarentur
fratres. Vide eorum stultitiam cum damnant nos, cupiunt
tamen a nobis fratres haberi. Nos noluimus hac in re eis
assentiri. Dis oio arbitror, si res adhuc integra esset,
non moturos amplius tantam tragoediam. Articuli editi
Marpurgi, haud istuc perferentur. Spartanus Wirteb per-
sis erat istic, sed me non salutauit. Tantum misit ad me
[illegible] interrogans Vtrum tibi narrarim prouerbi-
um, [illegible] Respondi me narrasse, Ro-
gaui eum ut si quid esset in libro quod offenderet
ignosceret. Addidi me editurum Turgonem: Ad haec
ille mihi nihil rndit. Autorem libelli audio esse Turste-
nerum qui qualis uir sit credo non ignorare aulam uestram.
Ego puer noui hominem plane πανοῦργον. De Turcis
horribilia adferunt. Sed ego certe aliquid ex te
exspecto. Vale. Jenae

Ph. M.

EIDEM.

S.D. Tuum officium gratissimum est et mihi et amicis
caeteris. Legerunt n. literas tuas et Luterus et Jonas
qui polliciti sunt curaturos sed ad te scripturos esse. Chri

Egliij

Filij sui gloriam defendat in tantis periculis quae et a
à fanaticis spiritibus undique oriuntur, et impendet etiam
aliunde. Nostri quae tantis clamoribus uituperauerunt άπαθεσίαν
piorum principum quantum tragoediarum excitarunt. Item
tertium annum, quasi ut sedare rei uelit omnibus uotis optamus.
Puto tibi negotium Erfordianum et pleraque alia notiora esse quam mihi, sed hoc me excruciat: Principem cum
ipse et iudicij satis habeat et uir sit optimus tamen adeo
facilem esse, ac tantum permittat certis hominibus in quibus
etiam communis sensus desiderari possit. De Mustela certo
tibi persuadebis, ingenium uere monasticum ut sic dicam esse.
fuerunt mihi ante quadriennium aut amplius magnae cum eo
contentiones de rebus politicis. Miserat enim ad me ac Jonam
duos libellos eodem seu arasio. In altero scripserat ordinem
nouae πολιτείας de abolendis ludis nuptiarum ac conuiuijs,
de litibus in foro simplicius iudicandis, de Principum cancellarijs: ne causae diu extraherentur. Erat plane πολιτεία
Platonis. Admonui hominem cum suspicarer, eum ualde
sibi placere, mollissima: Ecce autem quanto ille exarsit
odio meo quam atrociter de me questus est. Reperies
eam epistolam in libris Cambani. In altero libello erat
enarratio Aristotelis Aphorismorum, sed fere idem argumenti. Voluit enim illum librum imaginem esse suae illius politiae. Itaque
statues eum leuiter tinctum esse literis, sed tamen Monachum esse
hoc est sine uero et recto iudicio. In controuersia tum de
δικαιοσύνη τοῦ πεπολιτευμένου non intelligit nec Erasmum
neque Lutherum. Nam etsi Erasmus partim operibus partim
fide pronunciari iustos homines iudicat: tamen fidem intelligat

git de fiducia misericordiae; et quidem sensit principaliter
iustos pronunciari per misericordiae fiduciam minus pure: & ab
exigua parte propter opera. Requirit igitur fiduciam misericordiae &
docet plane non nisi operib. Haec sunt uides mediavo διὰ
& posterior particula non procul a nobis abest. Ac ille Vi
celius nusquam requirere fiduciam misericordiae, confundit stulte fidem
& opera nusquam docet suum theatrum quantum tribui fi
dei quantum operibus uelit. Ac optarim eum interrogari cur
ita admisceat in iustificatione fidem & opera: quantum ue
lit utrique parte libris? & quid inter esse putet? Compe
ries plane eum non intelligere quid dicat. Vrgendus igitur homo
quem nihil debita pessime conscientia redire ad papisticam
factionem. Noti sunt et mihi ipsius sermones [illegible]:
in quibus aperte ostendit se sentire cum Concilio: Nunc quo
ore qua fronte potest aut sacrificare ipse aut plane papis
cum Missam, hinc haud dubie in eo illo [illegible] perturba
ti animi. Ac si uolueris facile haec dicitur. Vide
quomodo purgat se [illegible] [illegible]. Ac de Eucharistia non
purgat se, cum ei utrumque obiecerit Ionas. Duxi scriben
dum esse ad Iustum Meriam, ut unam historiam tumultus
Struthiani, quem audio magno ex parte alium esse a Wi
celio tota perscribat. Prodest enim exstare exempla ex quibus
iudicare de eius spiritu possit etiam populus. Christus ser
uet te. Nostrae res plenae sunt periculorum. Interdum de
te & alijs amicis cogitans gaudeo uos ἔξω βελῶν esse,
aut certe minus habere periculi. Sed confido Christum nos
curam esse: Me quiddam excruciat acerrime de quo non
libet scribere: Sed aliquando coram. B.V. Ego te oro ut quod
facis unum amicum conserues: Idem ego summa fide facturus sum.
Iterum Vale.

Epitom

EIDEM.

S. D. Exhibebit tibi hanc epistolam Petrus Medmanus missus ad aliquot principes ab Episcopo Coloniensi. Cum is istic neminem nosset, me rogavit ut ad te scriberem ut optimo Principi Marchioni electori per te significaretur, ut aulica consuetudo est, advenisse hospitem qui ab Electore Coloniensi mandata habeat. Arbitror Iustitiae partem esse comitatem erga hospites: Et te congruere peritorum & doctorum hominum delectari scio. Quare te oro, ut hunc Petrum amanter excipias. Vir doctus est & cum in nostra Acad. tum in aliis multis diu versatus, & ad eruditionem adiunxit summam integritatem morum & verum studium doctrinae Chri de qua Ecclesiae nostrae consensum amplectitur & a fanaticis seditiosis & immoderatis opinionib. prorsus abhorret. Spero tibi colloquium eius volupitati fore. Collegium Coloniense multa molitur adversus Episcopum senem & publicae pacis amantem, nec a Principis Marchionis sententia aut voluntate discrepantem de moderandis & sanandis plane Ecclae negotiis. Nullius ordinis fastigium aut dignitatem labefactavit aut labefactari vellet, vellet collegia servari & florere: sed populum recte erudiri optaret. quod profecto necessarium est: nec nihil en eam ad principes pertinet sicut monet nos ille ipse Psal: quem in his feriis natalitiis saepe repetit Ecclia: Et nunc R[eges] intell[igite]: osculamini filium. Utinam igr veris studiis amplecteremur venientem ad nos filium dei & dulce ac salutare osculum offerentem.

Si.

Si uideres Ecclesias in vrbis & Belgico plenas Ethnicarum superstitionis magno dolore afficereris. His malis mederi Eps cum cupiat duriter exercetur a collegio. Quandam igitur de suis periculis significare uestro Principi uoluit, quod ut fieri possit efficito. Heri ex Pannonia literas accepi in quibus scribitur & Graecas Ecclesias motas fama emendationum Ecclesiasticarum excitari iam ad studium inquirendae purioris doctrinae. De turcico tyranno ex Cracouia scriptum est, egressum iam esse Byzantio & ducere exercitum uersus Pannonias. Sed Pannonum literae id non significant. Deum oro ut Ecclesias suas defendat & regat Principum mentes ut recte consulant sibi & reip. B V. 18. Xbris.

EIDEM.

Cum nuper ad me gener tuus honestiss. iuuenis epistolae tuae exemplum attulisset respondi breuius quam pro tuae epistolae prolixitate: Videbaris enim iracundius scripsisse. quare ut plus rixarum oriretur placide respondi: Tu quo animo acceperis, si ita uidebatur mihi significabis. Nunc rogatus sum ut uiduam cum tibi commendarem. Nosti totam familiam typographi uestri Ancis Lorisen, & nosti Viduam inopiam. huic mulieri honestae & calamitosae plurimum spes est in tua pietate. Te rogat ut impetrare te admonitore & interpellatore in aula possit, quod adhuc uel debetur ipsi uel nescio cur sperat: Mihi enim res non est penitus nota. Sed quoque modo se res habet non dubito te ultro opitulaturum esse uiduae & orphanis & facturum

ora q in tali casu fieri decet. Scio ei non fuisse opus meis literis: sed tamen adfici petenti dedi, ut viderer ipse non adfici calamitate tanta mulieris & orphanorum. Oro igitur propter Deum ut eam adiuves & protegas: Nota tibi sunt omnes conciones divinae de pupillis & viduis iu-
vandis, ideo eas non recito. Sed ipsum me viduae nomen de Ecclesia & de germania nostra admonet. Utraque vidua est: quae non habet defensores? Et convenit fortuna miseris germanicis
// cum nomine. Nam Almana Ebreis viduam significat. Ut igitur Deus mitiget & Ecclesiae & Germaniae aerumnas, adficiamur nos quoque miserijs Viduarum & quantum suo quisque loco potest adflictis operam ferat. Mitto tibi versiculos quos in equo sedens in hoc itinere contexui multa de communibus miserijs cogitare. Bene vale 13 Sept.

EIDEM.

S. D. Post generi tui discessum venit ad me D. Nicolaus Sireccus ac literas mihi tuas exhibuit. Etsi argumentum erat triste, quid enim scribi in tantis miserijs publicis aliud potest? Tamen studio & benevolentia tua delectabar, tibique gratias habeo. Meministi quam vetus inter nos amicitia sit, quae etiamsi magna temporum varietas incidit: tamen a me quidem perpetua benevolentia conservata est & optarim nostram coniunctionem prodesse cum studijs tum alijs bonis rebus. Nam nos quidem qui amicitias virtutis causa colendas esse ducimus, referre eas ad utilitatem aliquam publicam debemus. Itaque fretus & humanitate tua

&

245

& amicitia nostra duxi miror tibi uiri docti causam com-
mendandum esse Medicus Leon. fuchs. herbarium edidit
qle ante nemo, ut ipse iudicare poteris qui nostrae cognoscen-
dae studio semper flagrasti, & in hoc ipso genere doctrinae
cum singulari dexteritate uersatus es. Id opus dedicat Illustris-
simo Principi Marchiae Electori. Etsi fortassis hoc officium le-
ue ducitur & aulae sunt impeditae ubiq: tamen honorificum
est Principi Marchioni cum de ipsius uirtute opinionem
apud doctos & bonos uiros esse, quod faueat honestis studijs.
Scio multos offendi cum aliquid eis dedicatur, sed hi signi-
ficant qd sine aeq literis. Oret igr pro tuo amore erga ho-
nesta studia ac praecipue medica hortator ut Illustrissimo Prin-
cipi ostendat sibi fuchsij officium gratum esse. fecit homo
amans & operis sui & dia sumpty in pingendis herbis
quas nusquam uidi melius pictas, ac uere dico, me talem
sic ornatum uiuis coloribus triginta aureis empturum esse. Mar-
rabis igr aliquid de sumptibus. Honorificum est regi Ly-
simacho dici ab eo Lysimachia herbam. honorificum Alemi-
siae argalum esse ipsius appellationem herbam: Nunc omnium
herbarum appellationibus addit Marchionis Ioachimi nomen.
Quare etsi sed in hac temporum tristitia haec officia minus
esse iucunda: tamen ea est magnitudo animi in Principe, ut
haec pacis ornamenta nondum negligenda censeat. Bene ua-
le. 2 Ianu: faustum & felicem annum Ecclae tibi & reip.
opto. Ego omissis Principum negotijs incertutem in studijs li-
terarum, exerceo profuturis Ecclae quocunq tempore & qua-
lescunq erunt mutationes regnorum quas regere nostris con-
silijs non possumus. precibus & sedulitate mitigare poenas possu-
mus. Meas tamen sententias fuisse moderatas & meam na-
turam

tuum abhorrere ab ambitione et ambitiosis consiliis testem te facere non dubito. Deum orem aeternum patrem Liberatoris nostri Domini nostri Jesu Christi ut suae Ecclesiae reliquias servet nec sinat obrui tenebris totum genus humanum et extingui lucem vocis Evangelii in qua sola vere celebratur aeterna Dei voluntas et Filii eius admirandum beneficium. Quoniam ultima mundi aetate miseria multae et saevae erunt omnium politiarum quassationes ut Christus ait ἔσονται ἔθνους [illegible] ... magis nos qui sumus Christi discipuli et expectamus unius aeternae civitatis consortium, nunc quoque coniunctos esse animis studiis officiis oportebat. Haec scripsi prolixius, ut te quoque ad rescribendum invitarem. Iterum Vale.

G. M.

EIDEM.

S. D. Et illustrissimo principi Marchioni gratias ago quod amplo munere testatus est sibi officium Fuchsii placere et tua humanitate fide et diligentia delector. Scio magnas istic difficultates oeconomicas esse et profecto optimi Principis vicem doleo, quod dum opitulari Germaniae conatus est, etiam sibi domesticas difficultates auxit. Nam quae debebunt eum iuvare quid agunt? ... Horatius inquit Curis. Haec boni omnes ubique deplorant sed fatales poenae impendent quas ut leniat Deus nos oremus et orare domesticam Ecclesiam tuam iubeas. Discamusque tandem a Deo petere defensionem Ecclesiae qui eam semper mirabilibus modis servavit in Aegypto, in Babylone in servitute Romana. Equidem non cesso Deo commendare Principes. Et donec sicut fui hortator et concordiam inter se alerent ac tuerentur quadam ... , ac propter hanc qualemcunque opinionem et sui et ... sum, quod aequissimo animo fero.

fero. Sed uides crescere discordias. quod igr me a suis
consiliis renouent, bene mecum agi iudico, Ego ubicunq ero has
Scholasticas operas, Deo dante, cum Viuam, faciam, & breue
mihi curriculum uitæ restat. Est n. Corpus non alia ut ad
scriptum quam iis ærumnis & curis quas mihi pepererunt mes
træ uoluntates Principum. Sed omitto hæc. Magnopere te
oro, ut Illmo Principi meo nomine gratias agas: tibi etiam
gratias habeo. de uenditione domus probo tuum consilium, sed
scito multas hic domus uenales esse, emptores non multos.
Cogitaui tamen de quodam Chirurgo Cygneo q hic emere do
mum decreuit. Hunc adoriar cum primum redibit. Est uir
bonus & soluere posset. Si possem aliquo labore aut officio
meam beneuolentiam tibi aut tuis declarare, certe annite
rer ut intelligeres me tibi ex aio bene uelle. De sca
lo quod scribis non arbitror Lipsiæ pinisura Acade
miam etiam certamen illud renouet. Ego & ipm horta
tus sum ut omittat has rixas & cum cæteris aiis collo
cutus sum ut ineptos impetus eius cohibeant, idq facturos
sese promiserunt. Bene & feliciter uale. Calend febr.

P. M.

EIDEM.

S. D. Dei beneficio recte ualet Luterus & quanquam
satis acres cruciatus ei calculus attulit, tamen periculi
fama fuit maior uero. Nam dolores non plus tribus
horis durauit. postridie enixus est calculos exiguos.
Vidi & heri editos uere calculos. quare de morbo
iam non dubitamus. Habet D. Lutherus angustas ue-
nas;

nas: quare dum per eas perrumpunt illi scopuli, credibile
est acriores ipsi dolores excitari quam alijs. Argentinenses ad-
hunc et cum alijs his quidam Ulmensis concionator ho-
nestus vir et duo Augustani. Sed nomina omnium mittam:
De eorum adventu fuerunt incerta omnia, etiam cum iam
huc ad portas venissent. Nam ego Torgam abieram ut e Grim-
ma huc adducerem ipsos. Significassem tibi statim eorum ad-
ventum, si habuissem tabellarium. Colloquuti sumus de caena
domini, de Baptismo, de absolutione, de Magistratu: nam ali-
cubi contendunt iure pelli Canonicos ex civitatibus et oc-
cupari templa ab iis qui non sunt domini seu patroni ne-
gant. De caena D. profecto multum largiuntur. Faten-
tur vere et substantialiter adesse exhiberi et sumi a dig-
nis et indignis corpus domini. De reliquis et probarunt
nostras sententias sed de iure magistratuum in hoc casu mi-
ror eos aliquanto odiosius repugnare nostris iudicijs. Sed
ex actis scies omnia. Mittam enim tibi intra triduum ab-
solutumque colloquium. Audires mira et plus quam tragi-
cam historiam, quae ad nos a multis scribitur. In An-
glia regina posterior capta est a rege. Fertur habuisse
cum fratre germano consuetudinem praeterea et cum
alijs quibusdam. Exitium etiam machinata et regi et
cuidam alteri Principi. Sunt una capti frater mulie-
ris, pater, aliique episcopi conscij consiliorum mulieris. Vide quam
horribiliter deformatum sit hac calamitate regem tan-
tum mali attulit divortium. Filia prioris reginae
rursus in dignitatem pristinam restituta. Quam grandis mu-
tatio repente facta est. Ceteris de rebus si quid amplius accepimus
significabo tibi. Bene vale.

Ph. M.

EIDEM.

S. D. Gratias agimus Deo & domino nostro Jesu Christo quod Lutherus iterum convaluit. Nam Dei beneficio magis magisque confirmantur vires: nec quicquam morbi animadvertitur praeter cruditatem quae tamen quotidie corrigitur. Et spero diu post hac calculum ei minus fore molestum, edita nunc tanta rupe. Haec tibi significanda esse duxi, quod tibi quoque scio salutem D. Lutheri carissimam esse. Adiunges igitur ad plurimorum partes etiam tuam εὐχαριστίαν. Gratum est enim Deo ut Paulus docet agi gratias in πολλῶν προσώπων διὰ πολλῶν. Me mirificus dolor tenebat videntem pericula Lutheri, movebatque me tum Ecclesiae detrimentum, tum vero etiam amor erga illum meus & admiratio plurimarum heroicarum virtutum. Tales viri periculo non poteram non vehementer affici. Sic ex animo ago gratias Deo & domino nostro Jesu Christo quod lacrymas & gemitus nostros respexit & Luthero bonam valetudinem restituit. Honestissima coniunx sua & suavissimi liberi sui Vitebergam advenerunt ut audio, Patrique tu hoc iter ingressus fuisti. Precor Deum ut migratio ista tibi & tuis & reip. fausta felixque sit, quae mihi iucunda est filiolam meam consuetudine tuarum filiolarum tantopere delectari. Totos dies haeret apud eas, mihique vesperi domum veniens praedicat earum officia & laudes. Bene vale ex Witeb. 16 Martij.

P. M.

EIDEM.

S. D. Scio odiosam esse πολυπραγμοσύνην alienis se negotijs ingerentem & profecto tantum mihi occupationum

in

in nostra republica est, et non libenter admittam aliena:
Sed cum una sit Eccl[esi]a Dei, ubicunq[ue] sit coetus vera pie-
tate dissentes [?] Eq[ui]d[e]m, & optandum sit ut praesertim hax[rum]
regionum Eccl[esi]ae coniunctiss[ima]e sint, interdumq[ue] q[ui] literas ad nos
petunt morem gero, scriboq[ue] non tanq[uam] alienus, sed ut homo scho-
lastic[us] serviens Eccl[esi]is multarum regionum qualicunq[ue] est
haec mea exigua functio, in qua iuvante Deo versor:
Certe nihil hac in re meae utilitatis gratiam facio. Te igi[tur]
oro ut quoniam te quoq[ue] perpetuam Ecclesiarum concordi-
am & coniunctionem optare non dubito, nos ne ducas alie-
nos a vestris Ecclesiis. Petiuit autem a me M. Johan-
nes Garcensis ut de sua migratione ad te scriberem. Scio
revocatu[m] e[ss]e ab Hamburgensib[us] & prodest ad ei[us] Eccl[esi]ae
tranquillitatem redire eum & quidem tuo ornatum testi-
monio. Quare te etiam atq[ue] etiam oro ut eum propter
Eccl[esi]am ei[us] Urbis, tum propter virtutem ipsi[us] Garcensis
amanter dimittas. eum & commemores recte & fideliter eu[m],
ut certe existimo gubernasse Ecclesiam Dei in oppido
Sponda. Magnum hoc decus est, nec vero aliud in terris
maius est: Ideo iudicat testimonium de re tanta ad aliam
Eccl[esi]am afferendam esse. Q[uo]d si impetris, plus autoritat[is]
tis in docendo habiturus est. Et scis veterem esse hunc mo-
rem cognoscendae & iudicandae d[oc]t[ri]nae & dandi testimonia qui
profecto ad puritatem d[oc]t[ri]nae retinendam & ad concordiam
utilis est. Bene vale die 20 April. 1546.

P. M.

EIDEM

S. D. Hanc epistolam scripsi die Palmar[um] cum me triu[m]-
phus Christi ingredientis Ierosolymam admoneret cum de

alijs

alijs multis Ecclae negotijs, cum uero et de nostris studijs.
Spero enim nos quoque in eo numero esse de quo tunc dixit filius
Dei: Ex ore lactantium &c. ac ipsum filium Dei toto pectore oro
ut Ecclam & studia regat & faciat nos vasa misericordiae
salutaria Ecclae. Nunc vero tibi commendo hunc doctum
integrum & facundum & nullis contaminatum fanaticis opi-
nionibus Christi hostem quem Senatus honestiss: oppidi Span-
da uocauit ad docendam Ecclesiam. quaeso ut tua autoritas
ad uocationem accedat. & bene feliciter vale. die palmarum.

EIDEM.

S. D. Viennae primo die Martij magnum agmen pica-
rum aduolans consedit in tecto templi: Mox aduolat ag-
men monedularum et picas depellat. Acriter utrinque certatur:
Sed Monedulae nonnihil reprimuntur. hoc cum fit aduo-
lat agmen Coruorum quod impetum in picas facit, easque dissi-
patas in fugam uertit. Etsi id spectaculum fortuitum esse po-
tuit κατ᾽ ἀόριστον: tamen tanquam ostentum sermonibus homi-
num celebratur. nec difficilis est interpretatio. Sed Deum
oremus ut poenas Ecclae impendentes mitiget, & seruet
reliquias piorum studiorum. Commendo tibi hospitem Doctorem
Gallicum Virum doctum & bonum, cuius memoria Horten-
sianam & Carneadeam uincit. Bene & feliciter V.
27 Martij.

EIDEM.

S. D. Dedi epistolam ad te Georgio proposito quem iam
redijsse istuc arbitror. Postquam hinc abijt accepimus literas
in quibus significatur initium Synodi Trid.ae differri in
octobr. Utinam quidem studerent gubernatores uere glo-
rificare

agant lere paci orbis terrarum, imo Ecclesiae: Sed quid videmus. oro filium dei dominum nostrum Jesum Christum ut ipse regat Ecclesiam et obsignare suam doctrinam sicut Esaias precatur in nobis et auditoribus nostris ne stultis cupiditatibus effundat. Mitto tibi pagellas simplici et amico tuo quam redditio filio tuo fortissis non insuavis erit formam ordinationis descripsit Georgius. Te rogo ut scribe saepius. Bene uale Idib. Martijs.

G. M.

EIDEM.

S. D. Gratiam tibi habeo, quod mihi amanter respondisti uere enim affirmo te sincere a me diligi meque optare ut inter nos beneuolentia perpetua sit. Arbitror etiam reip. prodesse nostram coniunctionem. Certe in uita est omni consuetudo dulcior si ut dicitur inchoata non fuerit interrupta. Georgius honorifice de te apud Lutetum, me et alios locutus est. Teque oro ut eum complectaris. De republica nunc quid scribam non habeo. Ego mediocri assiduitate meum officium in hoc scholastico munere, Deo iuuante faciam, et exitus Deo commendabo. Christus pollicetur iis qui in ipso manent fructum eos copiosum facturos esse. Ipsum igitur oro ut labores nostros prouehat et dei donum augeat copiosius. Bene uale. 4 Maij.

G. M.

CLARISSIMO VIRO, ERVDITIONE,

dignitate et uirtute praestanti D. Petro Monauio. Caesareae Maiestatis Medico. amico suo colendo.

S. Legi bene longam epistolam tuam, Petre doctiss: qua

quia ad ea, de quibus ad te scripseram, respondes prolixe,
nec tantum nostra accurate refutas, sed tua etiam munire
& roborare studes, ut aliam nisi quam tu initio attuleras, eli-
ci ex locis adductis sententiam haud posse ostendas. Ego
vero, mi Petre, & tua libenter lego, & studii diligentiam
in iis, quae ad sacrae scripturae interpretationem perti-
nent, inter tantas occupationes aulicas tuas admiror: ut
saepe, dum tua lego, nostri seculi hominibus succenseam
qui cum se theologos profiteantur, non tantum frigidis-
sime in inquirendis veris sententiis versantur, sed magna
saepe audacia atque impudentia cum dogmata Ecclesiae ne-
cessaria, tum praecipuas scripturae sententias easque
non ambiguas nec obscuras vel corrumpant vel in pe-
regrinum atque a fidei analogia alienum sensum de-
torqueant. qualem tyrannidem iamdudum in Ecclesia
impune exercent non tantum Pontifex Rom. atque
eius satellites, sed etiam alii τοῦ βεοπλιστοῦ τῶν ἀ-
[illegible], qui quovis excussisse iugum pontificium videri
nostra hac volebant, non minus tamen iuris aut imperii
in obtrudendis Ecclesiae suis decretis sibi sumunt.
Sed haec omittamus. Neque enim querelis nostris in corri-
genda hac ψευδοθεολόγων intemperie & au-
dacia, quae passim Christi Ecclesiam vastat & pieta-
tem simul cum opt: litterarum studiis extinguit quicquam
proficitur. Ad nostras vero disputationes etsi me
retrahere studes; tamen quod denuo subiiciam hoc
tempore non occurrit. Video enim accuratius omnia
abs

abs te meditata & perscripta esse, quam ut a me mo-
neri de his uel aliis deinceps debeas aut possis. De
loco tamen ad Corinth. ueniam mihi dabis, si non-
dum mihi plane abs te persuaderi patiar, ut
τοὺς νεκροὺς pro ipso Christo accipiam. Neque n.
necesse erat Paulum, ut opinor, sic loqui: & potuisset
(ni fallor) facile se expedire, si simpliciter scrip-
sisset ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, quasi diceret ὑπὲρ τῶν
νεκρῶν. Scis enim voce τῶν νεκρῶν eos qui
actu mortui sunt, aut propter peccatorum reatum
morti addicti sunt, notari potius quam qui a mortuis
resuscitati ad uitam redierunt: inter quos Christus, ut
primogenitus ex mortuis seu resurgentium primitiae principem
locum uere obtinet. Etsi igitur, ut scribis, de ceremonia,
cuius in litteris mentionem feceram, nihil in Apostolorum
historia perscribitur: tamen cum ab iis, qui Apostolorum
aetati fuerunt propiores, ritus illius alicubi fiat mentio,
ego quidem cur ab horum auctoritate discedam, caus-
sam nondum habeo: praesertim cum interpretatio illa
concinnam satis & proposito Pauli argumento con-
uenientem gignat sententiam. & Paulus, si Paul-
lo attentius uerba considerentur, non ad personam
certam, hoc est, ad Christum ipsum, uel eius συνεδ-
ρους, sed ad publicum eius temporis ritum, quicunque
tandem ille fuerit, respicere omnino uideatur. Itaque
si ualere interdum inter nos illud debet, quod sacra

scrip-

scriptura permittit; ut quisque suo sensu abundet, locum sane habeat in hac et similibus obscurioribus sententiis potius, quam in certis et explicatis fidei articulis: in quibus pervertendis Latomus nostrae aetatis Aristarchus gravissimus sibi et suis nimium permittit. Satis enim est in huiusmodi ambiguis et obscuris, ut scis, si interpretatio sit analoga fidei, nec quidquam quod absurde in Ecclesia dicitur, inde eruatur. Francisci Junii interpretationem, quam illum ex Arabico Idiomate proferre scribis, mihi hactenus videre non licuit: quamdiu enim docui Witebergae nomen illius interpretis mihi fuit ignotum. Ab illo vero tempore quicquid bonorum librorum est editum, ad manus meas non pervenit. Ut recte quidem, sed non sine dolore meo summo usurpare mihi illud Euripidium liceat ἐβαρβάρωσαι χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις. Sententia tamen quam ex illo interprete affers, ita mihi primo aspectu placuit, ut si ellipsis excusari, aut ostendi ex idoneo auctore similis possit, ego hanc ut maxime Pauli proposito convenientem, ceteris omnibus iudicem anteferendam. Nam pro ὑπὲρ τῶν νεκρῶν videtur legisse Arabs ille: ὑπὲρ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως; λέγων, ὥσπερ τὰ σὰ ἔχω, ὑπὲρ δὲ τοὺς νεκροὺς ἐγερθήσεσθαι. In qua sententia nihil sane est ambiguum aut obscurum et congruit cum confessione, quam baptizandi edere in Ecclesia iubebantur.

De Johannis loco non pugno tecum. Neque enim eius ulla

ad

adfertur Christi dicto, siue indicandi modo ut tu uis,
uerbum accipias, siue mandare illam, quae alibi requiri-
tur, inquisitionis diligentiam Christum intelligas: & potest
utraq, ni fallor, sententia ad ea quae subijciuntur rectè
accommodari. De Zachariae loco cum responderem, oro ali-
quid à me uelles, ad formam uerbi נושע magis,
quam ad sententiam, quae inde elicienda esset, respexi.
Nec puto me de genere uerbi, aut eiusdem significatio-
ne errasse. In Sententia indicanda putabam mihi minus
laborandum esse apud te, si de uoce inter nos conue-
niret. Nam certe, si cum scriptura dicam, Christum
ponendi & sumendi animam suam habere potestatem, atq
eundem dextera sua peperisse sibi salutem, diuinitatemq
suam hoc ipso facto, quod ex mortuis propria uirtute re-
surrexit, demonstrasse, ea omnia, si ad Ecclesiam referas
non aliter accipienda esse existimo, quam ut in nostram sa-
lutem illa redere intelligamus. Ut quemadmodum Psalmus
alicubi dicit: Christum ascendendo in altum accepisse
dona inter homines: atq id Paullus interpretaturus di-
cit: eum dedisse dona hominibus: Ita in Zachariae loco
explicando non inepte dicamus: Christum salutem ac re-
demtionem aeternam per proprium sanguinem & qui-
dem uirtute propria reperisse (Ut Epistola ad Hebraeos
loquitur) quam adeptam credentibus mox impertiret. Ut
נושע apud Zachariam sit non tantum, qui adeptus sit
salutem, sed qui partam alijs donet. Vides nihil esse
in hac sententia tortum seu coactum: nec discrepare
nostram à tua: Ut non opus sit pro נושע substitue-
re

re uocem מושיע qua tamen scriptura saepius utens, illum
Zachariae locum, ut uides, illustrat. Possem alia adducere, quae
ad confirmandam hanc sententiam faciant, nisi uererer, ne episto
lae modum excederem. De altero eiusdem Zachariae loco ueni
am mihi dabis, quod coniecturam quandam meam caeteris ad
iecj: in qua tamen ipse quantum sit firmitatis, facile animad
uerto. Nunquam mihi hoc sumsi, Ut in interpretationem
S. Scripturae puncta Hebraeorum uel Vocalia, uel quae tem
pora & personas formant, mutanda iudicauerim: etiamsi
id non tantum multos ante nos, sed doctissimos quoque
nostrae aetatis, interpretes fecisse uideam. Malo .n. ad asse
rendam scripturae certitudinem cum Christo dicere: Non
auferetur Jota aut apex de scriptura, quam in fingendis
ac refingendis sententijs cum alijs audacter ludere. Sed
hoc in loco, cum pronomen generis fem: & secundae per
sonae in oratione praemittat propheta & nulla maior distinctio,
quae uerbum a pronomine quasi auellat, adhibeatur, non
incommode, quemadmodum in multis alijs locis, ubi Jod re
dundat שָׁלַחְתְּנִי pro שָׁלַחְתִּנִי legi posse sum suspi
catus. Neque tamen huic sententiae ita insisto, Ut a commu
ni interpretum doctiss. sententiam discedere propterea ue
lim. Ecclesiam .n. suam alloqui Prophetam seu potius Christum
existimo. Cuius Vinctos (Nam & huius Vincti non minus
quam Christi aut etiam diaboli, diuerso tamen respectu
dici nos existimo) se amissurum ex lacu omnis lucis ac
consolationis experte promittat: Atque ita te iudicare de
hoc Zachariae loco tua epistola non obscure indicat: Ut non
prolixiore oratione res mihi apud te esse agenda uidea
tur.

De loco in paralipomenis uideo te non dissentire ab his,
quae ego breuiter antehac attigeram: nec puto aliud ex illis
uerbis recta acceptis elici posse. De ijs uero sententijs quas
alij adferunt, atque in primis de ea, quam tu in prioribus
literis attigeras, non incommode usurpare illud licet. Κα-
λῶς μὲν, ἀλλ' ἔξω ὁδοῦ. qualia multa sane in
Augustino occurrunt in quibus doctrina saepe est praeclara
sed quae non tamen ex genuina uerborum significatione
sit extincta, quam aliunde illata. Plura scribere uolen-
tem amici interpellant, et iam se accingere itineri tabel-
larius dicebatur. Itaque ignosces breuitati, et nos, quod fa-
cis amare perges. Vale. Ex patria 28 Januar:

Tui Studiosiss.

Henricus Mollerus.

AD HIERONIMUM BAUMGART-
nerum F. Patricium Noriberg:

edita S.D. Quanto te esse dolore affectum tam morbo quam morte
amplis. Viri patris tui, ego fortasse magis, quam alius
quam alius quispiam de meo dolore existimare possum.
Cum enim ex nuncio isto absens et alienus uestro honestiss.
genere max. ceperim dolorem, quid tibi filio praesenti acci-
disse necesse sit, cogitare facile licet. Etsi autem recente
perturbatio, ne utriusque, quid ad te consolandi caussa scri-
berem (quod sane officium tibi a me debebatur) non
suppetebat, cum ipse ego consolatione egerem, oblato
tamen peropportuno tabellario Joachimo Regio, aliquid

literarum ad te dandum putaui. Est autem, mi Hieronyme, consolatio una, quæ aliquid efficacitatis in talibus casibus habeat, cogitatio diuinæ voluntatis, et ad hanc nostræ accommodatio. Non sunt nobis ignota illa, quæ ueterum sapientum industria collegit ad dolores sedandos, debellendosque. Extant et luctuum consolationes copiosæ. Sed uerbis quidem luculente illa omnia dicuntur, ad rem uero collata prorsus frigent. Hoc suo exemplo confirmauit pater tuus epistola ad me superiore æstate missa, qua studeret leniri meum dolorem ob filium meum Philippum. quia enim sibi philosophica præcepta parum profuissent recordanti, eo tempore, quo in sui carceris sæuiss. tempestate iactaretur, humaniss. expositione declarauit, et ostendit in sola ueritatis celestis doctrina muitentem sese tunc in tantis ærumnis, cum mortis sæpe acerbitas ante oculos esset, non fractum animo neque prostratum iacuisse, sed fiducia propitij Dei sese et spe benignitatis illius erexisse, et ita in malis atrociss. perdurasse. Hoc idem nobis scilicet faciendum est, et id quod Deo placuit æquo animo ferendum, et ab illius clementia in posterum bene sperandum. Annus iam agitur LII. ex quo primum mihi puero cum tuo patre adolescente, (superauit enim meam ætatem annis ille duobus et mense uno) notitia esse cepit. postea utroque nostrum opt. disciplinarum et artium studia persequente ea est contracta necessitudo, ut inter nos non uulgaris amicitiæ usus in sententiarum uoluntatumque similitudine constantissime permanserit. Ipse me dilexit adiuuit, ornauit, et respectu suo me meis temporibus subleuauit. Ego illum co-

liij

tui, sicut debui. Multorum his consiliorum suorum me esse participem uoluit, in quibusdam etiam rebus mea opera uti, cum fidem haberet perspectam. Atque uidi esse exploratius certiusque alteri puto, quae praestantia summi uiri patris tui fuerit, quam mihi, siue spectemque bonitatem naturae, seu uim ingenii, doctrinae copiam, animi integritatem ac constantiam, morum suauitatem, uoluntatis incitationem ad omnem laudem uirtutis, officiique in tota uita custodiam, et inprimis ueritatis amorem, et religiosae pietatis studium atque curam.

Quo magis et intelligo et narrare si opus sit, possim quod non modo ornamentum, sed praesidium quoque uestrae hoc domus funere patria amiserit. Verum haec cum omnia eo tendant, ut tristicia desiderii non diminuatur, sed augeatur maesticia, ad id conuertendus animus est, quod supra posui, et de patris tui explicatione demonstraui: ut Dei aeterni uoluntatem erga nos opt. et benigniss. et quod illi uisum fuit, id esse rectiss. et max. nobis salutare statuamus, neque tanquam aduersantes refragemur, ac potius subter manum ipsius non solum potentem, sed etiam misericordem libenter subiiciamur. Ad ipsum quidem patrem tuum quod attinet, qui gestis his honoribus hac aetate cum relinquens nominis sui memoriam, istis etiam temporibus discesserit, quis non gratulari potius illi finem uitae, quam optare huius diuturniorem usum debere uideatur? Ampliss. gradum dignitatis ascendit, ad modum senex obiit mortem, Non modo in sua ciuitate, sed apud exteros quoque celebratur fama pietatis, sapientiae, uirtutis ipsius, te ita educatum institutumque, et

istum

istum in locum euectum reliquit haeredem ut dignitatis & am-
plitudinis, sic etiam laborum, uigiliarumque et curarum de resp.
Cuiusque consilio & ope domus uestra sustentari et fructuose
uti ciuitas possit. Nam si et in miserias praesentes & im-
pendentia mala intuemur, cum nemine qui ex his decedendo
euasit, male actum esse sentiendum est. Verum in illo tamen
solo acquiescere animus poterit: sic factum esse, quod uolue-
rit Deus aeternus, sine cuius uoluntate non cadere capillum
de capite suorum Christus ait. His cogitationibus tuam uest-
rumque omnium, qui instructi estis ueritate doctrinae coelestis,
aegritudinem & maerorem mitigari non dubito. Et Deum
misericordem, qui percutit & sanat, precor, ut clementibus
oculis uos respiciat, et medeatur tanto uulneri uestro, et
benigne tueatur, conseruetque uos uniuersos. Te matrem tu-
am hoc casu grauissime afflictam, & maestas sorores. Tu
ut meos filios ea beneuolentia complectaris, qua compre-
hensus ego fui a patre tuo, te oro. Dedi has literas
Joachimo Regio, cum natali Christiano hic me etiam hortan-
te commoratus fuisset. Scripsique & festinanter, et saepe
interpellatus, quas in opt. partem accipies & ualebis.
Vale. Salutem dices a me et uxore et tota domo
tua mea honestissimae feminae matri tuae & sororibus.
Salutabis & affinem tuum uerbis meis D. Olhafium.
Iterum uale. Lipsiae. XXV die Xbris

Joach. Camerarius

S. D. OMNIBVS LECTVRIS HAS
literas.

Ex literis quas hic peregrinus ostendit, intelligo eum =
in

in Scotia natum esse, et nomen ei esse Andreae Guielmi,
et functum esse ministerio Evangelij in Insulis quae nomi,,
nantur Orchades, ubi cum piè & modestè doceret Evan,,
gelium sine corruptelis Episcopus Orchadum Robertus Rufus
expulit eum ex ea regione, ut haec copiosius narrantur
in literis viri reverendi Johannis Fidelis Scoti, qui in
inclyta Academia Francofordiana ad Viadrum tra,,
dit Ecclesiae doctrinam.

Decrevit autem hic Andreas propter linguam in Angliam
redire, ubi docere in aliqua Ecclesia poterit. Ideo hinc
discedenti has literas dedi, quib. oro, ut cum hic Andre
as sit vir modestus et exul, iniusta saevitia ex patria
expulsus honesti homines praebeant ei hospitalia officia,
sicut sciunt Deo hanc beneficentiam praecipuè gratam es
se. Moveamur communi fortuna exulum, quia singu,,
lis quotidie expectanda sunt exilia, quae semper fuerunt,
sunt & erunt usitata ecclesiae, ac ut alia exempla omit,,
tam, tunc cum dominus noster Jesus Christus in Aegyptum
transvectus est metu Herodis, eodem tempore Elizabeth
Zachariae coniunx Joannem filium, natum duos annos
& dimidium, abdidit in specum trans Jordanem et ibi
cum filio aliquot annos mater aetate et maerore confecta
exulavit. Cum vero usitata sint Ecclesiae exilia vult Deus
nos talibus peregrinis benefacere. Et vicissim pro his
officijs reddit praemia. Vetustas etiam experientia
mota dixit ξένοις ἐπαρκῶν τῶν ἴσων τεύξῃ,,
ποτέ. Bene vale lector. In pascate mundi 1551
quod est à primo pascate quod Israelitae ex Aegip,
to discessuri celebrarunt pascha 3060.

Philippus Melanthon
manu propria

NOBILISSIMO ET CLARISSIMO
Viro D. Sigefrido Rybischio Caesariae
Maiestatis Consiliario in Camera Sile-
siana

Hotomanni fratres duplici mihi nomine grati et ac-
cepti sunt: et quod abs te atque Monanio duobus max-
imis Viris commendati sunt: et quod ipsi huiusmodi
moribus praediti sunt: ut amari debeant.
Scripsi Monauio: nunquam me ab ipsis offensum esse.
quod magnum est probitatis documentum. Idem ad te
scribo: ut testimonium meum sibi constare uideatur.
Valde me Hotomanni: cum Nicolao Burchhaso:
et Marquardis patruelibus recreant: in his molestiis
meorum crabronum.
Heri missus ad me est: Antisturmius Hosiandri se-
cundus. Eum mihi hi mei domestici post coenam re-
citarunt: Ita me offendit istud scriptum: ut gratiam
inimico habeam. quod tam scribat impudenter. Prae-
uaricator uidetur in suo periculo.
Si tres picturas tollas: nihil reliquum erit: praeter
plaustrum conuiciorum.
Harum una est quae me depingit: suis et suillis colo-
ribus: haeresis et infantiam describens meam.
Altera de sua in scribendo facultate: etiam subita: cum
et Fabriculae interuentu: et uenationibus impediretur
et artem suam iactat Musicam. Ecce quaeso habebis
quod rideas. Cogito inepto Theologo non respondere.

Tertia

Virgo

Tertia pictura est suae Ubiquitatis · πολυφ[illegible] παρθένου · Mulier formosa superne: Virginali uenustate ex sanctissima Ephesina Synodo. sed huic in-terposita et applicata est: ἡ [illegible] ἄρτεμις Mam-mata Diana: pro numero omnium animantium: O-portet huic meretriculae abstergere cerussam: ut con-spiciatur ab hominibus. Neque enim impudentes isti scriptores sunt atque hoc genus hominum merentium, quae ut castitatem amissam occultent: comites solent arcessere uirgines: ut cum his castae uideantur. Non cogito respondere homini nimis impudenti. aut si respondebo: non prius id faciam: quam obseruem quorum labra et eiusmodi sint: quibus hae lactucae placeant. Neque respondebo prolixe: una contentus aliqua ad amicum aut patronum epistola.

Audio Jacobum Andream tantum non explosum Wi-tembergae cum suis thesibus et in disputatione: et prope abfuisse quin exploderetur. Aliquid atrocius per hosce dies allatum est: de simili quadam dis-ceptatione: sed ut posui atrociore. Nolim uerum esse: et spero non uerum: sed tamen metuo ne uerum: et ne magis Propheta quam Poeta: illa pulchra ἐπιχειρ[illegible].

[illegible] uoluit cudere: cudit [illegible]

Vale Vir clarissime: Northemii 4 January · 81.

Joannes Sturmius
mea manu.

CLARISSIMO & DOCTISSIMO VIRO
D. Dauidi Chytraeo Sacrae theologiae &
optimarum artium in Academia Rastokien
si Doctori & professori primario Dno praecep
tori suo debita obs: colendiss.

S. D. Clarissime uir & praeceptor debita obseruantia
colendiss etc.
Cum cursor noster per quem 6 Julij literas ad te de
deram iterum 1. Decemb: ad nos Constantinopolim re
dijsset, primo quoque conspectu inter caetera referre in
caepit, se scripta quaedam typis publicata secum ferre,
in quibus nonnulla quae ego hinc ad meas scripseram con
tineantur. quibus sane auditis non potui ego initio non ex
timescere, ne scilicet a meis domesticis ex praepostero mei amore
& praecipiti iudicio aliquid eiusmodi tanquam inmaturi fructus
aeditum esset, quandoquidem complura ad eos & celeriori
calamo & distractiori (uti fit in simili uocatione) animo
scribere consueueram. Itaque prae caeteris omnibus quae a cur
sore scire cupiebam, illud scriptum monstrari mihi petij,
qui cum obseruantissimi praeceptoris orationem illam in
mirum doctissimam tuam, & singulari quodam, ut ita
dicam, fato ob Ecclesiae bonum a te collectam protulis
set, tunc ego non tam iam uererj ne quid minus in
conuenientis quod ego scripseram aeditum esset, quam
quodammodo subpudefieri chartulas meas tanti uiri scriptis
inseri.

inserj. uerum quia ita placuit iudicio & amorj erga
me tuo, mihi hoc facto calcar ad maiora addere in eo
mihi merito acquiescendum. Agnosco autem meas lite-
ras; quam quidem eleganter & sapienter scriptas pla-
nè non curo, sincerè tamen & ueracissimè scriptas
mihi optimè conscius sum, praesertim in his quae ipsemet
ego obseruaram, ac quae his similia sint quae alij non uul-
gares homines referebant, omnino non dubito. in quib.
tamen examinandis diligentior ego fuissem si quae scrip-
seram hunc euentum habitura sperassem, quod id ip-
sum sanè nunquam mihi in mentem uenit, quamquam certè
neque priora inuestigare contigisset, nisi tu oratione tua
filo nimirum illo Ariadneo & occasionem & manum
praebuisses.

De Africanis & praesertim praecioso illo Jo-
hanne quem Turcae HEBESCH nominant, etiam
occasionibus oblatis inquisiuj, & his dieb. Patriarch-
am Antiochenum, nomine Michaelem, senem penè 80
conueni, qui a horum locorum praeside ob denegatam
sibi quandam pecuniae summam loco [illegible] suo, huc
ad Imperatorem de his conquesturus profugit. hic quae-
renti mihi de illis Aethyopibus aiebat se eorum complu-
res in Asia uidisse, & esse plurimas inter eos
sectas, duplicem tamen prae caeteris magis notabilem,
quarum altera suae cohorti in fronte solo, tria signa
inurit, cum inscriptione Spiritu & igne, retenta
etiam circumcisione, altera uno signo in fronte &
duobus

duobus in utraq faciei maxilla cum inscriptione Patris Filij & Spiritus sancti suos notat, et circumcisionem non usurpat, ob quod etiam maiora cum reliquis Asiaticis Christianis commercia ipsis esse. An uero Patriarcham suum ex Hierosolimitanis Monachis suis approbante Alexandrino eligant, id fieri quantum ipsi adhuc constaret negabat, nisi quod elapsis annis antea factitatum sit, ac quia pleriq horum circumcisionem retinent, ideo Christianos Graecis Eccl(es)ijs addictos, ab horum consuetudine sese abstrahere, tantum abesse ut Alexandrinus Patriarcha simili confirmatione illorum erroribus patrocinari uelit. De magnitudine & finibus Imperij ac Politia ipsorum nihil referre potuit, imo Turcarum Imperio (quos tamen praeter Egyptum, & illud usq ad fretum Herculeum littus maritimum nihil aliud in latissimis affricae terris possidere certissime constat) subesse existimabat, et quae ego illi ex tua oratione recensebam, non sine admiratione audiebat. Sed haec est Orientalis Ecclesiae hodierna conditio, ut non modo in externis indagandis, sed etiam in proprijs domesticis cognoscendis, quam negligentissimi reperiantur. nostrarum .n. occidentalium et multo minus Septentrionalium excepta Italia quam & uicinitas, et sedes Romani Pontificis & Venetorum nauigationes notiorem reddunt, plane ignari sunt, & oblatis inquirendi occasionibus nisi quis sua sponte aliquid eis dicat, ipsimet non inquirunt, adeo ut merito antea dixerim te nostris in terris singulari aliquo casu ob Ecclesiae

bonum

bonum in tam preclaros incidisse relatores, quamquam non mi-
rum, te scilicet examinatore existente.
Armeniorum Cartas quorum Patriarcha hic residet, eti-
am diligentius nunc inspexi, quibus & ordines Ecclesiasti-
ci & ritus a Græcis non multum dissimiles, nisi quod
in lingua vernacula quam tamen non omnes & præsertim
hic Constantinopoli nati intelligunt. Romanæ Ecclesiæ se
per omnia addictos Patriarcha horum mihi dicebat,
forsitan in gratiam nostram locutus, existimans nos esse
Romanos. cum tamen & Sacramenta cum Græcis co-
munia habeant, ad quorum communionem nisi in
morbis constituti rarissimi sunt qui accedant, conten-
ti pane illo non consecrato quem sicuti Græci &
Moschouitæ ac reliqui populi Græcis Ecclesiis addicti,
post peractam Missam omnes promiscuè sumunt, &
hoc pacto a Sacramento Cœnæ Domini ut plurimum
arcentur, ideo quod non nisi sanctis huius usum con-
cessum dicant, & ideo etiam infantulos statim post
Baptismum ad communionem quemadmodum & in
plerisque Bohemiæ locis deferunt. Dissensionis cum
a Græcis non aliam prætendunt quam festorum quorundam
solennium diuersis temporibus celebrationem. Græci
uero ipsis Eutychismum obiiciunt, id quod ipse re-
peri, dum passim omnes promiscuè ueluti Katecheticum
quiddam in ore habent, CHRISTUM cum in terris esset,
nec comedisse nec uerè bibisse, multo minus, quod non
sine

sine peccato dici quat, digessisse. Huic errori Arrianorum
blasphemiae occasionem fortassis ipsis praebuerunt, ut peccan-
tibus illis in defectu, hi in excessu personae CHRI lapsi
sint, et his peritiores et pios quosdam maiorum horum
mederi voluisse argumento sunt verba illa Symbolo Niceno
ab illis addita, uti in fine libelli tui meministi. Conciones
ipsis penitus nullae, sed in horum locum Chronica quaedam
maiorum suorum, idque non nisi diebus Solennibus leguntur,
et deinde praecipuos demortuos benefactores suos tam Ethni-
cos quam Christianos nominatim recensent, orando pro his
Deum, ad quem populus subinde alta voce responsitat
Aswasor mihok: id est: Deus misereatur. Caeremonia-
rum omnium quae multae et infinitae, quarum maximam
partem a Graecis nonnullam a Turcis (ut quae quoque tem-
pla ingressuri calceos exuunt et terram per intervalla
exosculantur) acceperunt, tollerabillima et pulcherrima
haec visa, quod post lectam missam inuicem sibi os-
cula praebent. quae maiores ipsorum procul dubio ex Pauli-
nis salutationibus, et illa peramabili Pauli Miletana
Ephesianis valedictione erexerunt adeo ut haec cae-
remonia facile sinceram antiquitatem redoleat, cum
e contra reliqua pleraque superstitiosam et proprie opi-
nionis extra et contra verbum Dei novitatem conti-
neant, indies in peius, uti fit in humanis, degeneran-
tem. Unde nostrae Occidentales Ecclesiae merito Dno
Deo ardentius gratias agere debent, quod salutem
nostram

nostram in sola sua misericordia et unico CHRI merito consistentem per uerbi sui predicationem inter nos reuelet, et uerissimam atque unicam caeremoniarum omnium formam per uitae nostrae in CHRO nouitatem praescribat, volens a nobis in Spiritu et ueritate coli et adorari. quam sane doctrinam cum Oriens ab ipsis Apostolis imo ab ipso aeterno Saluatore didicerit, eandemque traditionibus suis polluerit, et pollutae paenam dederit, adeo ut in reliquiis Missae suae nimium uera messis Dei lateat: eo attentius et nobis Europiacis cogitandum ne occidens noster suum cum paena occasum nobis aliquando (quod Deus auertat) conciliet. quandoquidem Deus orienti prisco nimirum illo Summarum in terris suarum illustri domicilio non pepercit.

Nam certe sicuti inter homines dona Dei minus conspicua sunt, ita etiam in ipsa terra maledictio quaedam respondens Prophetarum uaticiniis cernitur. Arabia felix auri olim fertilissima nunc nihilminus quam aurum proferre dicitur. Babilonia primarum Monarchiarum illustrissima sedes, sua desolatione et perpetua sterilitate, non tam hominibus quam bestiis habitationem praebet. Superba olim Egyptus in cuius superbientem splendorem Esaias Proph: iubente DEO sese denudauit et sua nuditate eiusdem adumbrauit, nunc eandem uerissime ostentare audio, exceptis quibusdam pyramidibus incomparabilis operis, quae et priscae ueritatis et hodierni status instar

star Chronicorum imperito et incredulo populo testes et
precones sunt. quemadmodum et alia omnium pene Impe-
riorum monumenta. Sic et Judaica olim vasa a Babi-
loniis hoc consilio a Deo fortassis conservari permissa.
Sic hodie in Aegypto reliquae Cavernarum Josephi quae ab
ipso tempore famis hinc inde ad custodiendum Regium
frumentum erectae erunt conspici dicuntur, et ab ipsis tur-
cis Jsuph begamber hambary, id est Josephi Pro-
phetae frumentariae cistae appellantur, quod ex multis
tam Turcis quam Christianis cognovi, et in quarum
quibusdam adhuc hodie Imperatoris frumentum asser-
vatur. Sed haec non sunt huius loci, in Orientis ta-
men commiserationem nescio quomodo delabendo, in haec
quoque prolapsus sum.

De Tartaricis uti voluisti diligenter inquisivi,
et a tribus diversis autoribus nomina Tartaricorum Impe-
ratorum consignata accepi, verum penitus inter se dis-
crepantia, quae dum nullam sustineant probam, et ficta
potius ab hominibus lucri-cupidis, quam vera videan-
tur, tibi tanquam incerta mittere volui; non intermissurus
interea occasionem (si modo per occupationes instante
iam discessu ab hinc nostro licuerit) ulterius de his
inquirendi. Illud scito plerosque turcarum in ea opinione
esse Tamberlanem (qui ipsi Temir han id est
ferreum Regem nominat) non ex Precopiensibus
Tartaris Tauricam Chersonesum incolentibus, sed
ex ultima Asiae Tartaria fuisse, cuius posteri adhuc
hodie

hodie latissimas Asiæ terras incolere dicuntur, atque tempore Solymanni turc: Imperatoris unus ex eius aulicis noie Siadealy Zeliby maximam istius Imperij partem peragrasse dicitur, cuius amplitudinem et fines (seu eius uero potentiam) longe maiores turcicis ipse Solymanno recensuisse dx. et aliquin uulgata est hæc apud turcas fama. ac quod scribo ex serie quodam turca cui nos nostraque domus concredita est, accepi, qui ex ipso supranominato Siadealy Zeliby hæc se audiuisse et mihi et illustrissimo D oratori constanter affirmabat. Hunc tartarum terram Humaiun uocant, unde fortassis nostri Geographi corrupte magnum Chamum dixere. audio etiam Christianorum uaria genera inter ipsos, quemadmodum in toto Oriente conspici. Plura de Tartaricis et præsertim horum genealogia seu serie reperire ut dixi non potui, nisi siquid interea cognoscere dabitur antequam hinc discesserimus. Spero n. uolente Deo nos sequenti huius Anni Vere discessuros, etsi de me hic diutius retinendo nonnulli iampridem cogitarint et adhuc cogitent. uerum ego, etiam inter meos post hosce aliquot annorum peregrinationes, consuescere cupio, et quamuis non senex in aliqua, si fieri poterit, quiete ad mediocria aspirare, secutus Hieremiæ Proph: ad Baruchum consilium, hoc præsertim rerum mirifice mutabilium Statu. Mense Augusto et sept: cum uitæ periculo decubui; morbus ex præcipiti quodam Catarro

in pectus decidente exortus fuit. quod sane genus morbi plerasque orbis loca tunc peruagatum esse literae hinc inde ad legatos qui hic resident scriptae testabantur. Bellum Persicum maiori iam quam umquam antea geritur, licet 4 Augusti nuncius quidam Persicus 8 hominibus comitatus hic comparuerit et spem pacis ineundae annuerit, cum promissione subsecuturi breui magni Legati et de pacis conditionibus certi aliquid concluturi. Unde etiam eidem honores in ingressu Regij honores exhibiti, et Imperator ad se ipsi postea demonstrandum sedecim millibus hominum comitatus ex una aula sua in aliam transmigrauit. quam pompam praecedenti die praecessit inopinata mors Mustaphae Bassae, reuersi paulo ante ex bello Persico cuius generalis Dux constitutus erat, et ob infeliciores successus Constantinopolim reuocatus. Plerique sunt in ea opinione et puto uerum esse, eum uenenum hausisse. cum enim in nauicula paruula in porta Maris quandam lustrasset, et disponeret pertinentia ad Imperatoris pompam, subito ueluti exanimis ore spumante concidit, et sequenti die eadem hora qua Imperator in pompa prodijt, ipse a suis sua cum lugubri pompa ad sepulturam deferebatur. Hic est exitus Mustaphae Bassae qui Cyprum Venetis eripuit et ipsorum Praefecto Bragadino ob constantiam in defendenda urbe fama Augusta, pellem crudelissime contra omnia militaria iura detrahi iussit. Huius locum in Persico

bello

bello nunc Sinan Bassa Goletana expugnatione elatus
sustinet, uerum successu fere minus felici, ut qui aliquam
exercitus sui partem inter eundum excursiones faciendo
in Georgianos amisit. Et deinceps ad Persica confi-
nia progressus militem suum ob annonae inopiam in of-
ficio retinere non potuit, hoc uero autumno prope
urbem Tyflis ad mare Caspium non exiguam cla-
dem suorum passus esse sit. Et quod Mustapha hosti eri-
puit, ipse uix tuetur. licet Turcae spargant se nunc
auxilijs Tartaricis Persas aliquomodo ultos esse. quod
si uerum est, his innotescet temporibus, quae forsitan alia,
quod optandum, sunt allatura. modo ne nostri Euro-
paei tam securiores erga hunc potentissimum hostem,
tum inquietiores in proprijs domesticis reddantur, et sane
Hispanus cur tantopere iam a triennio et in primis
nunc uictor Portugalensium existens, de pace ali-
quot annorum cum Turcas ineunda, hic per suum
Oratorem agat de eo fortassis attentius nunc quam
unquam antea uicinis cogitandum erit. Sed haec
ergo illi ipsi uiderint. Perscribitur ad nos, hoc
anno elapso uaria passim in Germania uisa Pro-
digia in primis uero quale illud sit quod de puella
quadam rustica nomine Maria nata in paga Ros-
dorf uno miliari a Melwinga distante, typis Dan-
tisci publicatum sit, illustrissime domine orator tui
ob-

obseruantissimę amicę ex te horum locorum vicino cognos=
cescere expetit, aiunt in hanc cum mortua esset et
ad sepulturam defferretur iterum reuixisse, et prola=
tis quibusdam vaticiniis quinto post die uti ipsa praedixerat
placite in sella sedendo obdormiuisse.

De his siquam a te per literas ad me tuas summo=
opere certior fieri Dominus meus expetit, et te quam
officiosissime salutat. Plura ad te scripturus nunc
Orationis aduentu Domini Friderici Breiner qui iam ur=
bi nostrae appropinquat, impedior. Bene ergo et
felicissime uale uir clarissime et praeceptor obser=
uande, et me quod facis ama. Datae
Constantinopoli 14 Jan: 81.

Tui obseruantiss:

Ventesl. Budowetz a Bu=
dowa.

AD CHRISTOPHORUM HERDESIUM

Clariss. atque Ex.me V. Domine, et amice honorand. pro
mea ingenerata quandam erga viros magnos propensione, iam
a multis annis te non mediocriter et amo et colo, et sus=
picio. Nam qualis, quantusque Vir esses, tum ex eorum
sermonibus qui te norunt, tum ex clariss. ingenij tui mo=
numentis, singulari pietate, prudentia, doctrina condi=
tis, facile perspexi. Accessit etiam nonnulla uolun=
tatis

tatis in me tuae significatio; quam in epistolis ad amicos
dedisti, cum me amanter salutaris. quod tum antea per
alios, tum nuper admodum semel, atque iterum per amiciss.
tuique praeter caeteros, cupidiss. hominem D. Monauium
facere voluisti. quod officii genus beneficio quoque cumu-
lare tibi placuit, cum ad quaestionem, quae mihi non
contemnenda videbatur, tam humaniter respondere non
es gravatus. de quo magnam tibi gratiam habeo, et
rogo, ut mea causa diligentius adhuc in eam inquiras, quae
quidem quaestio non videtur integre tibi proposita fuisse.
ea duplex est. prima quidem, Num Helveticis Ecclesiis
addicto, liceat ad Lutheranorum Synaxin, atque ad S. Coe-
nam accedere, bona conscientia. altera, Num id, (si iam
licere constet) dissimulata fidei suae Confessione, facere
fas sit. Non enim videtur dubitandum, si sententiam su-
am prae se ferat, quin a communicatione reiiciatur, cum
tota Ecclesia, cuius se is membrum profitetur, publice et
scripto et verbo diris devoveatur, atque excommunicetur.
absurdum autem videri queat cum iis communicare, qui
te in excommunicatis, et αὐτοκατακρίτοις, in impiis,
in blasphemis, in nefandis haereticis numerant, ac, cum
Christi hostibus aqua et igni interdicunt. quae cau-
sae adduci possint praeterea, ne omnino ad eorum coe-
nam

nam accedendum uideatur, in numerato tibi sunt, homini pio, et harum controuersiarum maximè gnaro. quare eas non enumerabo; hoc tantum attingam, non abs re in huius Sacramenti administratione et doctrinam ipsam, et ritus deprauatos, tum rerum quoque non necessariarum accessione inquinatos uideri. at praecipuae ministerij hae duae partes sunt, quin uerae Ecclesiae notas esse uolunt ij, qui omnia ad Christi, et Apostolorum eius doctrinam, et exempla, non ad hominum autoritatem, reuocanda censent, neque alio fundamento inaedificandam esse Christi Ecclesiam uolunt. Ac doctrina quidem ipsa quam a ueritate abhorreat, quae Christo quiduis potius aliud, quam humanum corpus, ac naturam affingit, ac quasi Vertumnum aliquem in Scenam inducit; tu Vnus omnium optime, ac doctissime demonstrasti. Ritus uero multa habent aliena, et haud scio an aequis animis ferenda. quid enim obsecro sibi uult procubitus ille coram ministro in genua; delictorum confessio; absolutionis petitio; peccatorum condonatio, cum manuum capiti impositione, deinde accessio ad altare, ad campanulae sonitum genuum in terram positio; orbicularis crustulae, uel corporis Christi manducatio oratis, atque adoratio; candelae meridie lucentes, et quae sunt generis eiusdem alia. Haec attentius consideranti, non nulla de causa, dubitatio incidere possit, recte ne faciat; si ab

illa

illa Ecclesia, cuius se membrum professus sit, in qua haec absint, ad hunc coetum, tanquam ad hostium castra transfugiat.
Illa quoque scita quaestio de dissimulatione, Nicodemi ali, orumque. exemplo, non omnino prorsus examine indigna uidetur.
Nam ut aperte fidem, confessionemque abnegare impium est, et in Deum nostrum contumeliosum: ita non desunt rationes, quamobrem aliquando tegenda sit sententia, cuius professio maiorem offensionem quam fructum ferre saepe solita sit. quod si fieri posse concludatur, statim subijciat aliquis, male cautos fuisse, et esse multos, qui se carceribus includi magnis incommodis, morte denique affici maluerunt, quam dissimulatione sibi, uitaeque suae consulere. Scribis tu quidem in eleganti, et docta ad Monauium epistola perclare quaedam, ex quibus harum quaestionum peti solutio posse uideatur. Verum quaedam molli brachio attingis; Vbi etiam subdubitare nonnihil uideare. Illud certe, quod dicis non esse priuatorum hominum receptos errores, ac ritus immutare, non est in quaestione. Nam ut id ad magistratus pertineat; non propterea non mandatum est priuatis, ut ab omni mali specie abstineant; Ut Idola fugiant; Ut Deo potius quam hominibus obtemperandi sibi esse existiment, ut nihil immouent, nihil addant, nihil minuant, ne cum Dei Sapientia contendisse uideantur. Quod ad Christi quidem, atque aliorum, quos commemoras

memoras, exempla attinet, amplius quaerendum uideatur, num haec in hac controuersia definienda momentum habeant; cum longe diuersa Judaicae Ecclesiae ratio fuerit, atque Christianarum quae hodie sic uocantur. Et est in personis quoque quarum exempla inducuntur, si cum nostris comparentur, non parua dissimilitudo. Ac ut caetera praeteream ne longus sim; Vna illa tunc fuit Ecclesia, Vnusque idemque ritus, Vnum etiam templum, non ullum usquam aliud; ad quod Dei populus respicere necesse habebat. Hoc uero tempore nulla est una certo aliquo loco Ecclesia constituta, in qua nos necessario esse oporteat, quomodocunque illa administretur. Sunt aliae alijs magis ab erroribus repurgatae, et ad Dei uerbum conformatae. ad has nobis potius conueniendum esse, et fugiendos errores monent illa ipsa exempla quae adduxisti. Nam post doctrinam, et ritus a fermento pharisaico repurgatos, Christi beneficio; post Ezechiae, et Josiae restitutionem; existimo temporibus illis non licuisse cuiquam, sine graui delicto, ad ueteres errores redire, atque (ut sic loquar) inuentis frugibus glandium adhuc usum obstinate retinere. Sic, ni fallor, culpa non uacabit, qui doctrinarum, ac rituum erroribus foedatam Ecclesiam aliquam, ei anteponendam censuerit quae ad Christi normam haec omnia direxit, et expoliuit, ac puriora effecit. Illud quoque quod ex Paralipomen. adfers, Vereor ne Accidentis elenchus dici queat Et certe non ideo

haec

haec talia à S. S. literarum monumentis consignata sunt, ut errata imitemur, sed ut ea fugiamus, et Dei misericordiam eadem opera contemplemur, quae imbecillitati ac delictis humanis ueniam det. Errasse autem illos uel Ezechiae deprecatio ostendere potest. Quod de ijs, qui recte sunt corde, additur, nescio an ad eos transferri possit, qui data opera et scientes non imprudentes errant, si tamen hic, de quo disputamus, error est. Illi nesciebant se errare, eorum ignorantiam Deus excusatum habet pro misericordia sua. Nunc doctrina hac pugnantibus doctorum hominum scriptis exagitata quis ignorationem praetendere queat? Deinde quod conscientiam attinet haec sane non uidetur esse certa eorum, quae ad fidem pertineat, norma esse debere. Non enim Verbum Dei ad conscientiam, sed haec potius ad illud est dirigenda, et confirmanda alioqui multi impij multi superstitiosi in omnibus religionibus excusationem mererentur. Sed haec pluribus quam constitueram, persecutus sum. De quibus quidem quaestionibus ut ad summum illum uirum Ambr. Wolfium, qui tibi plurimum debet, referas eiusque sententiam exquiras, nobisque perscribas valde peto. Vale Vir praestantiss. meque mutuo ama. Ur 14 July 1580.

Ex. V.

Addictus et integer amicus

Peregrinus.

NOBILISSIMO ET CLARISSIMO
Viro D. Andreæ Duditio pere-
grino Sacræ Cæsareæ Maiestatis con-
siliario, Dno suo obseruando.

S. Quod ad humanissimas tuas, eruditionis, et pietatis plenissimas, literas, tardiq, quam par est, respondeo, Vir nobilissime, et clarissime non est; quod propterea tanto doctiq, et excelsa tua dignig responsum, à me expectes. Fateor n. ingenue, non esse hanc ingenij mei potestatem, et uires ut quod cum doctissimis tuis literis conferri ullo modo queat, in medium adferre possim, et tamen æquum est, ut aliquid saltem, et quid de illa tam solide, et neruose à te tractata quæstione, sentiam, respondeam. Ago tibi autem in primis, Vir Nobi^me^ et Clari^me^, immensas gratias, quod me non solum à facie tibi ignotum, sed et nullo meo merito commendatum, tanta complexus sis beneuolentia, et me tibi gratum et charum esse uolueris. Me quidem Celeberrima nominis tui fama, et præstantissimi ingenij dotes, quibus te Deus præ multis alijs ornatum, clarum et insignem esse uoluit, iampridem, et in admirationem, et amorem tui rapuit, et pertraxit. Itaq in magna fœlicitatis parte pono, quod intermedia Monauij nostri opera factum est, ut tua me dignum amicitia et familiaritate iudicaueris, quo-

no-

nomine me tibi obstrictum esse grata mente fateor.
Etsi autem, quod ad quaestionem illam attinet, ego potius
maturissimi et perspicacissimi tui iudicij sententiam, si haec
aliqua apud me postularet dubitatio, expetere, quam
obtusi ingenij mei non bene limitatam sententiam proferre
debuerim, uolui tamen Monauio nostro, hoc tuo nomine
a me petenti, morem gerere, à quo mihi quaestio in
genere tantum, nullis circumscripta, aut definita Circum-
stantijs, proposita fuit, Respondi ter, uideri mihi posse
illum, qui Heluetiers Ecclesijs in negotio Caenae addictus
est, ad Lutheranorum sacram Synaxin, bona conscientia,
accedere, quod tamen sub hac exceptione intellectum uolui, si
aliud videlicet nihil, quam externa rituum et caeremoniarum
solaque opinionem diuersitas, impediat. Eoque spectare uolui
rationes, quibus, ad ita sentiendum, pro mei iudicij tenui-
tate mouebar: Neque opinor, quod in hoc genere quaestio-
nis dissideamus. Puto etiam, quod ita senserit in Episto-
lis suis Beza. Ad secundam uero quaestionem tu-
am quod attinet, cui addita est. haec circumstantia.
An hoc liceat, dissimulata fidei confessione, Haec uero
quaestio in illam ipsam exceptionem incurrit, cuius ego
nominatim mentionem feci: Nempe si nulla in hoc
periclitetur ueritatis confessio, quam in sacramentorum
usu edere tenemur. An autem, et quatenus confessio-
nis

nis causa in eiusmodi sacræ Synaxis usu agatur, facti magis, quam iuris, ut loqui solenq, quæstio est, quia in facto consistit, et a totiq negotij circumstantijs dependet. Existimo itaq ac prorsus hac in re tecum consentio, Ubi casus et circumstantia necessariæ Confessionis hoc exegerit, Veritatem non esse dissimulandam. Fateor etiam periculosum esse valde, apud vos Sacræ Synaxis usum ubi aut certum est, aut omnino verisimile, et præsumptum esse potest. Si quis rogatus, libere sententiam suam profiteatur, fore, ut a Ministris Lutheranis ad communionem non admittatur, sed tanquam hæreticus ab ea excludatur. Nam sic accedens ad communionem, cogitare potest, hanc omnium de ipso opinionem esse, eamq se hoc facto suo comprobare, quod nimirum non ea fide et sententia ad communionem accedat, in qua velut erronea et hæretica, si eam profiteretur, non esset admittendus. Idem sentio de ijs locis, ubi doctrina de Sacramentis prorsus est corrupta, per Ubiquitatis, aut aliud simile dogma, quo veritas corporis Christi in Phantasma convertitur. Nam in eiusmodi dogmatis Confessionem, quæ alias Sacramentorum usui inest, et cohæret, communicare, periculo, et offensione conscientiæ carere non potest. Hinc olim, non sine causa, in veteri Ecclesia interdictum fuit Catholicis, ne cum Nestorianis, qui carnem Christi communis, et

per

per se hominis, non autem Dei Verbi in unitate Hyposta-
sis propriam esse dicebant, neque etiam cum Eutichianis,
qui sublatis a corpore Christi omnibus humanae naturae
proprietatibus, in diuinam naturam illud mutatum esse con-
tendebant, communicarent. Cur antytipis Mysterijs com-
municant, inquit aduersus Euthichianos, Theodoretus,
cum superuacuus sit Typus, ubi sublata est Veritas. Et
Leo Romanus prorsus frustra communicare dicit, qui nul-
lam habeant eius corporis participationem, cuius abne-
gant ueritatem. Quin et Ambrosius non recta fide
communicare dicit eos, qui in dominicae coenae Synaxi
quod in Christo humanum et diuinum est, per diuer-
sas naturae proprietates, non diuidunt sed discrimen
hoc proprietatum tollentes, confusionem introducunt. In
istis igitur duobus casibus, quoniam ualde metuendum est, ne
in Schisma quis potius incidat, quam in uera Ecclesia
Dei, quod ad publicam doctrinae professionem attinet, uer-
setur, ego pro meae conscientiae testimonio ad commu-
nionem non essem accessurus, nec alijs, ut facerent suasurus.
Et in hanc sententiam respondi ante triennium Cancel-
lario Ambergensi, qui et consilium hoc sequutus fuit.
Non est n. ignotum, quantopere Augustinus, et Ortho-
doxi patres, cauendum esse monuerint ne in haeresi

uel

uel scismate communio sumatur. Sunt uero et in Germania
passim Ecclesiae, in quibus, etsi uulgaris obtineat persuasio de
corporali praesentia. tamen doctrina maxima ex parte, et
in fundamento praecipue, est pura, Ubi etiam qui diuersum
sentiunt, non prorsus excluduntur, sed fidei et conscienti-
ae suae permittuntur, sicut apud nos in omnibus fere Eccle-
siis, et alibi quoque fit. Hic certe, cum nulla periclitetur
ueritatis confessio, putarem, si melior alibi in Ecclesiis rectius
institutis communicandi non se offerat occasio, posse quem-
absque conscientiae offensione, ad sacram Synaxin cum iis,
qui ipsum in sua fide ferant, accedere. Nam & ibi,
propter immotum illud unicum fidei fundamentum, etsi
non omnia aeque pura, sed multa pharisaico fermento
inquinata sint, Ecclesiam tamen, et sacramentorum administratio-
nem esse puto. Apud nos formula Liturgiae, qua
ad communionem inuitantur fideles, pia est, nihil habens
a ueritate alienum, quamuis plures adhuc uulgari er-
rore irretiti teneantur, Doctrina quoque de uero myste-
riorum usu in fide recte proponitur. In hac publica
fidei confessione, ego ad communionem accedo, nec de
priuata mea sententia, in qua tamen omnes me esse
suspicantur, ulterius rogor, aut inquiror. Facit igitur
et uerae Euangelicae doctrinae fundamentum, publica

item

item Liturgiae confessio. Denique haec recte pro mea
conscientia sentiendi libertas, ut à communione me in
nostris Ecclesijs non abstineam. Cur enim me ab ijs in
hac sacrae Synaxis communione tenere, quasi non unum
cum ipsis in Christo corpus essem, segregarem, a quibus
in uerae religionis fundamento, quo fidei et Ecclesiae uni-
tas continetur, non dissentio, et qui me de corporalis
praesentia aliter sentientem, atque etiam suo iuditio erran-
tem, non segregant tamen. Nam cum quibus in funda-
mento fidei communionem profiteor, cum ijs etiam in
sacramentorum communione (salua tamen per hoc ueri-
tate, et in offensa conscientia) coniungi posse, nec
mihi hoc casu, propter solam opinionum diuersitatem,
secessionem faciendam esse, persuasus existimo. Ab hac
sententia, quantum ex rationibus tuis, et quo istae tendant
perspicio, iudico te non esse alienum, quemadmodum
et ego uicissim tibi libenter assentior abstinendum esse,
recte de mysterijs sentienti, à communione, in ijs ~~[illegible]~~
locis, ubi is publicae deprauatae doctrinae testimo-
nio et Ecclesiae istius iuditio, propter fidem suam, com-
munione indignus, et pro excommunicato haberetur.
Neque enim hic uideo, quem fructum ex hac communio-
ne percepturus esset. Ad ritus autem quod attinet,
quorum plurique iam olim in primitiua Ecclesia, absque
ipsis

ipsiq tamen doctrinæ corruptela, inualuerunt, sed postea in superstitionem conuersæ sunt, quoniam non est in priuatorum potestate, in his quidquam mutare, fateor, seruitutem quandam uersari, quæ homini pio pacis, et tranquillitatis causa, nisi manifesta adsit impietas, ferenda sit potius, quam ut propterea omni se prorsus communione non sine scandalo, quasi Sacramentorum contemptor, abstineat, eoque ipso testetur, se ab istius Ecclesiæ communione omninò esse segregatum. Qua in re uerendum sit ei, ne si iustam et necessariam huius suæ separationis Causam non habeat. aut ipse pro Schismatico se gerat, aut Ecclesiam istam a qua, propter hanc adulterinorum istorum rituum seruitutem se segregat, Schysmatis et heresis condemnet. Multa sunt fateor, quæ anxias piorum mentes hac in re grauiter exerceant, et magnam sæpe sollicitudinem et dubitationem iniiciunt. Proinde, si quis omnem sibi hîc scrupulum eximere non posset, nec repugnante conscientiæ suæ testimonio seruitutem hanc ferre, huic certè longè satius, et consultius erit, abstinere, et nihil in accedendo ad communionem contra conscientiam facere. Et huc spectare uolui ea, quæ de conscientia attuli. Neque enim propterea censeo, conscientiam cuiusque normam et regulam esse debere, eorum

eorum, quae ad fidem religionem pertinent. quam potiq
omnium conscientia conformanda est, cum uerbo et manda-
to Dei. Sed fieri tamen saepe numero potest, ut aliq
conscientiae scrupulum pro suo cognitionis, qua rem aliq
intelligit, modulo, sibi faciat, quem aliq non aeque factu-
rus esset. quo casu etiam in rebus, quarum usus indif-
ferens esse potest, habenda est ratio conscientiae, ne quid
contra eam fiat, quamuis hoc alias forte absq conscien-
tiae offensione fieri posset. Sicut autem supra de dre
confessione, ita quoq non grauatim sententiae tuae as-
sentior, in eo, quod ubi periculum subest, ne quis ac-
cedendo ad communionem, pro eo habeatur, ac si a
tenore Eccla, in qua aliquando Vixit, et commu-
nionem percepit, defectionem faciat, et ad hostes ipsiq
transeat, eiusmodi communionem conscientiae offensione ca-
rere non posse, quia tum aduersarios et hostes hoc
suo testimonio confirmat, non seruat, ut Augustinq
ait, Vinculum pacis et Vnitatis. Ideoq non Myste-
rium pro se, sed testimonium accipit contra se.
Caeterum ista de edenda uel dissimulanda confessione
quaestio, longius patet, quam ut Epistolice de ea dis-
seri queat. Ego uero existimarem, saluo tamen me-
liori accurationiq iudicio tuo, ubi alia, de quibus supra
actum est, non obstant, et nulla hoc efflagitaret necessi-
tas

tas, non opus esse, peculiarem suam a uulgari opinione con-
fessionem, unde plus scandali, et offensionis, quam fructus
euenire posset, profiteri, praesertim, si in eam nemo sit
qui inquirat. At ubi manifestum periculum est, ne quis
facto suo ueritati noceat, et praeiuditium faciat, quod uarijs
ex causis et circumstantijs accidere potest: Ibi confessio-
nem non dissimulandam, nec tergiuersandum esse arbitra-
rer. Itaque si tunc confessionem suam libere, et modeste
edens, et rationem, cur a communione se propter solam
opinionum discrepantiam segregare se non uoluerit, expo-
nens, non admittatur, iustissimam se abstinendi causam
habet, sicut qui non iuste, sed per iniuriam excommunica-
tur. Non enim, ut Hieronymus inquit, Propterea
est extra Ecclesiam, sed de ipso corpore, qui iniquo
pastoris praeiuditio compellitur esse foris. Quod etiam
scripsi non esse priuatorum hominum, receptos in Ecclesia
errores et abusus mutare, eo pertinet, ut inde quae-
ratur. An quia hoc in ipsorum potestate non est,
separare se prorsus propterea ab omni communione
istius Ecclesiae necessario debeant. Et sane si tales
sint errores, et abusus quibus fundamentum fidei euer-
titur et labefactatur, aut ubi haec Schismatica in-
ualuit opinio, ut a se dissentientes, nec ferant, nec

ad-

admittant sed habeant pro excommunicatis, non diffiteor ab huiusmodi specie mali abstinendum, et communionem hanc, non secus, ut idolum fugiendam esse. Exemplo Christi non alio fine usus sum, quam ad excusandam eorum conscientiam qui in iis locis versantur, Vbi in aliis et reliquis in sitatis Ecclesiis communicandi occasionem non habent et qui sine manifesto scandalo ab omni communione segregare se non possunt, nec tamen habent q metuant ne in testimonium abnegatae veritatis communicent. Eodem spectat quod ex paralippomenis adduxi. Neq hic anxie disputandum esse censeo, an scientes, vel ignorantes errauerint isti. Certe verisimile est, ipsos sciuisse qualis esset in lege institutus Agni paschalis ritus, qui non a temporibus quidem, Judicum secundum librum faederis pure seruatus fuerat, neq etiam ignorasse, nihil addendum et detrahendum esse verbo, et institutioni diuinae, q tamen intelligebant et videbant tunc nec fieri nec seruari. Quoniam vero publica haec corruptela mutari ab iis non posset, et tamen recto corde hoc sentirent et expeterent, misertus est ipsorum dominus. Quamuis autem haec de dominica Caena controuersia doctissimorum hominum scriptis, multis iam annis sit agitata. Tamen infinite multos adhuc esse qui non sponte, et data opera, sed falsa persuasione fascinati, aut eti-

am

268

am præiudicijs dementati, errent, ego expertus sum mul-
toties, et indies adhuc experior, Vt ut, autem sit, in eo
consentiens, ita se in Mysterijs recte institutum gerere debe-
re, ne suo facto et exemplo in sacra Synaxis usu Verita-
tem damnasse, et errorem stabiliuisse uideri iuste possit. Ha-
bes his Vir præstantissime, quæ ex morbo Dei beneficio re-
conualescens, pro sententiæ meæ declaratione ad doctissimas
tuas literas rescribere debui. Facio autem hoc non ut
Theologus, et doctor, sed ut discipulus, et Catechumenus.
Oroque præstantiam tuam maiorem in modum, ut hanc inge-
nij, et uirium mearum tenuitatem non æque ferat, sed me
Vbi nec dum ueritatem omnino assecutus uideri possum,
de ea ulterius admoneat et erudiat. Pro quo ingen-
ti tuo erga me beneficio profiteor me semper gratum
et memorem esse futurum. Vale et tuam mihi conserua
beneuolentiam Datæ 3. Decembris

Præstantiæ tuæ addictiss:
Chrs Herdesianus D.

CLARISS^o ATQ. EXC^mo VIRO DOMINO
Christophoro Herdesiano Reip Norib. Syndi-
co prudentiss^o et Jurisconsultiss^o etc. Dno et amico honor^dmo

S. D. Magnam cepi uoluptatem clariss. atque Exc^me V.
ex eleganti, docta, ac pia epistola tua ad quam pate-
re,

re, rogo, ut aliqua adferam, dum respondeo: Id ego non sane contentionis ullo studio faciam (quis n. ego sum, qui tecum contendam? aut qd omnino contendam cum eo, a quo non dissidet opinio mea?) sed ut occasionem tibi subministrem amplius in hanc qstionem, qua de agitur, inquirendi: Ut si forte Helvetius haec, quae paucis persequar, porro obijciat, quid vicissim opponi illi recte possit, ex te discam.

Audi inquis, videri mihi posse illum, qui Helveticis Ecclesijs in negotio coenae addictus est, ad Lutheranorum S. Synaxin bona conscientia accedere. quod tamen sub hac exceptione intellectum volui; si aliud videlicet nihil, quam externa rituum et Ceremoniarum, solaque opinionum diversitas impediat. Addis deinde: neque opinor, quod in hoc genere qstionis dissideam.

Vellem equidem praestantiss. V. ut nulla esset dissidij, hac in re inter nos, causa: Sed valde metuo, ne non sit nulla. quod tamen facilius tollere, quam id, quod est inter Wolfium et Pseudopatres illos Bergenses. Magna est exceptio, quam interponis. Nam ritus quoque et ceremoniae, quae Verbo Dei repugnant, in Christiana doctrina bene instituto fugiendi videntur. ab omni n. mali specie nobis abstinendum est: nihil addendum, nihil detrahendum Christi institutioni. Iam vero, in hac Christi Coenae repraesentatione, quam multa fiunt, praeter mandata,

& Christi ipsius exemplum? altaria Judaica, mensis Christi
anorum sublatis, reuocata sunt; picturae statuae, & simulach=
ra alia, expresso Dei mandato, seuere vetita; vestitus
Aaronicus; candelae, campanula, procubitus in genua, con=
fessio, absolutio, consecratio, introducta est; fractio panis
usitati, & porrectio abolita, crustulam orbiculare sub=
stitutum: quae omnia aliena sunt, & cum Christi institu=
to pugnant, atque ad astolatriam excitandam compara=
ta uidentur. Opinionum uarietas nihilue impedire de=
bet? quid audio? Ecquid aliud falsas a Vera Eccle=
sia discriminat, quam doctrinae diuersitas? quam autem
ista, quae in Lutheranorum Ecclesijs docetur, diuersa sit,
ac prorsus repugnans Heluetiorum doctrinae, nimis perspicuum est.
Omnia illa, quae supra attigi, ita mordicus retinent Luthe=
rani, ut ne moniti quidem & uerbo Dei conuicti, remo=
ueant: imo hostiliter defendant, ac propugnent. Illa
autem his etiam maiora dici possint, quod Lutherus
hanc Ecclesiarum magister; cuius scripta omnia [illegible];
Christum in pane adorandum esse docet, quod corporaliter ibi
praesens sit; ne debito honore priuetur. alicubi pro [illegible]
[illegible] transsubstantionem: quam negantem Berengarium, recte
ac pie damnatum esse confitetur. adde quod consubstantia=
tio, quam item inuehit, non minus, quam ipsa transsubstantio,
adorationem eumicit, & sacrificium atque oblationem illam

Non

pontificiam in Ecclesiam introducit: qtra quae tamen plum-
beis pugnare gladijs uideri uolunt. quae, nisi tecum age-
rem, cui notiora sunt oia, q mihi, fusius demonstrare
possem: qum, si rem penitus introspiciamus, ne ab Vbi-
quitariorum quidem sententia longe absunt reliqui Luthe-
rani; a quibus tamen se discrepare dicunt. Quid quod
Lutherus ipse Vbiquitatis inventor est: et negat alicubi
corporalem praesentiam obtineri posse, nisi Vbiquitas aut om-
nipotentia ipius constituantur. Ex hoc forte Brentius, et
qui eum sequuntur, hauserunt; et ipsi bene post Germa-
niam pene totam inebriarunt. At tu ab horum Sacra
Synaxi Helvetium arces. Iam si ostendam amplius id, quod
iam dixi, omnes Lutheranos Vbiquitatis haereseos con-
uinci posse: reliquum est, ut, tua sententia, Helvetio à
Lutheranorum quoque Synaxi abstinendum sit. In eo quoque
non multis rationibus ut agendum mihi censeam, facit singula-
ris eruditio, atque acumen tuum. Hoc unum dicam. Si
Christus in ea hostia (sic enim appellant) corporaliter
est, aut subest, aut cum illa est; et infinita propemodum
hostia, innumerabili hominum multitudini, in diversis, et longe
inter se dissitis regionibus distribuuntur, eodem tempore; tum
necesse est, omnia illa absurda consequi; quae in Vbiqui-
tarijs notantur. Neque enim unum iam erit Christi corpus;
neque uale, ac suis corporeis proprietatibus praeditum;
non

non ullo loco circumscriptum; sed prorsus Ubique erit, eodem temporis momento uel saltem illis in locis omnibus in quibus cena administratur. Quod Ubiquitati ita affine est, ut idem aliqui esse contendant. Ubiquitarii sunt igitur Lutherani, uelint nolint, in uniuersum omnes. Id ostenderunt Heidelb. cum ita fere argumentantur. Si corpus Christi non est Ubique; non est in pane Eucharistiae: secundum Brentium, et Tubingenses. At corpus Christi non est Ubique; ex sententia Witebergen, et aliorum Lutheranorum; qui Brentiani haberi nolunt. Ergo corpus Christi non est in pane. Si corpus Christi est in pane cenae, est etiam Ubique. At corpus Christi est in pane, secundum Witebergen. Ergo secundum eosdem erit etiam Ubique.

Quae cum ita sint, non minus hic locum habebit Veteris Ecclesiae interdictum illud quod cum Nestorianis huc Theodoreti; huc Leonis Romani; huc Ambrosii autoritas transferri potest. Conficitur ex his igitur; Heluetio a Lutheranorum Synaxi abstinendum esse.

In secunda quaestione tandem adhibendam esse cautionem censui; ne scilicet Veritatis confessio periclitetur: quae non sit dissimulanda. Quare nihil est propemodum, in quo nostrae sententiae de hac quaestione discrepent. Neque enim de illo dubitari potest, quod addis; pro haereticis blasphemis, impiis haberi Heluetios: atque ideo nullum eorum admissum iri, si non dissimulet, si aperte profitea-

tur

tur fidem suam. Atque haec quidem opinio, qua as-
seritur non esse coeundum in Ecclesijs diversam sententi-
am profitentibus confirmari. Vt Pontificiae Ecclesiae prax-
is, et consuetudo; quae certe nullum unquam admisisset, aut
nunc admitteret, quem a sua doctrina abhorrere suspica-
retur: Ita quoque nec pontificij, nec Lutherani ad Helvetio-
tiorum coenam unquam volentes accederent. Quod
quidem satis indicat ipsos quoque dissimulationem omnem
in tali, tantaque re fugiendam esse existimare. Neque
enim de levi re agitur, et judicio, ut ille ait, petuntur
praemia; Sed publica hac solemnique actione testimoni-
um dicit quisque, cuius se civem Ecclesiae, ac membrum
haberi velit. Secessio magna facta est in Ecclesia; in
multiplices dessuta sunt Christiani sectas; atque in hosti-
les factiones divisi sunt: haec est tessera, hoc signum con-
stitutum, quo transfuga, suique ordinis, ac commilitonum
desertor notetur. Iam vero si quis ex alterutra acie,
dissimulato studio, ac militari Sacramento, ordine, statio-
neque sua relicta, modo ad hos, modo ad illos transeat
ut pro tempore, rumusculos, suspitionem, ac pericula
aliqua defugiat; quo tandem, quaeso, is nomine dig-
ni iudicabitur? Si hoc impune licet facere, pro-
fecto male cauti fuerunt, ac vitae suae nimis intem-
pestive prodigi, qui carceres, exilia, cruciatus, ex-
trema omnia simulatione, ac dissimulationi anteposuerunt.

Quod

quod te non magni fecisse uideo, cum in responso tuo nihil de eo dixeris; mihi certe non leuiter aestimandum est. Martyrum enim sancta semper et Veneranda fuit, et erit, omnique predicatione, atque imitatione digna memoria: qui sanguine suo foecundiorem Christi Ecclesiam reddiderunt, atque amplificarant. Nunquam tam late propagata fuisse Christiana religio, si simulare fas fuisset; quae tamen in persecutionibus per multiplices cruciatus, ac supplicia Martyrum, quae illis libera fidei, minimeque simulata confessio peperit, in hanc maiestatem, atque amplitudinem creuit, ac longe, lateque proseminata est. Religionis igitur propagatio, non simulationi, non dissimulationi; Sed audaci constantique confessioni accepta ferenda est. De Basilide, et Valentinianis, Tertullianus Origenes, Eusebius, alij, testantur; Martyria omnia artificio declinanda esse; docuisse: ~~Helchisita~~ Helcesitae haeretici fidem verbo negandam; Sed corde et animo conseruandam docebant. de eiusmodi quoque hominibus Bernardus; indixere, inquit, latebras sibi, firmauerunt sibi sermonem nequam: Iura periura, Secretum prodere noli. Neque enim multum interesse puto, si quis uere neget, aut dissimulatione tegat sententiam suam. multo etiam maius esse crimen suspicor publice, coram populo ad eos te accessisse ostendere spectandumque praebere; qui tuos ciues ac fratres, Diaboli martyres, Machometanos, Epicureos, impios, blasphemos esse

per

perpetuo proclamant. Iudaeorum principibus, qui se Christi discipulos esse palam profiteri non auderent, ne e Sy-nagogis eijcerentur, grauiter notantur à Spiritu sancto, quòd gloriam Dei gratia hominum anteferrent. quomodo potestis inquit Christus, credere, Vos, qui glo-riam ab inuicem accipitis, eam uero, quae a solo Deo est, gloriam non quaeritis? quae quidem (ut de mul-tis haec paucula attigisse sufficiat) eò pertinent, Vt ostendam, etiam exemplis nos sanctorum Virorum, ab eo-rum Societate arceri, quos a Christi doctrina, et instituto alienam sequi sententiam persuasum habemus. Laudatur Origines, quòd adhuc pene puer, adduci non potuerit, ut cum Paulo Antiocheno, quem in haereticis numerabat, saltem in oratione consisteret; etsi multitudo, etiam Catholicorum, infinita ad eum au-diendum confluêret. Praeclare Cyprianus; adulte-rum est, impium est, Sacrilegum est, quodcunque huma-no furore instituitur, Vt dispositio diuina uioletur. procul ab hmodi hoim contagione discedite, et Ser-mones eorum, uelut cancrum, et pestem fugiendo uita-te. Sunt qui ita Verba componant, sententiam suam artificiose ita tegant, ut ministri opinionum fallant, seque in coetum subdole insinuant, ac socios adiungant ijs, qui contraria sentiunt. In quos illud Am-

brosij

brosij non male quadrat. Non satis est inuoluta confessio confitentis reum: sed aperta confessio. Et quid prodest Verba inuoluere, quando uideri uis denegasse? fallere ministrum, fucum facere astanti pop. possumus, Deo certè, qui cogitationes introspicit, uerba dare nec possumus nec uero debemus. Hic uenit mihi in mentem Eleazari historia; qui cum sibi a ministris Regijs offerretur facultas, ut accepta carne, qua per legem sibi vesci licceret, ad circumueniendum Regem, simularet se illa edere, quæ de Sacrificijs atque illicitis cibis ingerebantur, consentire ad hanc fallaciam noluit, quod nec ætati, nec nobilitati suæ conuenire diceret id fingere, quo cæterij offenderentur. Maluit scilicet uitam profundere, quam simulare, ac mentiri. Syncera, inquit Cyprianus, prorsus fides et uirtus integra, ac satis pura, non Regem Antiochum cogitasse, sed Deum iudicem, et scisse proficere sibi ad salutem non posse si hominem derideret, ac falleret, quando Deus, qui conscientiæ nostræ iudex est et solus timendus est, nec derideri possit oio nec falli. Hæc de multis paucula satis ostendunt simulationem mendacij speciem culpabilem esse, ideoque fugiendam. quod scribis esse alicubi in Germania Ecclesias quæ diuersum sentientes non excludant a coicone,

id

id mihi ignotum est. Paucos esse puto; in quibus mi-
nistros tempori magis seruire, ac hominem gratiae Veli-
fican, quam Lutheri ac magnorum suorum rationem ducere
existimo. Optandum fortasse fuerit, ut in omnibus Luthe-
ri nomine gloriantibus Ecclesiis, idem mos obtineat. Ve-
rum etiamsi tales reperiantur, ambigi tamen adhuc
potest, an omnino Heluetiis accedere debeat. Nam si
id faciat, errores, quos supra attigi, fratrum suorum con-
demnatores approbare uidebitur, spectantes, atque infirmos
in erroribus illis, quos ipse in animo suo detestatur, confir-
mabit, fidem ac confessionem suam perniciosa dissimu-
latione ac perfidioso silentio iam apud fratres suos nega-
bit. Quam autem exitiosum sit tale facinus, illustris
ille Pauli locus satis ostendit. Si quis uiderit te,
qui scientia praeditus es in Idoleo accumbere, nonne
conscientia ipsius, qui infirmus est, instructa ad edendum
ea, quae sunt Idolis mactata, et tua ista scientia frater,
qui infirmus est, propter quem Christus mortuus est, pe-
ribit. Ita autem peccantes in fratres, et uulneran-
tes ipsorum conscientiam infirmam, in Christum peccatis.
Quare si esca facit, ut offendat fratrem meum, non uescar
carnibus in aeternum, nec faciam ut fratrem meum offen-
dam. Dissimilem esse rationem in has, atque illa manducatione.

non

non nego. Sed abunde satis est, si ex hoc loco id efficiam, ut accedentem, ad Lutheranorum Synaxin eiusdem esse cum Lutheranis sententiae, in hac ipsa re, conuincam. Sic .n. Apts quoque ratiocinatur, eos qui idolothytis cum Idololatris ves- cerentur, eo ipso, quod communicarent Idololatriae crimi- ne sese obligare. Multa, inquis, Pharisaico fermento in- quinata sunt. Atqui hoc illud est, quod fugere nos, et cauere Chrs vult: quum ab omni mali specie abstinere iubemur. Ais deinde: doctrina quoque de uero mysteriorum usu apud nos in fide recte proponitur. Optandum id quidem est, sed vereor ne id ibi fieri dici possit, ubi consubtio docetur, ubi adorao panis ut ἀδιάφορον esse creditur: Ubi Christi corpori ea tribuuntur, quae corporis humani pro- prietates refugiunt. Id autem in omnibus Lutheranis Ecclijs fieri supra demonstratum est. Ab hac sententia, ne tu quidem abes. Scribis .n. libenter te mi assentiri abstinen- dum esse recte de mysterijs sentienti a communione in ijs locis, ubi is publico deprauatae doctrinae testimo- nio et Ecclae illius iudicio, propter fidem suam, com- munione indignus, et pro excommunicato haberetur. Id fieri in ijs Coetus, de quibus ad te retuli ostendunt dirae in Heluetios, et comprecationes publicae conuentis pop. Votis, admonitiones ad pop. Serenissime, ut ab

eorum

eorum haeresi, tanquam a peste sibi caueant: impij, blas-
phemi, Epicurei, Turcae, falsique doctores uocantur. ad Deum
preces funduntur coiter, ut suas Ecclesias ab impia hac
dra tueatur, atque integras conseruet. Quod si quae sunt
Ecclesiae in quibus haec non fiunt ex magistrum Lutherum,
qui haec talia discipulis suis arma reliquit, non audiunt
nec Lutheranae dici debent. Seruitutem corruptelarum
et superstitionum homini pacis causa, nisi manifesta
adsit impietatis causa ferendum potius, quam a communione ab-
stinendum, non sine scandalo quasi Sacramentorum contemp-
tor &c. Recte sane. Sed uidendum est etiam atque eti-
am leues, an graues sint corruptelae ac superstitiones.
Hae capitales sunt profecto, si res ad accuratam dis-
quisitionem reuocentur, et quae breuiter supra posui, suis
ponderibus examinentur. Impietas etiam ipsa an absit du-
bitari potest, cum et doctrina Christi, et ritus, in eum
quem dixi, modum mutetur, atque adeo deprauetur. Nul-
la autem tanti esse debet pax, ut contra Christi manda-
tum atque exemplum venire debeamus. nec scandalum eius-
modi fugere docemur, cuius omnis in accipiente haeret
culpa; non in eo qui Christi mauult, quam hominum uolun-
tati obtemperare. Pharisaica sunt huiusmodi scandala,
// quae neque Christus unquam, neque Apostoli, neque sancti ulli
Viri, illorum imitatores declinauerunt. Ut autem Sa-
cra,

Sacramentorũ contemptor non habeat, non propterea statim
eorũm me cætuĩ fraudulenter immiscere debeo, quos secus
sentire, atq agere censeo, quàm ueritas, & uita nostra Chris
postulat. quũ hoc ipso me non esse Sacramentorũ contemp=
torem testor, quòd magnopere mihi cauendũ esse puto
ne deprauatum eorũ usum approbem, atq ijs me aggre=
gem, quos & doctrinam & ritum à Christi instituto alie=
num sequi persuasum habeo. Hæc si quis Heluetijs ob=
yciat, quid ei responderi posit, equidem non uideo:
ne tu quidem secus opinaris, ut animaduerto. Clare n.
scribis eum, qui ita affectus sit, longe consultiũs facturũm
si abstineat a communione, quàm si contra ɔscientiam
accedat. Si casus ferat, ut Confessionem edere, necesse
habeas, & propterea excludaris; nam eam ob rem
Sacramentorum contemptor iure diceris? An calumnia
tantopere Christiano pertimescenda est, ut illius fuga consci=
entiam suam, ac Dei sui iussionem uiolet? Certe
ut ille longe minori in re dicebat, hic non sunt ponendi ru=
mores ante Salutem. qui contemptor Sancti est is sane
neq fert, quo quis ritu administret, quidue doceat; sed
temporis causa, ne quem lædat, sed ut in Vulgus bene au=
diat, tanq Epicuri de grege ad omnes cœnas accur=
ret, siue illa a Pontificijs, siue à Lutheranis, in uari=
as factiones discerptis, administretur. Accipio id quoq

quod

quod das, ibi etiam abstinendo ibi periculum subest, ne acce-
dendo pio transfuga, eiusque Ecclesiae desertore habearis, in qua
prius nomen es professus. Haec certe periculum, haec nota
Vitari nequit. Haec una est tessera, haec nota qua se
istae Ecclesiae distingui uolunt. Haec fuit olim Secessionis,
haec nunc quoque factionis causa. Hinc exortum est impla-
cabile illud bellum, in quo ab his LXta et amplius an-
nis hostiliter utrinque pugnatum est atque etiamnum pugnatur.
Quam leues sint discordiae, quam parua odia, si quis
dubitat, sumat in manus tum alias historias, tum miserabi-
lem illam Ecclesiae peregrinorum ex Anglia profugae narra-
tionem: qua haud scio an inhumanius aut truculentius quic-
quam fingi queat, repetat memoria Antuerpienses illas
Euangelicorum factiones; in quibus Lutherani, ut Heluetios
exigerent ac perderent, cum ipsis Pontificiis, a quibus tamen
capitaliter se dissentire uideri uolunt, consilia agitarunt.
Consideret quisque quae hodieque passim et scribuntur, et
aguntur, cum multorum calamitate atque exitio. Quae cum
ita sint dubitabimus adhuc, an ad eos se Heluetius ag-
greget; quos sciat suis tam infensos esse? quos uideat
eo consilia sua dirigere, ut quantum in ipsis est, fra-
tres modis omnibus perdant? quos dubitare non pos-
sit nihilo sibi quoque quam fratribus suis fore, aequio-

res

aequiores fore, si modo animaduertant quam sententiam aio occultet &c. Caeterum de dissimulanda, uel edenda confessione quoque inter nos conuenict; modo illud stet, in hoc actu, qui publicus est, qui coram ministro, in facie Ecclesiae fit, Silentium idem prope ualere; ac si magna uoce clames, eandem te doctrinam sequi, quam minister ille docent; quam et omnes qui tecum manducant, Veram esse credunt, & profiteantur. In cuius rei fidem, atque obsignationem, praesentia tua testari te omnes, ac constabilire merito existimant corporalem illam Christi in, sub, cum pane illo praesentiam; quem tu panem cum alijs de Sacerdotis manu adorabundus ore accipis. Hic nimirum axioma illud Vulgatum non immerito locum habeat; qui tacet consentire uidetur. ac quod de iuramentis quoque dici solet, ea ad deferentis, non iurantis intentionem exigi; idem hic quoque affirmari queat, non aliam te sententiam esse debere, quam illa ipsa, quae a ministro proponitur in ea Ecclesia, cuius te iam membrum profiteris cum alijs hac tam publica, & solemni accessione tui, ac communicationis testificatione. Quae omnia, cum prudentem piam, & doctam epistolam tuam accuratius perpendo, atque omnes inter se particulas compono, non obscure intelligo tuae quoque sententiae consentanea esse. At quoniam in reliqua epistola etiam tua nihil est quod non libenter accipiam superest ut tibi gratias agam, quas quidem magnas

nas habeo, quod ad rudem quæstionem meam, tam hu-
maniter, tam solide, ac docte respondere non es grauatus;
in tantum presertim negociorum mole ac ualetudine non-
dum satis confirmata. Quam ut Deus integram tibi
restituat, teque diutissime florentem patriæ Ecclesiæque conser-
uet, Votis omnibus expeto. Vale Vir Præstantiss. meque mu-
tuo ama, et hæc boni quæ tua est bonitas, consule.
Vratisl. ipso profecto natalis Domini et Seruatoris
nostri IESV CHRISTI 1580.

Ex. Vræ.

Studiosus et amans

A. D. [illegible]

PATRONIS ET COLLEGIS CON
VENTVS ACADEMICI
Joannes Sturmius.

Statueram dissimulare iniuriam mihi factam in concionibus supe-
riorum mensium, magis seditiosis quam unquam fuerint Romæ
tribunitiæ: Et prope plus quam Manlianis, quemadmodum
uobis patres, patroni, et collegæ constare arbitror. Sed
postquam audiui, iniuriam factam D. Gyphanio a consule
nostro, idque coram, presentibus multis cum studiosis nobilibus
adolescentibus, tum etiam ciuibus, exacerbatis aduersum
me illis ipsis concionibus: non potui diutius sustinere quin
apud uos conquerer. Quam iniuria D. Giphanius ex-
ceptus

ceptus est, eam ad me pertinere puto. Quid n. erat opus dicere
Senatum & se Rectorem esse? quando ego unquam aut Senatui
suam praerogatiuam abnegaui, aut meam obedientiam recusaui?
quando unquam Rectoratum meum iactaui? quando authoritate
illius abusus sum? Semper mihi propositum fuit in hoc nomine
Rectoratus, uerecundiam meam & moderationem meam probare, non
solum uobis Scholarchis, uicarijs pro Senatu patronis nostris aut
quos uobis adiunxit senatorijs consiliarijs, in conuentu Academi-
co sed etiam Praeceptoribus ipsis classicis: taceo de uisitatoribus
quibus praecipue meam beneuolentiam semper probare uolui: nec
puto eos posse hanc in hoc anno reprehendere si aequi, si bonorum
& prudentium collegarum cupiunt officium declarare.

Unde autem ista inuidia post tot annos, quadraginta
inquam annos & aliquot amplius Rectoratus? Ego tam subi-
to, tam paucis hebdomadibus concitata? Necesse est maximam
intercessisse calumniam, de qua miror, me non fuisse monitum
ab visitatoribus; taceo ut mihi adfuerint in hoc incendio con-
cionum sedando. Hac epistola non peto ut mihi adsitis, in
controuersia inter Pappum & me concitata, adiutores, sed
ut iudices uter nostrum author fuit huius dissidij: Pappus
ne suis condemnationibus specie charitatis thesibus & prouo-
catione ad disputationem missis duobus legatis ad Scholarch-
as patronos meos, & duobus ad me, ut plerique omnes uestrum
sciunt: an ego qui non tam intercessi quam interfui dispu-
tationi illi. Deinde an iustam causam habuerint Theolo-
gi, inprimis uero Johannes Faber quamobrem domum meam
& me tam acerbe per inuidiam schola & scholasticorum tam

se-

seditiosis concionibus inuaserit, et an hoc illorum factum, præcipue uero Fabri consentaneum sit illi decreto, quod factum fuit de concione Eliæ Schadij.

Tum an ego abusus unquam sim Rectoratus authoritate, uel in publicis auscultationibus, uel in classicis uel in conuentu Academico, uel in ulla unquam congressione et collocatione.

Postremo an commerui, ut cum infamia hoc mihi nomen auferatur quod ego magis oneris honesti quam honoris inuidiosi causa defendi.

Ut istud a uobis petam, idque per literas causa est, quod solus hanc inuidiam sustineam, neque ullos adiutores habeam, qui uel sint, uel haberi uelint.

Concionum inuidiam sustinere potui, sed consulis indignatio me percellit, propterea quod metuam etiam senatum hoc in me animo esse, quo est consul. Istud si est, oro ut mihi auxilio et consilio sitis quo a senatu audiar, et senatum uestra intercessione et authoritate placem atque reconciliem. Vos enim facile existimare potestis quam mihi iucundum sit, in tanto fastidio et odio ciuium atque Senatus in urbe uersarj.

Postquam hoc uespertino tempore huius diei quæ est prima Martij audiui Academicum conuentum cras habitum iri: Visum est mihi istud ad uos scribere, non tam accusandi quam consilij petendi gratia. Ego sic statuo meam operam in scholis uobis gratam esse aut ingratam: si ingrata, uobis, potestas est data dimittendi mei, sed secundum ius Academicum omnibus Academijs ab Imperatoribus datum et constitutum. Si grata, prouidere nostrum est, ut ne ab ingratis partim discipulis, partim collegis meis imprudens uel grauer aut onerer, uel

con-

condemner aut opprimar. Pericula si scire uultis in quibus superioribus mensibus inclutus fui, quoniam me illa commemorare non decet uos decet ex singulis in consilio uestro cognoscere. D. Hugonem Kribsium in locum D. Friderici Gotteshemij à senatu substitutum et hoc honere affectum esse, ei gratulor, & Academiæ nostræ gaudeo, paternum germen rursum in nostris scholis efflorescere. Patris enim memoria, mihi semper in animo meo grata & iucunda extitit. Valete Viri Nobilissimi & prudentissimi, & Patroni, atque Collegæ uenerandi. Northemij ubi ualetudinis reficiendæ necessaria de causa à uobis absum, dictaui hæc quoniam scribere propter imbecillitatem oculorum & uisus ad candelam non potuj. 1581.

Joannes Sturmius uester
& totus uester.

Reuerendo Viro eruditione et Virtute præstanti
D Hieronymo Swollio, docenti Egtm pie et
fidelitor in Ecclesia Dej in urbe Berlino
amico suo carissimo.

S. D. Reuerende uir & amice cariss. Tueamur coniunctionem nostram propter gloriam Dei & salutem Ecclesiae, presertim cum passim fiant perniciosæ dilacerationes. Acerrima nostri his diebus certamina fuerunt cum Theobaldo Thammero qui olim professor fuit in Acad. Francof. qui in unum chaos confundit Ethnicos & ecclam Dei Ait & in Ethnicis fuisse

Non edita

fuisse Christum, quam legem norint. Et cogitet diuinitatem Christi esse ipsam legis notitiam. Nunc illo τετυφωμένῳ rursus dimisso redeo ad Stancari disputationem, quam mittam istuc. In Prussia quos tumultus peperit furiosa amici tui Brentij goliatio audiuisse te arbitror. Jam Brentius edidit prioris sui scripti declarationem seu ἐπεξήγησιν ualde tenuem cuius exemplum tibi mitto. Plura scriberem, si aurigæ tempus concederent. Bene uale die 29 Martij.

P. M.

D. Christophoro Pannonio S. D.

edit. | S. D. Cl. vir et cariss. frater. Multa exempla humanæ miseriæ intra annos octo uidemus quæ mihi ingentem dolorem attulerunt: Sed profecto ualde auxit meos dolores interitus uiri præstantis sapientia et uirtutibus, Doctoris Hieronimi. Et quia priuatim eum uere dilexi, et quia orbitate Reip. moueor. Admixerat, ut scis, ad illam perfectam cognitionem suæ artis, etiam Ecclesiæ doctrinam. Et nobis erat in grauissimis deliberationibus et profuit et deinceps profuturus erat. Memini nos de præcipuis doctrinæ Christianæ articulis sæpe familiarissime colloqui, Atque optabam in hac nostra senectu diutius familiaritate nostra frui potuissemus. Sed hoc quoque fata tristia impedierunt. Deo nos commendemus et petamus ut nos gubernet. Tuam sponsionem his diebus scribam. B. V. die Petri et Pauli Apostolorum 1552.

P. M.

EIDEM.

non edit. | S. D. Doctiss. Vir, cariss. fr. quod de mea uita solliciti estis, agnosco tuam et aliorum beneuolentiam, ac debere me uobis gratitudinem

dinem fateor. Utinam vero possem illustribus officiis vicissim meam benevolentiam vobis ostendere. Sed vere sum ἐξιὰς [illegible] ut Pindarica descriptione utar. Verum donec me Deus in hac statione vult servire iustum est me obtemperare, et ipsum oro ut me gubernet. Amicitiae vero nostrae semper memor ero et in huius vitae militia et in illa aeterna Academia in qua fruemur nostra coniunctione dulcius et habebimus doctores et collegas cum quibus suavius philosophari poterimus quam habet haec vita. Scribo breviter, quia subito luctu animus meus occupatus est. Heri enim ancilla generi mei modesta puella in horto cum nos in templo essemus fulmine icta periit. Moveor non solum hoc ipso tristi casu, sed etiam omine. Sed oro filium dei ut publicas et privatas poenas nobis leniat. B. V. die 8 Julij 1554.

Phil: Mel:

ERUDITIONE ET VIRO ORNATO JOANNI Potichero Scholae Marianae gubernatori in Arctoa urbe amico suo.

non edita?

S. D. Cum in Mariana Schola doceat, decet te accuratius de Etymologia nominis Mariae cogitare. Etsi autem multi interpretantur Miriam amaros dies, tamen hanc Etymologiam rectiorem esse iudico, Miriam seu Mariam doctrix populi. Id magis nomen convenit et sorori Moysis et matri christi. Nam mater Christi ubique repraesentat Ecclesiam. Haec vere doctrix est populi. Hanc omnibus officijs ornemus. Haec cogitabis cum scholam tuam intueberis aut ingredieris. Mitto tibi pagellas, ac volo te mihi percontari An Margariti montem migraturus sit. B. V. die 20 Junij Aº 1554.

P. M.

EGREGIA PIETATE ET DOCTRINA PRAEDITO
D. Conrado Cordato Pri Nimol. ami-
co suo charis.

non edita } S. D. Deus pater d. n. J. C. crucifixi: et conditor omnium rerum gubernet et servet Ecclesiam redemptam filii sui sanguine et regat principum pectora ad salutem communem. Si Ecclesia ta-le scriptum habuisset ante 30 annos quale est Marchicum de praecipuis articulis, quanta fuisset consolatio eius. Ideo agamus Deo gratias. De Ceremoniis humanis et spero fore ut ritus inutiles minus vehementer defendat. Decrevi ad quendam praestantem virum scribere ut hortetur principem ne collap-sos ritus hum. restitui mandet. Sed quam digna res est veris honoribus vero amore et veris laudibus bonus et pius Princeps. Ideo oremus pro nostris Principib. Be-ne et feliciter vale. 4 Sept. 1540.

Phil: M.

VENERANDO VIRO D. BLASIO PASTORI
Ecclesiae Dei in Buch amico suo.

Non edit. } S. D. Venerande vir magna pietas et grata Deo est bona ingenia quae literis excoluntur ut aliquando serviant Ecclesiae. et commendat Paulus praecipue singulis domesticos, id est filios et cognatos. Est autem in Nicolao Buchholcero valde bonum ingenium et dignum quod liberalitate alicuius patroni adiuvetur et optime inchoa-tis studiis diutius exerceri possit. Et mores sunt honesti: extant eius scripta multa quae gravitate sententiarum ostendunt in eo con-siderationem et pietatem esse. Ideo valde vos oro ut eum iuvetis, donec ei inveniamus honestum locum ubi merce-

dem

dem ex labore mediocrem habere poterit. Talia ingenia nos
debebat eligere ad conservationem literarum pro utilitate posteritatis
sed potentes hac cura parum afficiuntur. Deus seminaria ali-
qua servat et ut servet eum oramus sicut scriptum est orate
ut extrudat Dominus idoneos ministros. Bene et feliciter valete.
die 6 Junij

G. M.

CLARISS VIRO, ERUD. SAPIENTIA et
virtute praestanti D. Joh. Weinlaub.
Cancellario inclyti pri. Elect. March. &c
suo patrono colendo.

non edita

S.D. Clariss. Vir et patrone cariss. Etsi scio et vos
et alios honestos viros in gubernatione, nunc etiam maioribus
curis exerceri moto bello, quantum fieri potest libenter vos
operam ferre miseris in causis iustis non dubito. Illud au-
tem metuo, cum negotium sit quaestorium de quo scribo,
an quaestores non gravatim alloquimini. Petiit filius Buch-
holtzeri mandato patris pecuniam a quaestore praesto ac me
oravit ut ad vos ea de re scriberem. Ego vos oro ut
quantum potestis cum quaestore illo agatis, ut his temporibus
scholasticis pecuniam numeret. Habet iam Blasius
chirographum patris quare magis urgeri eum iustum est.
Sed qualecunque est hoc negotium, vestrae prudentiae et
humanitati commendo et oro ut mihi veniam detis
de tali negotio ad vos scribenti. Bene et feliciter va-
le 18 Nov: 1550.

G. M.

CASPARO CRVCIGERO

Edita S. Meministi Thucididem descriptionem seditiosi temporis in qua dicit eos uideri constantissimos cives qui accendere odia maxime studeant. Audiui ante mensem circumferri decretum Ambsdorfianum, quod affirmat desertores esse Christi miseros qui cum defensionem non habeant hostibus se dedunt. Etsi et ipse perfidia hostium detestor: tamen hanc tam durum sententiam non probo. Recte comes Alb. quaestori Pelediano dixit. Nunc cum iure belli meus sis, mihi promittito [Greek: ὁμολογίαν] ut sequuntur, cum iure belli eris alterius illi promittito. Ac recte iudico dis[-]cernendum esse casum proditionis a casu confessionis. Deinde uoluntas spectetur in iis qui talia decreta condunt et partem munire uolunt. Etsi autem dimicari cuperem in hac mea parte: tamen non iudico sophismata serenda esse et pias mentes magis turbandas, praesertim cum et frustra percipiunt [?] [Greek, illegible] et multorum uoluntates alienent. Satis miseriarum est in seditione, non augeamus dolores piis. Nollem igitur me[-]um scriptum edi et [Greek, illegible]. Deinde si deliberationes sunt de pace, spargi conuitia in uicinum non est utile. Duas nobis epistolas mitto quas reddas D. Pastori et D. Pontano legas. Bene uale et rescribe. die meo natali 16 Februarij Anno 1547

Ph. M.

P. EBERO

Non Edit. S. Cum collegam uestrum honestissimorum laborum socium in quo multae magnae uirtutes fuerunt amiserimus, non dubito uos

bus in magno merore esse multis de causis: Sed meus dolor
eo maior est quia mihi uetustissima cum eo familiaritas fuit.
libere cum eo de omnibus dogmatum involucris non aliter atque
mecum disputare poteram; et cum esset in eo summa dexteri-
tas iudicij, rectissimas sententias una eligebamus. Saepe me et
in explicatione doctrinae et in consilijs monebat ipse: saepe eum et
ego monebam; Et tota coniunctio nostra ad totius Academiae
utilitatem, non ad ullum privatum fructum referebatur: Nunc
eo abducto à nobis dimidium mei amisi: nec tantum mea causa doleo
quantum reip. causa excrucior. Recitabam lacrymans ea
ipsa hora qua mortuum esse scribitis Alsatino, quanta fuisset
imbecillitas cum iter ingrederemur. Sed non uacat nunc
prolixius scribere. Miror cur putes mihi displicuisse τὸν
συμβουλευτικὸν λόγον quem Georgio dedisti. Ego uero
illam ipsam ὁγδολυλα, quam tueris, amo et probo, et quod ad
me attinet, ab ea in mea confessione non discedam. Alijs
timidioribus non possum tam fortia consilia praescribere. At hodie
exhibemus apologiam aduersus criminationem, in qua Politici
illi sapientes queruntur nos patriae faces et ἀλεσοςεσ esse,
ac privata pertinacia nolle de sententijs nostris cedere.
Spero autem exitum deliberationum mediocrem fore, quem
ut Deus gubernet nobiscum uota facite. Iter ingressuros
nos esse [illegible] post biduum. Bene et feliciter vale. Pater
orphanorum Deus aeternus conditor coeli et terrae una cum
filio suo D. n. Jesu Christo et S. S. custodiat nos omnes
et familias nostras et Ecclesiam oppidi nostri, quae profecto multis
modis

modis oppugnatur. Ac si in tantis periculis servabitur illustre testimonium providentiae Dei erit haec ipsa cymba nostrae congregationis qua ut servet filius Dei oro, ut veritati et suae ecclesiae opem ferat. Die 21. Novemb. 1548. P. M.

CL. V. ERUDITIONE ET VIRO

praestanti M. Johanni Niderstet Argent:

Non ed. | S. D. In ecclesia coelesti causas propius intelligemus quare talis natura mundi et hominum condita sit, qualem esse cernimus, cum in ipso Deo tamquam artifice coram considerabimus. Interea tu et Deo obtemperemus et consilia pie consideremus. Voluit initio Deus duos inesse ut esset ecclesia, et voluit alterum marem esse alterum femellam ut esset utrique et mutuus amor, et hunc amorem voluit esse imaginem amoris in filio erga massam quam assumpsit et erga ecclesiam haec cogitabis intuens tuam sponsam et Deo gratias ages quod tali honesto amore nos copulet et cogitabis nos quoque a filio Dei tenere amari. Hinc tecum oro ut adsit tibi et honestissimae sponsae tuae et in coniugio et toto cursu vitae, et nos gubernet. Mitto signum benevolentiae meae quam testari volo, ut vobis omnia fausta optare, et fortassis ipse adero ut petis. Bene et feliciter vale. P. M.

M. SINAPIO IN TEUPIZ. P. M.

Non Edit. S. Deum aeternum patrem domini nostri Jesu Christi crucifixi pro nobis et resuscitati, conditorem generis humani, ac verum autorem coniugii et dulcissimae societatis mariti et feminae

unde

unde Ecclesia sibi perpetuam voluit propagari oro ut ~~his~~ tuis nuptiis faveat et tibi ac sponsae tuae honestissimae det tranquillum et felix coniugium sicut promisit Ecclesiae se hanc vitae genera divinitus instituta ad Ecclesiae conservationem servaturum esse. Ego si possem hinc expatiari, istuc venirem. Sed nunc ut scit Clemens, me multae causae publicae et privatae detinent. Exspecto quorsus Spirensis decreta quae tamen spero tranquilla fore. Nam adhuc quidem spes est Carolum Imp. edicti Augustani autoritatem mitigaturum esse h.e. doctrinam confessionis nostrae quae Augustae exhibita est non persequuturum esse principes. Clementi consilium dedimus D. Pastor et ego ut mox ad te proficiscatur. Nam subito ordinari publicis ceremoniis non potuit: postea vero remittas eum. Sed Ecclesia docet ei Viaticum praebere. Bene vale 20 Junii 1544.

JOANNI SIGEFRIDO, PASTORI Ecclesiae Dei in urbe Brandeburgo

S. Reverende vir, et amice ac adfinis cariss. Initio hae nos consolentur confirmatae quam filius Dei proponit inquiens: Non sitis solliciti quomodo aut quid dicturi sitis. Dabitur enim vobis in hora illa quid dicendum sit. Et ut nobis adsit filius Dei toto eum pectore oro. Video Ecclesiam tristi servitute oppressam esset, hanc sapienter feramus, nec deseramus Ecclesiae propter impios ritus si modo absit impietas. Nescio qualis postea in conventu futura sit sed nos respondere potentis non in doctrina et missa nihil mutaturos

tantaturos esse. In caeteris rebus adiaphoris servitutem ego quoque tollerare non recuso. De canone non est obscura deliberatio. Ego enim nunquam adprobabo. Si glossas Sidonij putant sufficere errant. Nam et glossae illae confirmant falsam opinionem de applicatione operis Sacerdotis pro Ecclesia. Magna causa est cur optarim te et alios pios et eruditos et amantes veritatis tem posse colloqui tum de articulis tum praecipue de Missa. Georgius praepositus in Ecclesia Berlinensi ut gratiarum actionem praecationem, et confessionem dei tandem loco canonis componat, quod faciam: sed iudicio piorum subijciam. 8. V. die 5 febr. 1549.

Ex quadam epistola Philippi ad Eberum: tempore belli

Unus fuit Macedo apud quem libere mihi de Rep. conqueri licuit. In nostra aula nemo est apud quem tuto possim ullam edere moderatam vocem: Ita semper omnia fuerunt et adhuc sunt vanis suspitionibus infecta. Saepe autem fui hortator moderatorum consiliorum. Nunc fortasse serum est de moderatione et de armis deponendis concionari praesertim postquam Macedo de pace agere desijt.

Ex eiusdem ad Lutherum. e Comitijs Aug. 1530. postrid. Margaretae.

Zwinglius misit huc confessionem impressam typis. Dicas simpliciter mente captum esse. de peccato originis de usu

usu Sacramentorum, ueteres errores palam renouant, de Ceremonys loquitur ualde heluetice, hoc est barbarissime, uelle se omnes Ceremonias esse abolitas. Quam causam de Coena uehementer urget. Episcopos uult omnes esse deletos. Mittam exemplum cum nactus ero. Nam quod habui apud Principes circumfertur. etc.

Fragmentum literarum Eccl[esi]ae Tigurinae.

Etsi nemini pro imperio praescribere uelim, attamen quia requisitus, non possum quid sentiam dissimulare: me dum fratrum istorum conditionem cum tota hac causa considero, eam non tanti momenti existimare, ut propter hanc beneficio, per Senatum nostrum ipsis liberaliter praestito, renunciare, et cum irrecuperabili rerum suarum iactura in exilium redire, et seipsos cum coniugibus dilectis et dulcissimis liberis nouo periculo exponere debeant. Ratio, cur ita sentiam, praecipua est, quod etsi exorcismus iste humanum inuentum sit, quod nulla scripturarum authoritate nititur, adhaec à Baptismi formula per Christum tradita aliquantum discrepet, imò alienus sit, nihil tamen ex illa aufert, multò minus Baptismi substantiam tollit, aut eius finem atque usum uerum abolet. Nam si hoc statuatur, non possent pro verè baptizatis censeri, qui in Papatu Baptismum acceperint,

perunt, neque Anabaptistarum furorem in hac parte refu-
tare possemque, qui eos rebaptizandos esse contendunt. Cae-
terum quamvis in papatu multa inepte, multa superstitiose
addita sint, quae apostoli et primitiua Ecclesia ignorarunt,
hodie autem a multis pertinaciter magis quam pie reti-
neantur ac defendantur, attamen non in aliam fidem aut
religionem initiantur, qui ab illis Baptismum recipiunt,
quam in nomen Patris, et Filij et Spiritus sancti,
neque propter exorcismi istius assumentum Baptismus desinit
esse regenerationis et adoptionis nostrae Symbolum,
aut salutis per Christum nobis partae sigillum: manet de-
nique nihil ominus firmum ac stabile fundamentum Bap-
tismi, quod est Jesus Christus, cuius sanguine a peccatis
abluti atque redempti sumus, et cuius corpori mystico, quod
est Ecclesia, per illum inserimur. Quare exorcismum istum
cum oleo, sale, sputo, exsufflationibus, Cereis, crucibus,
et omnibus alijs assumentis, quibus posterioribus temporibus baptismum
homines non minus inepti quam superstitiosi deformarunt,
ego foeno et stipulis aut lignis illis putrescentibus an-
numerandum esse censeo, quae multi (ut Paulus scribit)
super preciosam illam petram, Christum (quem idem ille
Prophetarum et Apostolorum fundamentum vocat) extru-
unt. Haec autem etsi in igne probationis non consistant,
et proinde architecti illi inepti, qui illa imprudenter
con-

congesserunt, suæ operæ & impensæ iacturam faciant ma-
net tamen suo loco semper & æternum manebit, funda-
mentum illud salutis, quod in Filio suo Jesu Christo posuit
Cœlestis pater, & salutem ex illo consequentur omnes, qui illi
constanti fide adhærent, dum assumenta illa alia in fumum
rediguntur. Id autem eo certius sperare possunt, qui conge-
riem istam non ipsi in Baptismum inferunt, sed publica
necessitate coacti, ea (ut paci Ecclesiæ consulant, neue in-
firmioribus nocentioris scandali occasionem præbeant)
Pro more quidem utantur, sed ita, ut interim animi sui
de istis omnibus sententiam non dissimulent, simulque fidem
suam in Unum Jesum Christum ingenue profiteantur.
Quod cum Belgis fratribus apud Vos facere liceat, & iis-
dem in reliquis omnibus libertas conscientiæ, imo etiam
libera illis maneat confessio, adhæc liber eis sit Cœnæ
Dominicæ usus, neque ad huius participationem in Urbe uestra
cogantur, cum denique iisdem liberum sit profiteri, quid
de hoc ipso exorcismo sentiant, ego illos salua fide et
conscientia hanc unicam seruitutem ferre posse existimo.
Etenim nemo illos iure accusare poterit, quod uel
Christi merito derogent, uel per hanc traditam Bap-
tismi formulam ipsi propria temeritate aut supersti-
tione adulterent ac corrumpant, uel hominibus fucum
faciant: & proinde nequaquam opus esse uidetur, ut
conscientiis suis, quas nulla fidei abnegatione, nulla item
in-

in superstitiones aliorum consensione polluerunt, scrupulum non necessarium iniiciant. Praestaret sanè semel ex Ecclijs sublata esse ea, quaecunque à Christi institutione dissentiunt, et ab Apostolis usurpatam simplicitatem aliqua ex parte deformant. At quia hoc non potest ab omnibus et ubique gentium impetrari, et frequenter ex ijs, quae in speciem leuicula uidentur, si quis ea uel mutare uel abolere conetur, grauissima contentionum incendia surgunt, quae Ecclesias longè lateque populantur, ministri quidem meminerint, potestatem sibi datam esse ad aedificationem, non ad destructionem: Et ut prudens Architectus, etsi aliquas aedificij partes uiciosas obstare uideat, quo minus ipsi à patrefamilias mandata instauratio procedat, easdem verò absque totius aedificij ruina et praesenti operariorum periculo tolli non posse intelligat, eò usque illarum demolitionem differt, donec commodè et absque periculo destrui possint: Ita nos facere deret, quos domus suae Architectos Dominus constituit, ne quaeuis obuia imprudentius mutando aut abolendo, Ecclesias totas in periculum adducamus, et importunitate nostra infirmiorum atque simplicium conscientias labefactemus, quas fulciri potius necesse erat, et quibus poterat consuli, si prudenti et pia indulgentia tolerarentur, quò ad ea, in quibus nondum satis sunt instituti. Priuatim uerò singuli

guli sibiipsis illud Pauli dictum applicent, Omnia mihi licent, sed non omnia conducunt, Omnia mihi licent, sed non omnia aedificant. Admonet de eo Dns in Zizaniorum parabola, qua docet, eam fore ubiq; seculis agri sui i. Ecclae suae in hoc mundo sortem, ut bono semini, et iam succres-centi segeti Evangelicae Zizania sua & infaelix lolium Sa-than admisceat. Servos autem boni istius patrisfamilias modeste interrogantes introducit, unde Zizania ista enata sint? eosdem vero, cum runcationem sive sarrituram praecipi-tes nimis aggredi vellent, ab instituto revocat, ne cum Zizaniis triticum quoq; radicitus evellerent, et tempus messis expectare iubet, quando absq; huius dispendio loli-um extirpari posset. Ita nos quidem pie mirari et quae-rere decet, quae causa sit, quod in reformatis Ecclijs mul-ta visantur, quae cum sincera Eglij praedicatione minus conveniunt, interdum etiam eidem non parum obstant? At nihil absq; peculiari Patrisfamilias mandato nos facere convenit, ne dum intempestive oia, quae merito nobis displicent, eruere conamur, multis incomodemus, quorum salus nobis comendatissima esse debebat. Ex eo autem insuper colligi posse existimo, non temere cuiq; discedendum esse ex illis Ecclijs, in qbus non oia ad nostrum placitum possunt subito institui, sed pa-tienter ferri debere, quae mutari non possunt, sal-

va

salua autem conscientia et fidei confessione à nobis ferri
ac tolerari possunt. Ita mi frater obseruande, caussæ
isti exorcistæ, quæ nunc uobis negotium facit, otio conueni
re uidentur. Nam si infælix hoc lolium cuius radices lon
go usu et consuetudine confirmatæ sunt subito extirpa
re conemini, nescio an absque communi totius Ecclesiæ peri
culo id fieri possit. Præstat ergò adhuc differre, donec
plæraque rectius instituantur, et Dominus occasionem tutiorem
et commodiorem uobis offerat. Ut uerò Belgæ fra
tres renunciato Ciuitatis iure discedant, id mihi mini
mè consultum uidetur, quia id non fieri posse arbitror
quin multos offendant ex uestris, et eodem facto pere
grinis omnibus inuidiam conflent, denique uestris au
thores sint, ut in posterum exulibus Christi sese minus be
neficos præbeant. Itaque non seipsos modò cum charis con
iugibus atque liberis, uerum etiam plures alios in difficul
tates non necessarias conjicient, quæ ad posteros quoque
cum illorum odio, et non sine contumelia publica redunda
bunt. De TE uero mi carissime frater, nolo nunc
plura dicere: Nam quæ tua est pietas, nunquam tibi
seriò in mentem uenisse arbitror, ut Ecclesiam tuam de
seras, in qua hactenus ministerio tuo tam liberaliter
benedixit Dominus, ut tuorum fides et constantia præter
omnium expectationem, cum totius orbis admiratione
ma

manifestata sit, in Causa illa Jacobandreana seu Ubiqui-
tariæ Pandoræ, qua vix aliquot seculis alia in Ecclæ thea-
trum prodijt, quæ maiori cum periculo & audaciori co-
natu, tibi Germaniæ Ecclijs distractionem incurabilem &
interitum minitata sit. Quo igr te conferas mi frater,
ubi agrum Dnj nullis Zizanijs horrentem inuenias?
Quo (inquam) abibis, ubi fortiores, constantiores, &
prudentiores Veritatis Vindices te reperturum speres?
Cui interea pias ouiculas, quæ nunc à tuo ore pendent,
relinques? Num ab eis discedens, illarum gemitus
lachrymas, balatus, tu siccis oculis, & infracto pecto-
re ferre poteris? non equidem arbitror. Et si om-
nino procul abeas, de illis tamen ratio reddenda erit
Christo Pastorum Principi, qui illas de manu tua
requiret. Macte igr virtute & aio mi frater, statio-
nem tuam teneto. Inuicta est Veritas, & oppressa li-
cet diu latere non potest, quin nouis radijs auctam
lucem suam diffundat. Nouit tuas curas & animj
perturbationem æternus Dej filius, cuj hactenus serui-
uisti, idem tibi pñs aderit, teq́ uirib; quotidie nouis
instruet, quoad tu illi fidelis fueris, & opus, quod
per te cæpit, consummabit, ut inuito Diabolo & eius
satellitib; ad metam optatā peruenias; & laborum tuorum
fructu uberrimo atq; sempiterno fruaris.

De eadem re: ex literis The-
odori Bezæ.

Venio

Venio ad illud, de quo sententiam meam rogas, quod tamen, ut si mihi persuadeo, necessarium non fuit, cum is tu sis, qui, quid hic sit faciendum, optime noris, & cuj fides ab iis, qui te quottidie docentem audiunt, de reb. maioribus haberi potuit, atque etiam debuit. Rogati antea ab iisdem illis, de quib. scribis, non tantum de exorcismo, sed etiam alijs de rebus multo maioris momenti, puta de ipsius cœnæ Dnj sumptione, respondimus quod nobis dedit Dominus. Responsum illud, quasi constantiam nonnullorum posset infringere, & quasi plusculum aliquid largiremur, quam vere christianæ professioni conueniat, Neustadianis fratribus non per omnia placuisse cum ex ipsis cognouissemus, consilij nostri causas & scopum sic eis exposuimus, ut etiam probauerimus. Certe quod ad istum exorcismum attinet, quem tu conuenienter admodum ineptum appellas, etsi maxime uelimus eum abolitum, neque inter adiaphora proprie sic dicta, quorum uidelicet aliquis utilis usus esse possit, numeramus: tamen inter impia, uel prophana, uel idololatrica minime recensemus. Habemus ergo, ut posterioribus quidem seculis usurpari cœpit, pro fœno & palea quam dns Dnj alibi iam absumpsit, alibi, ut speramus, paulatim absumet. Praeterea uero uehementer nobis displicet istorum hominum zelus, in quo inprimis desideramus, quod hæc non distinguunt, & propterea uel tumultuantur, ipsi opus Dnj impedientes, quod maxime promotum cupiunt

piunt, uel fratrum conscientias turbant, cum potius habenda fuerit infirmorum ratio, et, cum in his reb. non uersetur Regnum Dei, communi fratrum utilitati seruiendum. Nolimus igitur apud uos hac occasione præberi Sathanæ occasionem quam captat, sed, quod salua fide ex charitatis præcepto in fratrum gratiam ferri potest, ferri cum lenitate moderata, tantisper dum hæ quoque tenebræ Dei beneficio amoueantur, præsertim si, ut tu scribis, libera illis alioqui fidei confessio relinquatur. Quid autem de hac re tota isthuc scripserimus, quoniam non uidens adhuc cognouisse (quod eqdem miramur) scriptum ipsum nostrum ad te mittendum censuit Collegium nostrum, ex quo sententiam nostram plene perspicias, quam etiam tibi non improbatum iri speramus. Geneu. 8. 15 Nouemb. A°. 80.

Quæstiones aliquot, ad quas ex Verbo Dei responderi cupimus.

1. Vtrum nobis Christianis, Norimbergæ commorantib. cœnæ Domini liceat communicare cum iis, qui uolunt, dicunt, et docent, Panem et Vinum ipsiusque Cœnæ, Verum atque naturale corpus et sanguinem Domini esse, uel corporaliter præsens esse, ipsum scilicet Domini corpus, in, cum, uel sub pane. Cantantes etiam, dum Cœnæ actio celebratur, Domini corpus in ipso pane occultari. Vtrum ergo cum iisdem possimus salua conscientia communicare, etiam obtenta hac conscientiæ libertate,

ut

ut non cogamur eorum fidei confessionem palam profiteri, neque nostram abiurare, ut scilicet eorum more et ritu communicemus cum ipsis, nostro tamen more de Cenae mysteriis credamus et sentiamus atque huius simulationis, duos solum uel tres ex illis conscios habemus? R. Dixit Christus Matth. 10. Quisquis negauerit me coram hominibus, negabo eum et ego coram patre meo, qui est in coelis. Nam et timidis et mendacibus pars assignata est in stagno ardenti igne et sulphure, quod est mors secunda. Apocal. 21. Utrum aut ista taciturnitas, quae neque coram Magistratu, neque coram pastore Ecclesiae, ueram de cena Domini doctrinam asserit, praesertim ubi tam clare publico omnium communicantium ore et consensu cantatur, uerum ipsum et essentiale corpus Christi sub signis, cum signis, in signis occultari, et esse: Utrum inquam istud silentium sit abnegatio Christi doctrinae, et damnata illa timiditas, in eo, qui cum eiusmodi ad Cenam Domini accedit, nulla coram publica Ecclesiae persona uerae contrariaeque fidei protestatione facta, respondet Caluinus Epist: 248. his uerbis: Porro quod me consulis, an tibi sacram Christi Cenam ex eorum manibus sumere liceat, quibus haeretici sunt, qui negant Christi carnem dentibus atteri, quanquam mali exempli rem esse uideo, si quis a Cena abstinent, peruersae tamen, atque adeo perfidae simulationis esset, accepto Concordiae

Sym-

symbolo, falsum illud et absurdum commentum (quod exitialibus praestigijs fidei Principia euertit) uel tacite approbare, nisi clara et ingenua praecedat uerae doctrinae Confessio. Hactenus Caluinus. Quamq. n. ex Consecrantis aut distribuentis ministri uel pastoris intentione confectio Sacramenti non pendet, sed ex Dei instituto: quamquam etiam uel priuata pastoris ipsius haeresis non contaminat eos, qui ex ipsius manu Coenam Domini sumunt: tamen ubi a toto coetu, cum quo communicas, haeresis euertens articulos fidei publice et recepta est et probata, maxime in eo ipso, in quo tuae cum eo coetu concordiae signum exhibetur, professatio uerae fidei omnino necessaria est coram uel tota ipsa Ecclesia, uel consistorio, uel pastore ipso, uel magistratu. Non sufficit autem habere duos aut tres priuatos tuae sententiae testes. Nicephorus lib. 13. cap. 7. Veteris Ecclesiae morem commemorans, docet, non sustinuisse tunc unam sectam alij communicare si de fidei articulo quaestio erat, non autem si de re indifferenti.

11. Vtrum cum ijsdem iam dictis publice communicare liceat, etiam eo nobis concesso, ut coram omnibus, quid de Coena Domini sentiamus, publice confiteamur, non obstantibus superstitiosis papisticisque Ceremonijs, quas in Coenae administratione adhibent. R. Illa quam expressimus uera doctrinae confessio, quam facere licet,

omnem

omnem simulationis cum errore (si quis in illis est, cum qb. communicas) suspicionem tollit. Ergo licet, ea confessione facta, cum istis Cœnæ Dñi communicare. Præterea non statim p superstitione, aut idololatria damnandum est, si quid Lutheranorum Ecclæ ex Ceremonijs papisticis in cœna retineant, cum illæ Ecclæ potius propter ueterem consuetudinem id faciant, quam ex ulla superstitione, quasi vim ullam istis Ceremonijs tribuant, aut ipsum Dei cultum in illis collocent, quod tamen faciunt papistæ. Sunt quidem tales Ceremoniæ Ecclæ noui & ueteris corruptelæ ac fermenti reliquiæ, quas si liceret tolleremus. Sed (quia sese quisque intra suæ uocationis fines continere debet) tanquam fratrum infirmitatem, ad fouendam ex charitate Christiana Ecclæ pacem, toleramus.

III Utrum infantuli nostri baptizandi, ad eos deferendi sint, qui suo in baptismo exorcismo, crucis signo, & similibus utuntur? R. Papistis quidem liberos suos offerre baptizandos nemo pius & uere Christianus debet, quia Cœtus ipse & doctrina papistica, uere cum Euangelica, atque etiam aperte pugnat, cum papistæ neque Christum pro solo capite Ecclæ agnoscant, neque ipsum Dei Verbum scriptum pro solo salutaris doctrinæ fundamento, denique infinitis superstitionibus sacrosanctum Christi Baptismum conspurcarunt. Quod idem de Lutheranorum Ecclijs absit ut sentiamus ullo modo. Itaque cum, qui liberos suos in aliquo

Cœtu

cœtū baptizandos offerunt, illiq cætus doctrinam probare
se testentur, et suum cum eo cœtu consensum declarent
non sunt ad Papisticum Baptismum infantes fidelium
afferendi: ad Lutheranorum autem Eclas et cœtus of=
ferri possunt. Nam quamq et hæ ipsæ uidentur in
articulo de Cœna Dnj errare (licet inter eas ipsas
tamen de præsentia locali corporis Chrj in cœna grauis
controuersia maneat) tamen propter in Eclys Galatarum
bene uulgarem, de nostræ coram Deo iustificationis ra=
tione, et in Corinthiaca Ecla de resurrectione carnis
minime Vetat Paulus, ne uere fideles Galatarum aut
Corinthiorum pastoribus et cœtuj suos infantes baptizandos
offerant, qui nondum publico om calculo et Synodo stabi=
litus huiusmodi error fuerat. Quamobrem idem nobis
saltem de Lutheranorum Eclys sentiendum, ut ab earum
pastoribus Baptismum accipere liceat. Quod autem
exorcismos, crucis signum, et similia adhuc eædem
Eclæ retinent, tamen et eas ipsas Ceremonias,
tanquam partes Baptismi non retinent, sed tantum ex
Veteri, et quæ iam inolueuerat, consuetudine. Id quod
stolide quidem fit, et parum considerate, cum ea causa
cesset hodie, propter quam Veteres patres olim in Energu=
menorum Baptismo, uel dum donum miraculorum
adhuc duraret in Ecla, exorcismis utebantur, et,
quia Christi Christianorumque nomen probrosum ab Eth=

nicis

nicis propter crucem Christi censebatur, se crucis signo in fronte signabant. quamquam igitur in istis ritibus retinendis, ignorantiam inscitiamque suam produnt homines, tamen propterea idololatrae nequaquam sunt censendi, nec putandum eos idololatriae communicare, quod id in se suisque baptizandis ex more fieri patiuntur, praesertim si tempestive doceant, quae sua sit, de toto hoc rerum et rituum genere, sententia.

IIII Utrum nostri iam dicto Baptismo possint assistere testes i. susceptores R. possunt.

V. Utrum liceat baptizandos infantulos ad eos deferre, qui omisso exorcismo, eius loco dicunt; Praecipio tibi etc. R. Licet offerre.

II Responsio D. Abrahami Bucholzeri ad duas quaestiones chronologicas sibi propositas à Theodoro Beza:

S. Mira cum animi mei voluptate, humanissime Monavi, accepi R. D. Theodori Zulumala, quibus dudum respondissem, nisi morborum meorum iis ac tyrannis dura vincula dextrae meae iniecisset. Reverenter autem gratias ago D. Theodoro me compellanti et amicam manum porrigenti. Magnam illa eius humanitas accessionem adiunxit ad veteres meos erga virum illum amores, quos doctissima scripta eius in

pectore

pectore meo multò ante excitarunt ac inflammarunt.
Cæterùm duo ex me quærit: I. Cur segregentur septem
priores hebdomades à cæteris. II. Cur ex S. Biblijs con-
texi nequeat Chronologia continua ab Adamo primo ad
secundum?
De his ei responsurus sum, DEO iuvante, in libro Com-
mentariorum Maioris operis nostri Chronologici, in quo
adornando sum totus. Moneo tamen D. Theodorum
ut de supputatione hebdomadum hæc paucula expendat.
I. finis hebdomadum est mors Christi.
II Mors Christi concurrit cum anno 4 Olymp. 202.
III 490 anni complectuntur 122 Olympiadas & bien-
nium: quia ductis 4 in 122 prodeunt 488: adiecto
biennio 490.
IIII. Subtractis 122: à 202 olympiadibus reliqua est
olymp: 80 & biennium.
V. Ergo initium hebdomadum (seu 490 annorum) su-
mendum est ab anno 3 olymp. 80.
VI. Iam quæritur: Quisnam Rex Persicus (Xerxes-
ne, an alius) regnarit anno 3 olymp. 80?
VII. Hunc esse Artaxerxen Longimanum docui in
Isagoge (pagin: 24. 25.) ex Diodoro, Euse-
bio (qui vetustissimos & probatiss. autores citat),
Thucydide, Iulio Africano, & ex iusta connexione
annorum Nabonassaris cum annis Regum Persicorum,
Cambysis & Darij: quos autores cur mendacij ar-
guam non video, præsertim consentientibus astrorum
motibus & Prætorum Atticorum catalogis.

Hoc

Hoc modo igr tota summa 490 annorum Danielis demonstrata, non magnopere laboro de partibus huius supputationis. Non enim de particularibus euentibus tantum controuertitur inter Chronographos: sed de tota 490 annorum serie recte ordienda, et ad Christum usque deducenda disputatur. Si quid itaque D. Theodorus supputationi nostrae de tota summa hebdomadum oppositurus est, offero me ad rationum mearum explicationem: At imprimis eum oro, ut probet, Isagogen nram (pag: 7) errasse in allegatione seu connexione annorum Nabonassaris cum Olympiadibus, probet, inquam, discrepare Ptolemaei consignationem in annis Nabonassaris, ab usitata Olympiadum supputatione. In hac enim Chronologiae parte, disputationis illius cardo uertitur. Ego annum septimum Cambysis, a Ptolemaeo annotatum, et cum 225 Nabonassaris copulatum oribus omnium, me oppugnantium, telis obijciam: ut de anis Darij et Alexandri Magni taceam.

Venio ad quaestiones. Partitur Angelus hebdomadas in tria membra, propemodum ac si dicas, in initium, medium, ac finem.

Initij ac finis mentionem necessario fecit, quia hi sunt duo supputationis termini. Oportebat enim sciri, unde ordienda, et ubi terminanda esset supputatio. Initium igr constituit, Exitum edicti de reducendo populo, et instauranda Republ: quod sub Esdra factum esse constat: idque ut clarius sit, additur de Nehemiae laboribus: plateam et muros reparantis in an-

gustia

gustia tempor. Hic D. Theodorus monstrari sibi vult, quod finita prima hebdomada seu 49 annis (ita n. eius verba accipio) acciderit. Hac quaestione quid opus est, nunc constituto initio et fine, riteque supputata ac demonstrata annorum 490 summa. Possem et ego ex ipso sciscitari, quid post 62 hebdomadas, sive 434 annos accidisset. Non hoc egit Angelus, ut definiret, quid post primam septimanam aut post 434 annos: sed quid post 490 annos eventurum esset. De his itaque primam vim laboremus.

Rursus instat D. Theodorus: Ex libris Esdrae et Nehemiae sibi demonstrandos esse 49 annos. Respondeo. Demonstrari possunt ex libris Esdrae et Nehemiae, anni 26: de ceteris 23 nil extat in sacris literis: nulla itaque de his annis reddenda est ratio. Numerentur a 7mo Longimani (inclusive) usque ad 32m Longimani (quo Nehemias in Babylonem se redisse scribit) reperientur anni 26. Angeli consilium fuit, ut dixi, 49 primorum annorum (sive primae hebdomadis) principium, non finem, indicare: tantum in genere dicit, primam septimanam in urbis reparatione consumptam fuisse &c., pro maiori parte, ut ex 26 annorum eventibus sub Esdra et Nehemia liquido constat. A parte itaque potiore fit denominatio, etsi consentaneum est, reliquorum quoque 23 annorum spacio in urbis instauratione elaboratum fuisse, utut ista apud Nehemiam non recitentur. Repeto quod ante dixi,

posse[n]

posset idem quæri, de initio & fine 434 annorum:
Vbi non est quod respondeatur. Imò etiam ultimæ septi-
manæ finis tantùm & medium, non initium definitur.
Ad integram hebdomadum supputationem satis erat
scire, primæ hebdomadis (sive 49 annorum) initium,
non finem: & ultimæ finem, non initium.
Restat quæstio altera, longè eruditior priore, & dignissima
responsione omnium explicatissimo & fusissimo, quale à me ex-
pectabit D. Theodorus in lib: Commentariorum, quem
Deo æterno adiuvante, cursuque nostro Chronologicum pro-
movente, editurus sum. Institui tractatum illum propter
D. Joannis Calvini sententiam, qua in suo Daniele (cap.9)
copulat principium hebdomadum cum fine 70 annorum
exilij Babylonici omissis 79 annis, quos inter cessisse
facile demonstrari potest, quod quidem paucis in Isago-
ge mea (pag. 24) attigi, & dixi, colligi, illud
ex eo, quod hebdomades non ad Cyrum sed ad Lon-
gimanum pertineant. Domino quidem Calvino facilè
ignoscimus, foeliciter in Theologicis quam in Chronologi-
cis (quæ totum hominem & quidem propemodum
nihil aliud agentem requirunt) occupato. Verum
est alius Gallicus Chronologus, Beroaldus, qui Cy-
rum ab Olympiade 55 removet, eumque ad Olymp:
83 relegat, contra omnium veterum scriptorum & tempo-
rum consensum: Cum hoc forte velitabimur, & per-
contabimur, cum alia, tum præcipuè, cur tempora sup-
pulet,

putet annis Nabonassaris (ex Ptolemaeo) non adhibitis.
Solem è Chronologia tollit, qui absq annis Nabonassaris
supputat. Postremo ait R. noster Theodorus: probabile
esse, DEum ornasse S. Biblia hoc priuilegio, ut sola
monstrarent Chronologiam perpetuam a condito Mun-
do usq ad Christum.
Mallem hic, optime Monaui, respondere dno Theodoro,
silendo quam rescribendo. Dicam tamen, tanti uiri pace,
quod res est. Pulchre id diceret, nisi ostendi posset
contrarium. Et quid decedit Bibliorum laudibus, si id
negetur? feras me, ô ter maxime BEZA, mussitu-
rantem tibi aliquid non prorsus ἀνακόλουθον.
Quid magis est mirum quam quod Ptolemaeus con-
signationem annorum Nabonassaris ordiatur, anno 231
antequam S. Biblia desinant: ut iam deficientibus Bibliorum
numeris, reliqui anni usq ad Christum, non solum li-
bris aut chartis illiti: Sed ipsi CAELO inscripti
esse uideantur. Iterum dico: Vbi Biblia desinunt:
ibi caelum incipit. Intelligo autem per caelum, Motus
caelestes, quos, secundum Nabonassaris annos, probe
dimensus est Ptolemaeus: quibus & hodie Phaenome-
na (quoad annos) congruunt, & Graecorum Olympia-
des ad annos Nabonassaris alligatae per omnia con-
sentiunt. Et quis, quaeso, praeter rem & causam
caelum ipsum peruertet, omnesq ueteres Chronogra-
phos mendacij insimulabit? An non haec profa-
norum scriptorum testimonia sunt Aegypti spolia ne-

quaquam

quaq; aspernanda? An non ab hoste dictum Verax testimonium grato aio accipiendum? Quis impediet, quo minus Deus ad Chronologiam Bibliorum concinnan, tam utatur famulitio, lignis, luto, et lateribus Ethnicorum? Ut interim addam, quod historiae Ecclesiasticae antiquitas et certitudo inde colligatur.

Haec tu, Monaui doctissime, habeto, quae R. D. Theodoro responsionis meae loco uel scribas uel scripta mittas. Bene Vale ac Salue, et ueniam rudissimae scriptioni dato. Non aliter licuit et per meas occupationes et per D. Gablen festinationem. Reuerenter salutem plurimam ex me dices Dno Theodoro: Gratia Dnj nri JESV CHRI tecum, et cum illo, et nobiscum. AMEN.

Freistadij 20 Julij, quo ipso die me ad colloquium accersiuit laudatiss: Princeps Anhaltinus, cum haec transiret. Multa ille mecum de Alexandro Fabro, de quo queritur Apls 2 Timoth. 4. Iterum Vale et me tui amantissimum redama: ita te Deus amet. AMEN.

Abraham
Bucholcerus:
Ex aio tuus.

PHILIPPI MELANCHTONIS.
DE MISSA.

Multæ sunt in Prophetarum concionibus tristissimæ que-
læ de Ceremoniarum seu Sacrificiorum abusu, unde iu-
dicari potest omnibus ætatibus etiam in eo populo, qui est
Ecclesia Dei, latè uagari tales abusus. Magna pars in
Israel prorsus ignara quid ageret, pecudes mactabat,
Usitato more uictum indè quærens ut Tibicines, in ipsis
Sacrificijs, nihil de promissionib. nihil de fide & signi-
ficationibus cogitantes, Alij superstitiosi cogitabant hanc
munificentiam mereri remissionem peccatorum: Ideo cumu-
labant Sacrificia sine modo. Natura .n. hominum ig-
nara fidei seu fiduciæ, quam ardere in nobis, & ac-
quiescere in Deo oportebat, prona est ad superstitionem, &
nostra exercitia & signa transfert ad hanc opinionem de
merito.

Ideo apud Ethnicos nemo rectè Ceremonijs utebatur, plu-
rimi .n., ritus tanquam ludos institutos esse cogitabant. Alij
minus prophani existimabant esse merita: Et hac persua-
sione, ut ualdè placarent DEUM, cumulabant Sacrifi-
cia, & subindè noua instituebant. Imo ut hostijs ualde
caris iram Dei lenirent, offerebant filios & filias.

Hos furores miramur in Ethnicis, & interea cogitamus
Ecclesiam sine Idolis, & sine abusu rituum esse & fu-
isse. Imò uerò maxima pars in Eccl[esi]a, plerunque in

similib.

similibus erroribus uersatur. In Israel, et postea pharisęorum tempore alij ignari, quid agerent, alij superstitiosi cum opinione meriti pro peccato Sacrificabant, quod eo recitamus, ne multitudo excusetur prętextu huius dicti: Ecclesia non errat. Sic in Ecclesia post Apostolos et fuit et erit semper magna multitudo, quę Cęremonijs abutitur. Nec negari potest ingentem multitudinem et fuisse et esse, in toto orbe Christiano quę Cęremonias Missę propter consuetudinem seruarit et seruet, neque intelligens neque cogitans, quid agat. Alij uero docti et superstitiosi senserunt esse Sacrificium pro peccato, ut adhuc libri pręcipuorum Thomę, Scoti, et aliorum, et precationes in minore et maiore Canone testantur. Interea tamen fuisse aliquos necesse est rectius sentientes, Et quidem extant testimonia melius sentientium. Cum enim DEVS immensa misericordia seruet Ecclesiam et ministerium Euangelij, ut ad Ephes: cap: 4 Scriptum est, ne prorsus totum genus humanum pereat, Subinde prophetas inde usque a Noha et post Apostolos excitauit doctores, per quos rursus accensa luce doctrinę et uera inuocatione aliquantisper repressi sunt errores, alias magis alias minus latè uagantes.

Ac recentissimi temporis consuetudo in toto orbe Christiano in omnib. templis, ac monasterijs consideretur. Omnia plena fuerunt uenalium missarum hisce trecentis annis, postquam Monachi confirmarunt opiniones de Sacrificio pro

peccato

peccato & de applicatione. Et plurimi Sacrificabant conscientijs uulneratis turpitudine uitæ. Nulla autem potest inuocatio fieri, cum conscientia manet Saucia. Quare multa peccata concurrebant in illa missarum multitudine.

Cum autem Scriptum sit, qui sumit indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini, non dubium est, Deum horribiliter irasci prophanationi Cænæ Dni, & multas magnas calamitates publicas, & priuatas horum delictorum pœnas esse. Quare necesse est Ecclesiam recte & fideliter doceri de uero usu Sacramenti & de cæteris Articulis fidei. Primum igitur in Ecclesijs nostris taxata est Ethnicam insitia & negligentia maximæ multitudinis, quæ nec curat nec scit nec cogitat quid agat.

Nam adferre tantam negligentiam, ad hoc mirandum opus quod uoluit filius Dei pignus esse suæ præsentiæ & suorum beneficiorum, est Ethnica prophanatione ludere & deridere Deum, Hæc magna delicta uiolant primum & secundum præceptum Decalogi.

Secundo reprehensus est & error de sacrificio pro peccato seu applicatione pro alijs & ostensum est Coenam Domini non mereri alijs remissionem, nec applicandum esse pro alijs, ut mereatur eis remissionem peccatorum uel alia, quia sacrificium pro peccato unicum est obedientia filij Dei, in morte & in omnibus eius afflictionibus & cruciatibus, sicut Scriptum est, Unica oblatione consumauit Sanctos. Hæc sententia adeò euidenter uera est, ut homines non prophani adsentire cogantur.

Cum

Cum autem haec persuasio de merito à magna multitudine docentium ordinario loco, recepta fuerit, fatendum est late grassari posse errores in Ecclesia.
Reprehensa est & applicatio ad impetranda bona corporalia ut ad prosperam nauigationem & similia qua deprauatione Missa ualde uendibilis facta est.
Certissimum est autem institutam esse Cenam domini, ut monstret consolationem conscientiae, quaerenti remissionem peccatorum: & quomodo monstret postea dicetur, nec transferenda est ad bona corporalia, sicut non transferendus est Baptismus ad tollendam lepram. Disertte enim dicitur: Hic est calix noui testamenti in meo sanguine, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum, Fit igr commonefactio de remissione peccatorum, non de nauigationibus aut emptionibus.
Tertio. Sed non tantum reprehendendi sunt abusus, Monstrari etiam uerum usum necesse fuit. De quo pie & fideliter secuti sumus institutionem in Euangelio expresse traditam, & ueterem Ecclesiae purioris consuetudinem.
Nam nec nouas opiniones, nec nouos cultus in Ecclesia comminisci licet, nec mutandi nec mutilandi sunt cultus diuinitus traditi.
Retinemus igr ritum Cenae Dni traditum uoce Euangelii, & retinemus integre, & doctrinam de uero usu populo fideliter proponimus.
Verba Euangelii expresse instituunt distributionem & sumptionem corporis & sanguinis domini, ut autem de usu

Sacramentorum in adultis Vniuersaliter sentit Eccla uera,
oportere ea fide accipi. Sic de usu pias mentes doceng prin-
cipalem hunc finem esse Coenæ Domini, ut per eam fides ex-
suscitetur & confirmetur in sumente. Sicut & uerba nomi-
nant testamentum, & mentionem faciunt remissionis pec-
catorum. Et postea dicitur: Hoc facite ad mei recordatio-
nem. Non prodest igr gestus sine cogitatione, quid aga-
tur, quomodo, cur institutus sit hic ritus.
Recordatio autem filij Dej multa complectitur, udt & ip-
sius Mediatoris agnitionem, & promissionum ac beneficio-
rum considerationem, sicut Esaias loquitur, Notitia eius
iustificabit multos. Sit igr recordatio fidelis, non Stoica:
Sciamus nobis in Eccla non in perpetua dubitatione ma-
nendum esse, an simus recepi à DEO? Sed hoc statu-
endum esse, nos recepi & exaudiri, & propter hanc con-
solationem promissiones & sacramenta tradita esse.
Hanc doctrinam de promissionibus & Sacramentis fami-
liarissime notum esse oibq oportet.
Sic igr fiat sumptio Coenæ Domini, ut nostra peccata.
iram Dei, Sacrificium filij Dej, remissionem peccatorum
& reconciliationem cogitemus, & in uera pœnitentia fi-
de erecti statuamus nobis remitti peccata, non propter
hanc sumptionem aut opus Sacerdotis, sed propter Sacri-
ficium ab ipso filio Dej in ipsiq obedientia & morte
factum. Vt autem uoce Euangelij ita in Sacramentis me-
moria huiq beneficij conseruatur & propagatur: Ita
in hoc mirando ritu filius Dej nos sibi tanqz membra ad-
iungit

iungit, & sanguine suo nos abluit. Sed necesse est accede-
re fidem, quæ statuat nos uere recipi, Hac fide & sumptio-
ne propria fit applicatio. Nec prodest ipsa sumptio propter
gestum, seu ut uulgo loquuntur, ex opere operato, nec propter
Sacerdotis opus: Sed propria fide & sumptione fit applicatio.
Hæc fiunt illustria in uera consolatione cum fides uincit pa-
uores intuens bonitatem filij Dei, qui hoc testimonio nos sibi
adiungit, Et in hac consolatione Spiritus sanctus est efficax,
accendit inuocationem, gratiarum actionem, bonum propositum
& alios pios motus, ut alibi sæpe copiose exponitur.
Hunc esse uerum Sacramentorum usum, quem recensuimus,
nihil dubium est, & de hoc usu præcipue & proprie doce-
ri Ecclesias omnibus temporibus oportet.
Sed obijciunt aliqui: nos retinere unam partem Missæ scilicet
usum Sacramenti, relinquere uero alteram partem scilicet obla-
tionem, quæ proprium Sacerdotis opus est et Sacrificium.
Hic inquiunt iuge Sacrificium omittitis, Atrox accusatio
est, quæ primum hoc modo perspicue refutatur. Fatemur
totam actionem Cœnæ Domini Sacrificium laudis, seu
(ut uocant) commemoratiuum, seu commemorationem esse.
Et ea quæ ad talis Sacrificij substantiam pertinent, omnia
retinentur in nostris Ecclesijs, Videlicet, consecratio continens
recitationem uerborum Euangelij, quibus Cœna instituitur,
distributio & sumptio Corporis & sanguinis Domini,
Inuocatio seu oratio ad DEUM petens remissionem
peccatorum propter Sacrificium factum ab ipso filio
Dei

Dej, Fides applicans, Gratiarum actio in qua mens læta, & accedens ad DEUM, subijcit se ei, & celebrat eum uoce, confessione & moribus. Item Concio de filio Dej & de quacunque parte doctrinæ. Ut enim ab initio mundi fuerunt certæ Ceremoniæ publicæ, ut nerui essent congressuum publicorum, quia Deus uult in genere humano conspici & exaudiri Ecclesiam, sonantem Euangelij uocem, ac propterea uult honestos congressus esse & eos sua bonitate multis mirandis liberationib9 tuetur. Ita uoluit hunc ritum publicum esse, ut ministerium Euangelicum conseruaretur, & in publicis congressibus uox Euangelij perpetuò sonaret, ut dicit, hoc facite donec ueniam. Et quia Sacrificium in genere est opus à DEO institutum faciendum principaliter hoc fine, ut DEUM honore afficiamus & testemur, hunc uerè Deum esse, quem sic colimus, fatemur & nos totam actionem in Coena Dnj Sacrificium esse, sicut & antiquitas locuta est, & manifestum est, uerissima sacrificia esse inuocationem, fidem, spem, læticiam conscientiæ, gratiarum actionem, confessionem, bonum propositum, quæ oia concurrere in Cœna Dominij necesse est, Et horum operum omnium Sacerdos est inchoator καὶ ἔξαρχος, qui nomine uniuersæ Ecclæ agit gratias DEO, quod miserit filium, & mirandum decretum de redemptione patefecerit, quod colligit & seruet æternam Ecclam. Postea & bona petit propter filium nomine Ecclesiæ & populus

audiens

audiens hanc publicam gratiarum actionem adiungit sua uota.
Sic nos ipsi adsumus Coenae Domini, hanc gratiarum actionem
& hanc petitionem cum reliqua Ecclesia mente & linguis
recitantes. Retineri igitur omnia substantialia Sacrificij manifestum
est. Et sic de sacrificio loquitur ipsa uetustas, quae non intel-
ligebat gestum aliquem Sacrificium esse, sed totam actionem,
Vt graecus Canon inquit. Offerimus tibi hanc λογικὴν
λατρείαν i. inuocationem, fidem, spem, gratiarum actionem,
Et Augustinus inquit, In ueteribus figuratio fuit, In hoc
Sacrificio gratiarum actio & commemoratio est. Et Cypria-
nus: pietas inter data & condonata se diuidens, grati-
as agit tam uberis beneficij largitori i. pietas intuetur da-
ta & condonata i. Confert inter se magnitudinem bene-
ficiorum Dei. & magnitudinem nostrorum malorum, pecca-
ti & mortis, & agit gratias.
Denique firma Regula est, Nullum opus in nouo Testa-
mento Sacrificium esse, ex opere operato, ut loquuntur,
Scriptum est enim: Veri adoratores adorabunt patrem
in Spiritu & ueritate. Quare hic ritus ita fit Sacri-
ficium, Cum accedunt hi motus Cordis, Fides, inuoca-
tio, gratiarum actio et alij. Et typi Sacrificiorum ue-
terum, Abel, Melchizedech iugis Sacrificij, & alij recte
congruunt ad hoc Sacrificium dextre accommodati.
Haec satisfacere omnibus debent: Sed aliqui obijciunt, hoc
deesse, quod non dicimus: Offerimus tibi filium. Ad hoc
respondemus, Nec uerba Ecclesiae sic loquuntur, nec sic locuta
est

est antiquitas, Et tamen definitio quæratur. Si hæc phrasis, Offerimus tibi filium, significat idem, quod: Oramus te æterne pater propter filium; non accusentur nostræ Ecclesiæ, quia & nos in hac tota actione, mediatorem & summum Sacerdotem stantem coram patre, & pro nobis deprecantem inuocamus & celebramus. Et quidem his uerbis utimur. Oramus æternum patrem, ut propter filium quem Mediatorem constituit nos recipiat, Oramus te fili Dei Domine Jesu Christe, qui es λόγος & imago æterni patris, & humanam naturam assumpsisti ex Virgine matre, ac sedes ad dextram æterni patris, & Mediator constitutus es, miserere nostri, & intercede pro nobis apud æternum patrem tuum, & sanctifica nos Spiritu Sancto tuo etc. Definitio igitur quærenda est in hac phrasi: Offerimus tibi filium. Nam Ecclesia nequaquam eo modo illum offert, quomodo se obtulit ipse, ut Epistola ad Ebræos loquitur Filius se ipsum obtulit patri, ingrediens in sancta sanctorum. Nouit filius pectus patris; Scit iram aduersus nostra peccata; Scit mirandum decretum de reconciliatione & causas intelligit. Hæc coram uidere, est ingredi in Sancta sanctorum. Deinde & in sese deriuat iram patris æterni, & se subijcit eius uoluntati, ut iusticiæ diuinæ satisfiat. Hæc subiectio est sese offerre, ut in psalmo scriptum est In capite libri scriptum est de me, ut faciam uoluntatem tuam. Ipsius igitur filij proprium fuit sese in passione offerre.

Nos

Nos tantum fiducia huius uictimæ petimus, ut propter eam recipiamur & exaudiamur.
Eodem modo de uerbo sistendi dicimus, Filius Dei solus ingreditur in Sancta Sanctorum: uidet arcanum consilium patris. Cum eum hoc deliberat pater, hunc audit deprecantem. Nec ulla Creatura adducit eum ad patrem, quare illi, qui nunc dicunt, se filium Dei sistere coram patre, quid uelint dicere interpretentur. Græcus Canon uerecundior, fuit, qui correctionem addidit. Tu es τοσοῦ φέρων καὶ προσφερόμενος q. d. Tuæ maiestatis est ingredi in Sancta Sanctorum, tu cernis uoluntatem æterni patris, & es summus Sacerdos & deprecator pro nobis in illo arcano consilio.
Hæc modestè recitauimus non ut certamina augeamus, sed ut Ecclesias tot regionum consolemur, & excusemus, & ostendamus, nos retinere integrum ritum & ueram doctrinam de usu, ne turbetur earum inuocatio, sed ut bona conscientia pie utantur Sacramento, & fide non trepidante inuocent & celebrent Deum. Quod enim alij amplius postulant, ut fateamur, oblationem necessariam esse, & prodesse uniuersæ Ecclesiæ, uel ut meritum, uel ut medium applicans, & oportere fieri hanc oblationem, etiamsi nulli adsint communicantes, & cum prosit ad multa bona spiritualia & corporalia impetranda, fiat à plurimis crebérrimè, concedendum est etiam, prodesse eam ex opere operato, si necessaria est uniuersæ Ecclesiæ. Hæc

mag

neque in Euangelio expressa sunt, neque tradita sunt a uetustate. Et pugnant cum his regulis: Sine mandato diuino non sunt cultus in Ecclesia instituendi. Item non ualent in nouo testamento cultus ex opere operato. Quod autem applicatio necessaria est, affirmamus propria cuiusque fide & propria sumptione fieri applicationem.

DEO SIT LAUS.

Clarissimo atque Amplissimo Viro Ioanni
Cratoni à Crafftheim S C M Consi
liario, et medico intimo, domino & patrono
mihi plurimum colendo atque obser[do]

Pragam, in Regiam.

Clarissime, atque amplissime uir. legi magna cum uoluptate tuas litteras Pragæ datas, e regia X kal. Septemb. sunt enim, ut aliæ tuæ omnes, et prudentiæ, plenæ & consilij, multique adeo officij, quo, ne aliud quidem agens, umquam potes uacare. De epistola recte tu quidem: in qua tamen, quod minus quam uelis, e sacris litteris tamquam e fonte petam, tuæ erit humanitatis erratum fatenti ignoscere, præsertim cui sedentaria opera

sit

sit ijs litteris danda, quæ facultatem scribendi augeant,
ea in primis quæ sunt in manibus: quæ ipsa tamen, non
minuunt pietatem ab ijs tradita, qui minime scribere præ-
clare, nisi aucti diuino numine, potuerunt. Nam quod
in nostro temperantiam, et moderationem animi deside-
rare uidearis; equidem uideo, unde hæc hausta habeas:
sed mihi credas uelim, non illa ueriora esse, quæ de no-
bis ad nos afferuntur, quam quæ istinc ad nos de Cæ-
sare. Caue autem putes quidquam hoc grauius, constan-
tius, moderatius. Non laudo nunc, non quod multi so-
lent, rem uerbis augeo, non do gratiæ, non tempori:
quod uidi ipse affirmo. Res secundæ nonnullæ, atque ex
sententia euenerunt, aduersæ multæ: quam uicissitudinem
et rerum, et temporum natura fert: eundem oris habi-
tum, uultum eundem in utraque fortuna semper æque
gerentem uidi. parum mihi uideor, pro re, dicere. In
lætis uidi tristis habitum præ se ferentem, quod sapi-
entis est, et uerentis rerum humanarum casus; in ad-
uersis læti, et ciuis potius tamen quam suæ fortu-
næ fidentis. Nunquam illi excidit insolens uerbum,

ut

ut maxime fortuna aura secunda afflaret; numquam pa=
rum dignum erecto in meliorem spem animo, et uirtute
sua innitente; nemo umquam, qui esset extra scenam
positus, in magna fortunæ uarietate, magis habuit com=
positum et sedatum animum; nemo uitæ cursum æquá=
bilem magis. Bellum gerit, sed iustum, in immanem,
et barbarum hostem, ereptorem alieni iuris; qui abusus
Polonorum tempore Liuoniæ magnam partem, tum mari=
timos portus, ad exterarum gentium commercium per
opportunos inuasit armis: ut Poloni in comitijs de
nouo rege creando, non prius passi sint cuiquam
deferri regni insignia, quàm is reciperet, se primo
quoque tempore de ijs recuperandis acturum. Est qui=
dem uicinus, sed non ex eorum genere, qui uicinita=
tem in propinqua parte amicitiæ putent; non qui et
re, et consilio sint uicinum parati iuuare; uerum
ex eorum, qui uiolata fide, et perrupto foedere huma=
næ societatis, uicinitatis opportunitate ad spoliandos at=
que euertendos uicinos per summam iniuriam abutan=
tur: certe quàm iustum gerat bellum, docent ea, quæ
superioribus annis edita leguntur: quibus ita expo=
nuntur

nuntur belli causae, accusata leuitate barbari hostis, qui
se iactat suam originem in nescio quem Augusti fratrem
terrae filium, nihil loci, ne iniquissimis nobis etiam homi-
nibus, ad maledicendum relinquatur. Nam quod dicant
uerba nobis, non manus Moschum dedisse; satis docent quam
hoc sit uerum, quae sunt proxime in Varsauiensi con-
uentu acta: Hoc enim inter omnes constat, numquam
accuratius, aut maiore animorum contentione de belli ap-
paratu Polonos egisse, quam cum maiorem spem pacis
Moschi legati attulerunt. Nam fama de Scytarum ir-
ruptione in Ruthenos ita uera, ut qui de nobis hic
dissipati rumores: quibus nemo qui sit sanus fidem
habet. Illud uerissimum, cum non magna Tartarorum
manus in fines irrupisset, adducti coniectura, quod crede-
rent nobilitatem abesse, profectam ad bellum, a Cosachis
in reditu exceptos insidijs, praeda exutos, concisosque esse
Neque mihi quidquam causae uidetur, quare debeat re-
ligiosus rex reprehendi, quod priore, et deinceps altero
belli anno bene gesta re, id quod semper in more fuit,
agi deo immortali gratias, et haberi honorem uoluerit.

Ita

Ita uero ille ab hac leuitate abhorret, ut plenissimum librum uerissimis illius laudibus, quem tertio ab hinc anno aduersus illius calumniatores conscripsi, uetuerit, in lucem emitti, cum ita diceret, nolle se uideri prius cuius quam artificio orationis, quam recte factis, maleuolorum sermones, et maledicta refutare. quae mihi una fuit caussa, cur neque ad te quem unice colo, et obseruo, neq. ad Duditium misi; qui quanti apud me sit, non ignoras. Nam qui ait se esse apud regem primum, eousque cum omnibus suis panegyricis friget, ut querendo, expostulandoq. fatiget, omnium aures, ne decimum quidem sibi locum ad regis gratiam ambienti patere. Verissima haec quidem, quae ex regis litteris intellexi tum ad Cracouiensem pontificem, tum ad Podoliensem regulum, utrumque uestrarum olim partium defensorem acerrimum, et minime nunc a uobis alienum: cum lustrasset exercitum, uiginti delectorum millibus, qua peditum, qua equitum assumptis, Pliscouiam ipse, urbem, pro barbarorum captu, munitissimam et refertam omni bellico apparatu, et ut aduersus subitam uim, et ad longam obsidionem tolerandam aptissima uideatur. Nihil in litteris

quod

quod tibi minus probarj posit, homini grauissimo, et sa-
pientissimo. Nam illud addit praeterea, uiginti Moscho-
rum millia in urbis praesidio impositos, ut per se difficilis
urbs expugnatu, ualidissimis succincta maenibus, uix sapi
per unm posse credat tot propugnatorum uirtute, et ro-
bore defensa. Sed de his hactenus; in quib. si paullo
liberior tibi uisus sum, quam summa mea in te obser-
uantia postulat, scias totam meam orationem eo spectare,
ut certorum hominum leuitatem, uel maleuolum potius
animum notem: qui nescio quo praepostero sapientiae
nomine de suorum laude detrahunt, ut habeant quo
gratificentur alienis; in quibus si quod esset uestigium in
patriam pietatis non ferendo aduersa de suis, quae nulla essent,
sed tegendo si qua uere essent, maiorem aliquanto laudem
promererentur. De emittendis epistolis non est quod sus-
piceris me aut nolle, aut, quod ais, ualetudinis fiducia
differre. Historia spissum opus, et operae multae me
ita districtum habet, ut uix labori sufficiam: nam ha-
beo exactorem acerrimum, qui, etiam si in hoc uno
sum totus, minime meo ingenio tardus, uix sibi satis
fieri patiatur, adeo de me non multum solum, sed multa

sibi

sibi etiam spondet: persto tamen in sententia, cupidus meæ
cum in alios, tum in te in primis beneuolentiæ, memoriæ, ob=
seruantiæ illustriora monumenta constituendi. Doleo te reti=
neri, iam recuperata Cæsaris ualetudine, et adhuc non licere
officij fructum legere, quem negotij, quantum moderato homini
fas est, uberem retulisti. Itaque aulam tua caussa ali=
quanto etiam uehementius, quam soleo mea, odisse co=
gor. Litteræ, quibus ais te de Camutio scripsisse, nullæ
sunt mihi redditæ. Credo te eas alijs tuis ad Duditi=
um, quod sæpius soles, adiunxisse. Eas auide exspecto,
non diu, ut spero, desideraturus. In mea illa epistola
sunt alia errata, aciem mentis, pro arcem mentis, et in
quarta pagina eueniunt, pro sibi euenire intelligit,
quæ uerba meo errore posita in litura, operæ neglex=
erunt, et in postrema pagina, animum pro unimus.
Quod ais referre te pro benefactis maledicta quod
malum regiæ proprium sit, haud mihi nouum. Sed
ne sapientia tua quidem et grauitas mihi noua
ijs contemnendis, quæ multi admirantur, rumorib.
et populari aura. Illud me pupugit, auocari te
a scribendo τῷ ἀλλοκότῳ quod cuiusmodi sit,

te

te obsecro me certiorem facere ne graueris. De uxoris, et filij ualetudine, spero iam, esse ut uolumus: nam, ut ex tuis litteris conÿcio, quib. mensis adhuc aulæ molestias tibi deuorandas scribis, hæ meæ litteræ te Vratislauiæ in,
ueniant. Vale et me ama. Datum Cracouiæ e regia arce IV Id. Septemb. CIↃ. IↃ. XXI.

Tui studiosissimus Io.
Michael Brutus

Marcellus est totus in conscribendo libro, aduersus probra, con,
uicia, et maledicta, quib. tum Caluinus, tum Beza Ariano,
rum, hæresim, et qui eius habentur instauratores insectat:
ni eius hominis gratiam, qui ne mihi plus æquo blandus
esset, aliquando uerebare. Hoc uno ueluti ualido tigno
illius condicionem labantem fulciri aiunt, qui e transilua,
nia ueniunt, cum in multis, quæ artis sunt offendisset. Li,
ber breui edetur. ἐλλόγιμος enim ἀνὴρ et quo non
temere quemquam scripturientem æque inuenias.

EIDEM.

Clarissime, atque amplissime uir Vix superiores meas li,
teras tabellario dederam, cum aliæ tuæ mihi sunt reddi,
tæ notis insignib. multis amoris, et beneuolentiæ refertæ,
quæ me incredibili uoluptate affecerunt. Et si enim iustis,

sime

simæ tuæ querellæ, nonnihil me commouerunt; fecit tamen perspecta mihi iam pridem constantia, uirtusque tua, ut ferrem æquo animo ea te molestia sollicitudineque angi, cuius, id quod uideo iam accidisse, breui fructum maximum, atque optatissimum referres. In eo enim uiri fortes maxime conspiciuntur, si non solum mala aduenientia ferunt celso atque erecto ad uirtutem animo, sed quærunt ipsi ultro materiam, in qua uirtutem exerceant, et animi robur. Ac sensi equidem in tuis molestijs, quæ est mea in te uoluntas, et mollitia animi, haud mediocrem dolorem, cum non deessent, qui affirmarent, pugnante, et contra tendente me tua culpa factum, ut desperandum esset de Cæsaris ualetudine, cum dicerent, te fuisse auctorem, quo minus, ualentioribus remedijs utentibus, et quæ uis morbi postularet, secando urendoq. quà abscessisset perducere læsas partes ad sanitatem liceret. Hinc euentus, qui imperitos docet, et raro sapientes fugit, multo antea a te ex certa ratione prouisus, tanto maiori tibi honori, quanto maiori dedecori putabant maleuoli, atque inuidi fore. Nam de Camutio, ut sine cura sis, illustrior tua doctrina, et sapientia, quàm ut obscurari cuiusquam calumnijs possit,

tibi

tibi suadere debet. Pulcherrima uero contentio, et cuius uicto-
ria sit explorata, ubi male dictis recte facta opponuntur. Do-
let quidem non licere ingenio obsequi, excluso angustijs tem-
poris cum nullo in argumento uersari libentius queam: quod
ipsum tamen plus otij nactus, et uacui temporis, spero me
tibi persoluturum. Gratissimam rem mihi facies, si am-
plissimum uirum Adamum a Dietrichstain, tua commenda-
tione mihi patronum adoptabis, cui si de prolixa mea in
illum uoluntate, atque obseruantia plurimum spoponderis, ef-
ficiam omni genere officij, quod a me possit praestari, cuius
est multo infra uires animus, ut te numquam hoc nomine appel-
let. Et fama constans de illius sapientia, et uirtute et illustre
tuum testimonium, qui probare nihil nisi tui simile nosti, ut
illum colam atque obseruem absentem in primis facit. Vale.
Datum Cracouiae ex regia arce CIↃ. IↃ. XXCI prid.
Idus Septembris.

Tui cliens studiosiss. Jo-
Michael Brutus.

EIDEM.

S. P. Hoc ipso momento, quo ad prandium uocor,
Bruti literae mihi reddantur, et tabellar ad uos abi-
turu paulo post nunciatur. Itaque breuis ero. De

si-

Simonio, quæ tum constanter affirmas, uera esse oportet. Ipse uiderit. Equidem non miror, cum audio aliquem ad Jesuitas transire, præsertim si non sit multum diuq́ in controuersijs cognoscendis uersatus. Nam illa quidem, quæ in oculos incurrunt, ualde plausibilia sunt. comendat eos uaria eruditio, eloquentia, assiduus in docendo, concionando scribendo, disputando, pueros sine mercede instituendo, labor; uitæq́. innocentia, et modestia. Contra qui oculos conijciunt in eorum, qui Euangelij nomine superbiunt fastum atq. impatientiam, in dissidia, contentiones, mutuas persecutiones; alia uitia, quæ non lubet commemorare; in literis uero non magnam doctrinam, certe non tantam, quæ cum illorum eruditione comparari possit; non magnam habent causam, cur magnopere mirentur, si quis a nostris ad illos deficiat. Pauci etiam docti, statum controuersiarum intelligunt, pauciores inuestigant; ac, quod peius est, id sibi licere præ se ferunt et simulatio, ac dissimulatio conscientiam, et Christiani officium non lædit; quid est causæ cur tot transfugia miremur? Verum de his plura q̃ uolebam. Nescio quas sibi literas non esse redditas Brutus queritur. Equidem quam

possum

possum diligentia, quoties a te accipio, statim illi mitto.
Plescouiae oppidum cepisse Rex dr, arcem oppugnare.
Nerogrodele item, & nescio quod aliud tugurium ex,,
ussit. exercitum Moscuam urbem oppugnatum misit.
Nihil his hominibus insolentius est, si uerba illius gen,,
tis, mulierculas, quae nob. m os hic rigorere audent,
spectamus. Quid fiet, si, ut confidunt, Moscas debel,,
labr? Sed nr scenae, & tempori seruit, & eius can,,
tilenam canit, cuius panem edit. Vale mi ampliss &
constantiss. V. meq. ama. 28 7br 1581.

A. D.

Paullo Melisso Viro eruditissimo,
atq. ornatissimo, amico mihi pluri,,
mum colendo

Joannes Michael Brutus, P. Meliso S. D.

edita { Ex quo tempore tuae mihi litterae redditae sunt, coepi
mihi carior aliquanto, quam consueueram esse: iu,,
cundo enim falsus errore, non ex animi mei consci,,
entia, quae longe a tuo iudicio abest; sed ex tuis
litteris, atq elegantissimo tuo carmine, coepi me
agnoscere, et quasi is essem, quem tu me depin,,
gis, et ego uere esse uelim, impensius amare.

Nam

Nam illud præterea commodi accessit, ut posthac non tua minus, quàm mea caussa, statueram mihi hoc tuum de me iudicium tuendum. Tua; ne perperam uidereris in eorum me numero collocasse quos tu Poeta summus, elegantia, et maiestate tuorum carminum ornares: mea; ne quis hoc te amori dedisse potius, quàm iudicio existimaret; quo te excellere facile tua scripta indicant; quibus ita cum nitore, atque elegantia, sententiarum robur, quasi neruorum, et uirium, adiunxisti, ut mihi uenerit in mentem suspicari, non male a nescio quo philosophorum beatam illam μετεμψύχωσιν excogitatam, quæ spe immortalitatis homines aleret, et ut olim Euphorbi, in Pythagoram, sic in te Pindari manes, aut illius qui negat quemquam posse Pindarum æmulari, post longam seculorum seriem immigrasse. qua de re ne pluribus agam, id quod res ipsa requirit, cum magnitudine occupationum impedior, quæ me obruunt, tum desperatione id assequendi, quod etiam si agam pluribus, uix me assequi posse confido. De Bargæo quod scribis, me plane beat: nihil quidem mihi potuit

ac,

accidere gratius, quam nos audire, inter nos amare, summos homines, et quorum laudibus non secus ipse afficior, ac meis. Tu uero, Melisse, id nobis modo praesta, quod spondes, et da operam, ut politissimi, ac doctissimi hominis carmina, in hoc nostro orbe etiam legantur: in quo non ita multos esse uideo, qui illius uim, atque elegantiam in scribendo assequantur, qui illum superet uideo esse neminem. De tuo munere ob eam causam minus tibi gratias ago, quod quas possum non debeo. (sunt enim multo infra tuum in me meritum) quas debeo agere non queo; itaque ut uoluntas tibi pro re sit, quae semper erit erga te eximia, id quod polliceor me tibi cumulate praestaturum, te etiam atque etiam rogo. Vale. Datum Cracouiae e regia arce CIↃ IↃ XXCI. Nonis Nonae.

THEODORO BEZAE

S. D. Te uero Dominus ita instruxit donis suis, ut non tantum coram regibus loquaris de testimoniis ipsius, sed etiam ad orbem terrarum, et Ecclesiam uniuersam, itaque ea excusatione quam praefatur monitionib. praeclaris ad nos suis, Epistola tua, non est

opus,

opus, et nos gratias debemq Nobili et ornatiss. vi-
ro D. Cratoni &c. quo interprete primum concilia-
tum est censurae tuae de nostris pium studium, & tibi
agimus quantas possumq, q nostro et, et nostrarum
petitionum respectu, nos usum fructum dnae et sci-
entiae Sanctorum tuae, percipere sinis, teq. oramq
reuerenter, ut deinceps etiam, de hac nobiscum non
dedigneris communicare quotiescunq. nobis hac opus erit.
Ad primum caput autem de Sacramento Cenae dominj
quod attinet, existimamus tuae dignitati esse satisfactu
responsionibus nostris, quas ad D. Cratonem misimq:
et animaduertimq etiam nos, multa et potuisse et de-
buisse a nobis dici planiq & cautiq. Retinemq ta-
men fundamentum id, quo seruato, ois falsa de hoc
Sacramento persuasio sua sponte concidit & euer-
titur, Christum cum corpore suo non esse in terris
amplius, de quo in capite de Justificatione Confes-
sio nostra pag. 92 pronunciat, Et hoc si accom-
modetur iis quae in capite de Sacramento Cenae
in eadem perscribuntur, qui locus suspicionibus
aut dubitationibq de nostris esse possit, ne nunc q-

dem

dem uidemq, etsi fieri potest, ut non omnes nostri æque rem semper intellexerint, unde & accidit ut minus exquisite, neq. ad aduersarios satis caute interdum locuti fuerint, q nostris ideo etiam magis ignoscendum, cum ex ueteribq etiam multi, ita incuriose, in simplicitate fidei, de hoc Sacramento locuti fuerint, ut non tantum Vulgo, sed doctis etiam, scandalo, et fuerint, et hodie adhuc sint, nimis multis uerba & formulæ ipsorum: de quibus ad uos referre, esset pisces, in Peloponesum mittere.

Optimum tamen semper in Ecclæ sic loqui, ut quantum fieri potest omne scandalum præcidatur, et plana sit & plena oratio: Itaq. nos et flexiloquas illas formulas, quarum in Ecclæ seruitute iam nimis diuturnus usus est, semper improbauimus animis nostris, et refugerunt eas maiores nostri, ut demonstrant scripta horum. Et tamen Lutherus nostra sic fuit interpretatus, quasi ipsius sententiæ sint consentanea, etsi in quadam præfatione, quam Confessioni nostræ germanicæ de Sacramento Cænæ præposuit,

suit, se non ita loqui audere scribit, ut nostræ Ecclæ de re loquuntur. Non tamen ille in una sententia permansit, neq. sibi constat, & multa ab eo rectissime scribuntur, Discipuli eius in Saxonia & Misnia, dogma Lutheranum, in quo acquiescunt, faciunt hoc, (ut ex articulis Torgensibus cognoscitur) esse mirabilem quandam, et sensibus incomprehensibilem tamen, præsentiam corporis ad locum panis, atq. ita ex Sacramentis miracula faciunt, & quæ sensus tamen fugiant, cum sint mysteria, non miracula, et hæc tantum sensibus, illa tantum fide percipiantur. De quo ideo ad uos testamur hac Epistola nra, quo minus dubitetis, nos ab omni talis miraculosæ præsentiæ dogmate alienissimos esse; hæc enim ex Sacramentis Deum facit, cuiq sunt Sacramenta, & Christum introducit eiusmodi, quem Eccla eius non nouit, Eutychianum scilicet, animaduertere tamen uidemur, offendi aliquos, q in illa indicata pagella, præsentiam corporis Chri alteram in terris, in uerbo, & Sacramentis non corporalem, appellamq latentem, &

non

non in oculos incurrentem modum præsentiæ, metuitur

.n. ne miraculosam illam introducamus consubstantiatorum

nostrorum, cum tamen mox diserte subijciatur illam præ-

sentiam totam Spiritualem esse prorsus, etsi maio-

res nostri hoc egisse uidentur, ut cautius loquerentur

pp spiritualem præsentiam corporis Christi, & uerum

diuinitatis in terris eiusdem. Aliter .n. et propi-

us se coniungit cum uerbo & Sacramentis, ad quæ

se alligauit aliterque adest generi humano, & mem-

bris Ecclesiæ suæ, quam creaturis reliquis, cum

his .n. copulat cum philantropia et dilectio ea,

qua diligit nos in dilecto C Et hi fiunt spi-

ritualiter unum corpus cum ipso, cum illis infinitio-

rum, ut mens infinita, penetret per omnia, et nusquam con-

cludatur, et Christus totus, sed non etiam totum

huius, non absit, aut abesse possit, a Cœna ea, qua

instituit, non tantum secundum Diuinitatis infinitio-

nem, sed etiam alligationis illius promissionis suæ

consideratione, cum et Sacramentum ipsum com-

plectatur promissionem & alibi promittat, Venie-

mus

mus ad vos, et mansionem apud vos faciemus: Et ero vobiscum usq. ad consummationem mundi, Et diximus iam de acyrologiis veterum, q de corporali praesentia corporis Christi in Ecclesia extiterunt. Dabimus igr operam, ex admonitione, ut deinceps exquisitius et cautius scribamus, et acyrologias omnes vitemus. Ne quid dissimulemus, pertulimus nos etiam, ut multi alii, servitutem magnam Lutherii temporibus, cum haec causa minus adhuc per Germaniam nota esset hominibus L.

De caelibatu, quod mones, retinuerunt eum, vel exercitia potius huius, maiores nostri, cum inter Pontificios viverent, apud quos maritis locus nullus fuit, neq. eos tulissent auditores ipsorum, ex quibus plerique adhuc etiam maritis Sacerdotibus nostris iniquiores sunt, ut tamen medio, quod est veritatis, itinere ingrederemur, ita de re disseri posse existimavimus, sicut est in confessione nostra, neque quid addamus aut demamus iis aut quid omnino aliud in Ecclesia de re dici possit intelligimus, excluduntur n. Joviniana et sic tamen libri usq., et

sua

sua dignitas, coniugio, disputationib. nostris conseruatur.
Etsi frustra de his ad nostras disputatur, tam paruae .n.
et inopes sunt pleraeq. Ecclesiolae nostrae, ut alere ex iis
familias paucissimae possint, neq. nisi qui patrimonia
habent uxores apud nos ducere, Viuimq .n. ex contri=
butionib. auditorum, a quib. praeter uictum & cultum
nihil ad nos redit, Et ne haec quidem, in maioribq
collegiis nostris, unde et manuariarum artium operas,
ad ea alenda assumere necesse habemq, cum ordinariqs
redituq & domos et sacras, uel Pontificii, uel his
gemini, Calixtini possideant, q sunt pseudadelphi
nostri. Caetera de quib. ad Cratonem scripsit T.
Dig: ex genere sunt adiaphorum pleraq. non debent
aut adiaphora turbare in Eccla, & nos seruitutem,
quae nihil complectitur impietatis, non detrectamq,
etiam inter tam potentes hostes nostros ferre cogi=
mur, quorum uiolentiae patemq undiq. uester Zelus
alius est, & Taboritarum nostrorum similis, a qb. hac
sola in parte recesserunt maiores nostri, sicut in prae=
fatione confessionis nostrae indicauimq. Quod restat,
iterum oramq, ut beneuolentia tua nos complectaris

ris et dn̄a tua assis nobis, de quo tamen cum tam pro-
lixe et humaniter promittat pietas & humanitas tua,
non decet nos laborare amplius. Et tuis autem, et
uestrarum Ecclesiarum precib. nos commendamus, cum iam
edicta Imperatoria in Vicina Bohemia proposita sunt,
qb. mandatur ne ullos conuentus Sacros publicos nostris
habere liceat. Vale A° 1575 M Junio.

Euanzizy. Stephanus: Senior.

CRATO DUDITIO.

S. Migrationem tuam bene & feliciter tibi euenire F.
opto, & tuis uotis mea ex animo adiungo. Mihi
quod in patria multa aduersa acciderunt, cum hoc
non tam meo uitio quam officio patriae debito
et studio recta dicendi & faciendi, contigerit,
aequiori animo fero. Tam .n. me patriae amantem
esse, quam q est amantissimus & perhiberi uult
maxime conscius mihi sum. Scripsi de familiis
urbis nr̄ae, & nouas esse fere omnes, ostendi;
Id in aliam atq. ego feci partem acceptum est.
poenas graues dedi stulticiae meae. Itaq. ista

oīa

dia conscidi, et fortia aduersis rebus pectora opposui. Non. n. alios, quam eos, q se propriæ telluris heros in patria esse arbitrantur, cum natura neq. illos, nec me, nec quemq. statuerit, offendi, nec inuidiam Virtute re=
licta placare uolui. Illa igr misera belua quæ optima ar=
rodit et se non alios igne coquit fragili quærens illide=
re dentem, offendit solido. Sed hæc ex animo, memoria & calamo. Cælum ualetudini meæ aduersum, meo malo comperi, Verum de eo non conqueror, Nam ea est cor=
poris mei infirmitas & ualetudinis imbellitas, ut leuib. etiam causis grauiter afficiar. Totis quib. hic sum fere duob. mensib. aures purulentæ sunt & interdum pla=
nè obsurdescunt. Hoc malum ut ex isto theatro, in quo uere sum κωφὸν πρόσωπον dimittar faciet. De mea uero ad uos reuersione, non dum cogitaui. Quam .n. uoluptatem ac quem dolorem potius ex consuetudine & conuersatione hominum non capit is, qui grauiter audit. D. Monauium nimis accurate ad me laudas; Nominaui eum interrogatus de Medicis; obtrudere neq. uolo neq. debeo. Ac illis quoq. rationem haben=
dam esse puto, uel mei potius, ne fallere uoluisse ui=
deer.

uideãr. Non credis quam nunc omnia non modo sint
difficilia uerumetiam fallacia. De Polonicis quid spei
habeam non uideo. Non .n. ut diuinæ gloriæ fines
extendant, uerum ut suos longe lateq; constituant, hoc bel-
lum gerunt. Si uolente Deo mouerunt, aderit uocatus;
si inuito, malum præsto erit. In Belgio nil nisi fata-
les pœnæ Dei et subditorum. Nisi igr uel Rex
uel Asinus moriatur, uterq. isto bello amplius castigabitur.
Jam Hugonoti quoq. sese admiscent et Burgundiam
inuadunt. Ita aliud ex alio malum. Nr Brutus diu
non scripsit, Neq. ego uel illius accuratissimæ diligen-
tiæ respondere uel lacessere meis literis possum. Fio
.n. ad omnia segnior, et ad mea mala animum referens
frustra his uel aliis reb. curas fallere conor. Boni
igr has literas ac litturas potius consule et tuo ocio
suauiter fruere. Bene uale XXIJ 9bris qui
mihi Natalis est Dies. Si me tranquilla se-
nectus expectat, erit alios benignus Deus, si aliter
illi uisum et me mors alis atris circumuolat,
det animum cupidum relinquendi hæc misera et fuga-
cia, atq. capessendi æterna et beata. Iterum Vale
Pragæ. 1579.

F. S. D. Non dubito; quæ tua est uirtus, & sapientia; magno te aio inuidiæ morsus contempsisse. Cupio te ui-
tare, in reliquum tempus tuorum offensionem; ut tranquil-
liore animo uitam cum ea dignitate, quam tibi peperit ex-
imia Virtus, ac merita tua, in ocio, omniumq. amore tradu-
cere queas. Non equidem ignoro, & sanè etiam expe-
rior quàm difficile sit inuidiam declinare: sed tibi, si
uelis, ne hoc quidem difficile fuerit, in tanta magnorum
uirorum multitudine, q te, ob uirtutes, multamq. eruditio-
nem, rerumq. magnarum usum obseruant & colunt, in
omnibq terrarum locis, in qua literarum fama penetrauit.
Inualetudo tua me angit, non tam ob ea, quæ attingis,
incommoda; quæ non maxima sunt in ocio & literis Vi-
tam transigenti; in aula miserijs Viuenti, nonnulla: quàm
quod metuo, ne grauiora subseqûr, nisi accommodata
isti morbo remedia in tempore adhibeas. Aulam te pror-
sus deserere nolo; ut tuæ dignitati consulas, ac multoꝝ
commodis seruias: id quod te, iam inde à XX, Et am-
plig, annis, facere animaduerto. Vides in quæ tempora,
in quos mores, nra ætas inciderit. Si quis ab isto

splendore

splendore in priuatæ uitæ se tenebras referat, contemptus iacet plerumq. ac quod longe grauius est, persæpe ab iis quoq. premitur, de quib. præclare meritus est. Quod quidem ita acerbum uccidere solet, ut non raro in mentem illud, nescio cuius Poetæ ueteris, ueniat; Ubi non sis, qui fueris, non est, cur uelis uiuere. Verum hæc talia non sunt ad Christianam tolerantiam conformati; ac ne ad Philosophiæ quidem illius melioris, quæ uulgo tradr, disciplinam subacti. Quare hæc non inuitus relinquo. De D. Monauio Scripsi quæ uera esse cognoui, quæ tibi tamen notiora esse puto. Ego quidem indies ex consuetudine eius in illa, quam leuiter delineaui proxime, opinione, de Virtute, ac Vita hominis, uehementer confirmor. Quod eo dico, Ut, (si quid meo testimonio mouearis) magis et gaudeas, te bene de eo mereri conari quo tuo, et summorum uirorum Aulæ et cubiculi Cæsarei præfectorum patrocinio dignissimum se præbet. Quod de Sarm.ris idem de aliis quoq. bellis dici potest. Quotusquisq. est ex bellatoribus istis, qui Dei gloriam, ac pietatis propagationem sibi propositam

habeat

habeat, si nullas scelerum suorum pœnas dabunt ij, qui nos malis artib. euerterunt, Valde me expectatio mea fallet. Quamuis exitum nondum uideamus, qui sæpe a fortunatis initijs dissidet. Idem hic euentuum esse, nondum planè desperauj (Vt ut se dent principia) cum in Dei iustitiam intueor. Belgica horribilia sunt: si coniugium Angli-Gallicum coibit, funestas illas prouincijs, & Vicinis faces pariet. Equidem cum ex hac specula in omnes partes oculos circumfero uitæ me pœnitet: adeo nusquam apparet, quod te delectare in re queat. Austriaca qualia sint, scire aueo. quæ nuper scribebam de Euangelicis exauctoratis, & alia quædam, denuo confirmantur. Bruti Epistolam non ita pridem, ad te misi. Vale cum tuis omnibus Vir amplissime ac præstantissime. Vratisl 29 Nouemb. Ao. 79. Qui tibi has literas reddent, Vir clariss. magnorum Senatorum in Lithuania filij sunt, quorum parentes egregiam nobis operam nauarunt in infelici illo interregno; cuius memoriam etiam horret animus. Hi te conuenire cupiunt & salutare. Tuæ humanitati

manitatis fuerit eos, ut soles peregrinos, placi-
de excipere, consilio et iuuare, si illud expectant.
Quod ut non multi facias, te rogo. Vale iterum
feliciter, meq. ama.

¶ Fragmentum ex literis W Z ad N R. e Venetijs. 1581.

Imperator Turcicus ex casu illo grauissimo ita non corpore
modò, sed animo etiam affectus uehementer fuit, ut planè
se colligere nondum potuerit. Nam quòd nuper se ostendit
populo, id coactus fecit ut periculum auerteret, quòd à suspi-
cione mortis ipsius imminebat. Omine ille quidem territus
animoq. abiectus, seriò nunc de pace cum Persarum rege
reconcilianda dr cogitare, præsertim cum uident sacerdotum
suorum uaticinia euentu ipso comprobari, eodemq. prope tem-
pore cladem suis ingentem sibi exitum casu funestissimo tan-
tum non allatum esse. Prædixerant autem boni illi uiri
hoc ipsi bello feliciter nihil successurum, quòd ipsemet
inauspicato adeò missis Christianis ad iustam uindictam
oportunis in Mahumetanos gereretur. Tam præclaris
uero Vatib. quantum tribuat, ostendit id, quòd mensib.
superioribus unius sacrificuli suasionibus adductus, Judæos
omnes qui tum Constantinopoli essent interficere statue-
rat. Historia inueterata, nescio tamen an uobis cognita
in hunc ferè modum narratur: Sacrificulus ille ex

of,

offensa nescio qua Judaico nomini infensissimus persuaserat
Turcæ Judæos contemta ipsius maiestate atque conculcata, nefarios
de ipso rumores spargere, nec solum regni administrandi imperi-
tum, sed stultum etiam & insanum appellare, qui regnum uir-
tute maiorum suorum & sapientia quæsitum stultitia & ignauia
sua præcipitaturus esset. His ille auditis, cum uerissima cre-
deret, tanta in Judæos ira atque indignatione exarsit, ut ne-
gocium præfecto Janizerorum dederit omnes ad unum interfici-
endi. Hic qui Imperatoris sui iussa detrectare auderet, &
matris tamen eius offensionem extimesceret, quam singulari in
Judæos animi propensione esse non ignoraret: dubius aliquam
diu quid ageret, custodias denique Judæis circumponit, ipse
ad mulierem properat. Hæc ex illo rem omnem ubi cog-
nouisset, differri mandati executionem iubet, ipsa nocte
intempesta ad filium accurrit anxia atque anhelans, fractaque
& lamentabili uoce, heu inquit, fili mi, quam uereor ne
aliquid in te admiseris, quod tibi regnoque tuo perniciem af-
ferat, quod omen tamen Deus præpotens auertat. Pater
ecce tuus in somnis mihi apparuit, paulo ante quam huc
uenirem, & utraque manu in collum meum iniecta fauces ita
arcte ac uehementer mihi constrinxit, ut spiritum omnem
interclusurus uideretur. Ego ostento & miraculo territa,
nihil prius habui, quam ut te uiderem, & salua ne sint omnia
ex te cognoscerem. Angit autem uehementer metus, quem
utinam inanem fuisse res ipsa speque mea euentus melior
doceat. Perculsus Turca rei nouitate, consilium suum &

man-

mandatum fatetur de Iudaeis, praefectum reuocant, ex eoque cognoscit proxime abfuisse, ut iussa eius executioni darentur. Ibi tum illa: Nunc vero Deum non tam iratum nobis, quam propitium video, qui etsi permisit, ut tam aliena a clementia tua et iustitia cogitatio in animum tuum incideret, tam diro tamen ut te facinore obstringeres noluit. Huic igitur ante omnia gratias ago, teque per charissimi patris tui manes obsecro, ut diuinitus ab eo admonitus, consilium non Iudaeis, sed tibi Imperioque tuo funestissimum ad rem si conferatur, penitus abiicias. Victus Turca precibus et obtestationibus maternis, ut est ad omnem superstitionem pronus, manus dat, mandatum reuocat, nec iram tamen in Iudaeos omnem dimittit. Paulo enim post Constantinopoli eos eiicere uoluit, rem tamen ante cum summo Pontifice suo communicauit, qui cum aliter id fieri non posse ex lege Mahumetis respondisset, quam omnia ipsis tributa redderentur, quae ipsi et maiores eorum ab ea die soluissent qua primum in fidem Turcici Imperatoris et in Urbem illam recepti essent; quieuit, cum religione tum intolerabili sumtuum magnitudine absterritus. Quidam in eodem periculo tum fuisse Christianos aiunt, qui Constantinopoli degunt iisdem criminibus accusatos. Vel ex hac una re uilis illius belluae et abiectus animus conspicitur. Iudaei historiam hanc ueteris Testamenti miraculis annumerant de ea tamen inter paucos et timide commemorant.

Aliud fragmentum. Ex literis Bruti
ad Dudithium. Kal. Xb. MDLXXXI.

Gridate; esclamate; scriuete per tutto; esaggerate, entrate imo maleuadore prædijs, et prædibus. Ante pererratis ambo-rum finib. exul, aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim. alij quidem, ut uisum est, recte an secus ipsi uiderint: sed mihi uel tellus optem prius ima dehiscat, uel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras, pallentes umbras Erebi, noctemque profundam, Ante pudor, quam te uiolem, aut tua iura resoluam. Ut ego tantum flagitium admittam? cum Pontificijs, aut cum Isiacis ego? Cuius est unum in uotis maximum, ut, quidquid mihi uitæ reliquum sit, ijs in locis agere contingat, ubi aut male-dictum sit, aut execrabile, et detestabile Pontificis nomen? cuius uoti damnato ubi liceat e uita migrare, tum me in hac ipsa uita, à qua uera felicitas exulat, beatum putem. Finge uero, me ita esse mei oblitum, ut repente ego alius, alij mei repente sensus de religione sint: finge posse adduci, ut patiar me senem, quasi animi causa, eodem cæno uolutari, unde adolescenti licuit, singulari Dei immortalis beneficio, emergere; finge me Diagoram nescio quem, aut Epicurum, omnium religionum hostem, quod omen longe à nobis auertat Deus. quid fama, nomen, honor, existimatio? Ego tuam, Cratonis amicitiam, Joachimi Camerarij, Thomæ Jordanj, Christ. Herdesianj, quorum est de me eximium judicium, istius Ciuitatis tot hominum doctissi-

morum

norum, in quorum beneuolentia, ita mihi Deus propitius sit, tam longe positus conquiesco; uos uero meas delicias, et meos amores, possum inducere animum, ut cum meretricis Romanæ amplexibus commutem, cuius dirum, ac pestiferum uirus æterna labe orbem terræ infecit? Tantum, inquam, admittam dedecus, spe obiecta maioris commodi, atque opulentioris fortunæ, quæ sit cum perpetua labe infamiæ coniuncta? hoc uero tantum? quæ cum pertinaci animi cruciatu conscientiæ aculeum sentiat, spe salutis æternæ deplorata? O egentissimas uero diuitias, et omni ærumna, et calamitate miserabilior. Non libet pluribus agere, tecum presertim, ne in eo ipso, quo culpa careo, minime quæsita defensione, uidear culpam agnoscere. Catholicum uocent, quando peregrino uerbo est utendum, sed ex uera huius uerbi notione ut Paulus ait se esse omnia omnibus, in foro, basilica, porticu, deambulatione, conuictu sed, ut sit integrum, atque illibatum de religione iudicium. Ego ne credam in Sacerdotum Romanorum sentina, in illa teterrima uitiorum cloaca, in qua subsidit scelerum, et flagitiorum omnium ab ultimis nationibus et gentibus infinita concoruata moles, Christianum orbem uniuersum includi? quo uero pudori aditus, honestati, ubi, quidquid est loci, stupra incesta obsceni amores, monstrosæ libidines, immanis lenonum turba, perductorum ganeonum, scurrarum, occupauit? Pietati est locus, religioni, sanctitati, ubi Christum singulis horæ momentis, quot hominum capita, in Romana ce-

ce consentur, in crucem tollunt? Habes de N. fabula.

PRÆSTANTI VIRO D. Heinrico Bullingero.

S. Legi tuam, Buceri, Vadiani epistolam, utramque non diligenter modo: sed iterum. Oblectat ualde fides & constantia uestra in negocio Christi, quod uterque censetis, nullam offensam esse tam magnam, quae uos retrahere a proposita Reip: Christi ueritate debeat. Gratias ago Deo patri per Christum, quod tantum ubique iam praestantissimi roboris est, quod se non carni & sanguini tantum: sed Sathanae nequitijs opponere certo possit. Haec uera consolatio Ecclesiae esto, cum talia nobis pectora Dominus largitur. Rursus ualde perturbat quod is qui in omni negocio concordiae cum prae omnibus elaborarit, cumque nomen & famam & omnia in periculum exposuerit, & uere omnibus omnia factus sit, dum Ecclesiae dissidium conciliaret, apud tam praestantes uiros in suspicionem tam grauem uenerit. Itaque mire mihi laborat hic animus. Dominus Christus testis mihi est, rem nullam hodie posse incidere, quae meum animum magis concutiat, recte me reputante Ecclesiae statum. Quid igitur uis, mi Bullingere, tibi scribam? Vobis quidem infixam opinionem hanc uideo. De Bucero autem sic sentio, sic summa sanctissimaque eius contestatione & iureiurando, quo nuper coram legatis omnibus Heluetiorum tam graui utebatur, sum confirmatus, ut hunc hominem credam in corde meo, bona fide in tota causa agere ac sinistrum, praesertim erga nos, nihil moliri. Itaque hanc ipsam diu apud me epistolam expendens, sic credo, non

iota

iota unum mutaturum fuisse Bucerum, si ad nos peruen-
turam hanc spernuisset, adeo mihi quae scribuntur hic, necessi-
tate quadam, in hac quidem causa, et hoc tempore, & ab illo
sequestre, ineuitabilia scripta uidentur. Quaeso te per Domi-
num, candidissimum pectus Bullingere, dum haec apud te
dico, pro tuo more ferre me paulisper uelis. Nulla res
est lubricitatis & perfidiae similior, quam inter dissidentes
medium agere. Namque leges alicubi fuerunt, quae hoc
genus hominum, quod in contentione ciuili non recte palamque
partem alteram sequitur, tanquam perfidiosum & lubricum
explodendum putarint. Quam uim negocii huius, dum non
satis attendimus nos parum abest, quin in eandem de Bu-
cero suspicionem iam inde a principio concordiae huius, ab
utraque parte inciderimus, fidem propemodum omnem, etiam apud
suos agendo, amisit. Est autem qui medius est, Bullinge-
re, extremorum neutrum, & utrumque tamen, genus in omni
negociantes naturae lege mirabile, ut quod solum nomine
careat, & nullo loco rerum sit, uim tamen habeat praestan-
tissimam et necessariam maxime, inter homines prodi-
gium hominis ac monstrum, inter ueros & falsos nec ue-
rus nec falsus, inter amicos & inimicos nec amicus nec
inimicus. Vide sic rei huius natura est, Cum partium
altera οὐκ, altera ναὶ, utraque quod dicit διαρρήδην
dicat, quid ille μεσίτης obsecro dicet? ὁ αὐτὸς ναὶ
καὶ οὐκ. Ecce monstrum hominis, ecce hominem ex eodem
ore calidum & frigidum, tepidum scilicet, efflantem.
Ecce, nisi naturam eius recte animaduertis, impostorem in-
uerecundum. Quid autem facias? medius est, et utrumque ne-
cessario dicit.

Rursus

Rursus cum partium utraq. persuasione de se magna ducatur, & eas ut dissidentium repugnare necesse sit, si uerum nos soli tenemus, isti errant soli. Quid ille Mesoιλιο? Verum nos tenetis, illi non tenent, dicet? Minime, iam non medius: sed extremus est, si hoc dicit, Verum isti tenent, uos non tenetis etiam hoc extremum est. Angustias mirabiles, mirabile mediarum rerum ingenium: Nec aër, nec ignis est, sed calidus uapor, nec aqua, nec terra est, sed crassus uapor, nebula, fumi. Summa, imposturam diceres: Sed hoc glutinum negociantis est naturæ, & sese ab immani elementorum rixa ad concordiam & æqualitatem mundi reducentis, & legibus suis succurrentis. Qui sese inter optimum & pessimos interposuit medium, res statim tota natura monstrifica fuit ipsa conditione & natura sua homo Deus, mox hoc nomine ceu impostor mortuus & actus in crucem est: Deinde huius uestigia secuti uiri, non solum quod repugnarent mundo, sed quod omnibus omnia fierent, ipsi quoque ceu nebulones omnes habiti. Quid ergo, inquies, præuaricatorem ex sequestre ex sequestratione fucum facies; ac qui medius est male sartam inter partes gratiam quandam solum, non etiam ueritatem propositam habebit? Minime Bullingere, absit enim. Solam ueritatem illa in natura sequestratio propositam habet, ut fiat Elementis status aliquis. Sed dum media est in statu nullo est ipsa, et est non uere: sed esse incipit & desinit esse.

Obsecro ut in huius rei contemplationem paululum reuoces animum. Certe negocium ipsum sanctius, partes circumspectiores, res acta diutius & inter testes plures est, quam ut fieri fucus

cus possit hic, utcunque sint quidam, qui dum nimis sapiunt, nimisque acute cernere nolunt, cernere fucum se putant, cum veritatem, id est, naturam negotii huius intueri non possint, quorum hominum sunt istae insidiae, literarum scilicet perfidiosarum deprehensio. Deprehenderunt isti, Bullingere, sese, negocium certe ac rem non deprehenderunt. Volo enim vestram, tuam et Vadiani dico, sapientum hominum, conscientiam hic appellare animis ne ac studiis, an re et causa saevius dissensum et pugnatum sit. Ego animis dico magis, quam re et causa. Video enim ut eflagraret contentio haec cum alter alterum diris seu pestem Ecclesiae certam devoveret, quorum utrumque teste eadem conscientia vestra, viros praestantes ac bonos fuisse scimus, et hoc istis acciderat, quid non accideret nobis homuncionibus?

Fac gliscere contentionem adhuc, Fac ad te, ad Vadianum, commodissimo ingenio virum, provocantum iri, quid obsecro Bullingerus de suis apud Lutherum [illegible] dicet? Nostri in hac causa nunquam erraruntur, semper ita ut modo docuerunt, recte sentiunt, affectu nullo hic ducuntur. Hac tu ibi diceres? Fac vere dici: Sed quomodo hac sequester? quomodo apud hanc partem? Zwinglius ipse non diceret, si viveret, Lutherus certe nunc tandem, saepe extra aleam contentionis, calore se praeter vectum fatetur, et ignis calorem suum paululum remittens accedere ad vera medium incipit. Iniuria summa in hac quidem arbitror epistola est, non ita semper docuisse nostros. Si Buceri locum spectas, nihil habet prorsus extra naturam negocii. Si rem, puto credoque teipsum facile

mi

uidere quale sit. Certè prima contentio congressioq. in eo solum erat, non quid hic esset, sed quid hic non esset. Scilicet eò machinæ omnes spectabant, ut Papæ & Lutheri errores refelleremus, crassum hic aliquid statuentium & ueritati intolerabile, unde etiam speciem præbuimus, quasi nihil prorsus relinqueremus. Erat igitur in inficiando nobis prima congressio tota. quomodo igitur non secus docuimus principio, quam istud quod nunc docemus profitemurq., non attigimus quidem principio? Nec repugno statuisse nos semper idem quod nunc docemus, certe non idem semper docuimus, nec contentionis studium sinebat, quod in refellendo reprimendoq. aduersario erat totum.

Deinde suscepimus certè partes eorum & copias nostras cum illorum copijs coniunximus, qui omnino præter memoriam quandam umbratilem nihil relinquebant in cœna, quamquam non in eam, quam illi sententiam. Itaque non debet uideri tam graue hoc, cum est dictum à Mesite apud partem, quod dici uere sine iniuria nostra potest. Cum enim nostri duces præstantissimi heros Zwinglius, & vir optimus Oecolampadius idem quod iam profitemur, sentirent, & nihil aliud, tamen non idem prorsus docuerunt. Non enim ita ferebat contentio, ac, si docuerant, certè magis quod scribebant, illud quam hoc præ se ferebat. Vides enim, mi Bullingere, quam diligenter Zwinglius diuinus uir de Sacramentis libello proprio pertractarit, insinuare uolens, angustius se sentire, quam multis uideretur, & illam à se suspicionem amoliri, & quam angustissima signa Ecclesiæ reddere. Adde quod supra argoei

hinc

huius naturam et ingenium mirabile necessitas alia. Bucerum
maxima in his postremis comitiis circumstitit. Articuli nudi
per Lutherum, ceu Lydius explorandae sententiae nostrae
oblati fuerunt. Sic pars Lutheri volebat, responsum nu-
dum et rectum scilicet. quid μεσίτης? Nudos nec op-
tulit, nec responsum retulit nudum, nudos sciebat nobis non
esse tolerabiles, longum igitur glossema addidit. O falsarium:
Sic non Lutherus iusserat, Addit contra iussum partis alterius
apud alteram, interpretationem, et eam fusam et quantum
fieri potuit, ad sensus nostros alludentem. O ambages ingentes
et nugas. Sed recta si egisset, dudum dissiluissemus, ac nullus
fuisset agendi locus. Itaque cum nos ad articulos ipsius sic
responderemus, ut implicita in nostro responso interpretatio ip-
sius esset, res duae magnae apud Lutherum excusandae
fuerunt, et cur interpretationem permisisset, et cur responsum
aliud quam simplex recepisset. Finge te missum esse Bullin-
gere, quomodo isthic rem utramque excusares? quid diceres?
profecto, Luthere, Respublicae nostrae non ita nos statim au-
diunt, ad deliberationem plebs tota adhibetur, omnia
timent, ne dolo circumveniantur, clamant, nos defectionem
moliri Zwinglii, viri optimi nomen et dulcis memoria
tanta est, ut vel audire aliquem, qui minimum dissen-
tire videatur, pro piaculo sit, diceres certe multa
huiusmodi, ac orares Lutherum, ut imbecillitati ho-
minum consuleret.

Illud autem, quod Vadianus putat, nos nobis praela-
tos, secus habet, si recte locum legas, de populo loqui-
tur, non de Ecclesiasticis, Et noster certe hic populus
saepius audivit de concordia, quam vester. Per caetera
nihil

nihil Epistola habet, quam Encomia gentis et doctorum apud uos plenissima, Et uas beneuolentiam Lutheri uidetis quae si per Bucerum non est, non uideo, quomodo annos totos sex tolerabilis esse Bucerus illi Viro potuerit. Sed ego uos, missis his omnib. per Jesum Christum oro, ut quod praeclarissimi & cordatissimi Viri facitis, faciatis diligenter, ut Sathanae dolis uiribus coniunctis obsistatis. Ego, quod olim etiam feci, si qua in me mica est ueri, pro Bucero nobis spondeo. At ipsum de hac re, certus sis, nihil, tantum cum Myconio communico omnia. Theo, arbitror, ad thermas, ob infirmam ualetudinem, orabis Dominum, ut ne quem meo exemplo offendam. Vale frater in Christo Charissime. Literas quaeso des Argentinensis Vadiano, etiam Theodoro & Leoni, & mihi remittas.

Simon Grynaeus tuus.

Optimo uiro D Joanni Hesso Theologo, Canonico Uratislauiensi suo carissimo patrono

Edita}

Salue frater charissime. Falleris, mi Hesse, si quem putas te mihi chariorem, quem ut primum agnoui ita sum complexus, ut neminem. Neq. n. modium illum philosophorum expectandum censeo in Christiana amicitia, quem illi exedendum arbitrantur priusq. amicum uoces, aut qui cum familiaritas aliqua intercedit tibi. Christianum pectus oia ut in aperto, ut uidear mihi semel te totum nouisse. Quare uelim sic sentias (nihil. n. ἐνδοιαστικῶς scribo sed simpliciter ac uere) uehementer

hementer amari te à nobis: quod studium reipsa olim
declarabimus. Aegre multos iam menses desiderauimus literas
tuas & tabellio, qui has attulit, non plus uno die nobis-
cum fuit, ut commentari de quib. uolebam cum homine non
licuerit; negotium fecit eius festinatio respondendi extempo-
re alienissimo, ita credas, loco. Vt ualeas opto, magis uero op-
tarim ut quocunque modo ualeas, animo sis Christiano uereque
forti. Rudimentum puta Christianae militiae si ualetudo pa-
rum laeta sit. Archetypon Christum habeas quem effinges
omnibus modis; proxime uero effinxeris cruce, imo ut dicam
θεολογικῶς, ἀνταναπληρώσαις τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψε-
ων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί. Moibani tum breui spacio
fieri uix potuit nostri copia; tamen commentatus sum cum homi-
ne τοῖς παιδαγωγοῖς Vulgaribus: Scholae mire cupi-
ens, addi rationem condendi carminis, Rhetoricam, usumque
declamandi quatenus res permittit; Et quia philosophicum
aliquid poscebat, censui ipsi scribendum de natura hominis
de qua nondum uideo quiddam scriptum à nostris homi-
nibus. Animantium, herbarum, Gemmarum, Elementorum,
fluminum, ac uentorum naturas Plinius suppeditat. De
homine nemo quod sciam apte scripsit. Quidam mihi de
anima Cassiodorum impense laudauit, quem nondum ui-
dimus, breui ut spero uisuri. Is si quid habebit dignum
studio, mittam. Ego in obeliscis sententiarum ostendam
quib. locis in natura hominis hallucinati sint Magisterculi
illi Ιεροβόλοι.

Q[uod] obelisci in magg. senten[tiarum].

Gratias

Gratias ago pro muneribus magis autem pro tam amico animo à quo haec proficiscuntur. Mi Hesse nolim putes auctorari animum meum muneribus. Quare parcius donatum uelim, et post hac hoc genus nugas omitte. Aspernarer donum, nisi scirem à candido pectore profectam, nec in hoc missum ut nos tibi obstringas iure ἀντιδώρων ut cum Iurisconsultis loquar, sed ut testeris studium tuum in nos quod certe tibi ex animo beneuolumus.
Callimachum excusum typis uidimus ac legimus: pulchre placet, placet et Sannazarii Carmen, quamquam alicubi sui dissimilis sit. Nec credas quantum gestierim his mihi uersiculis decantatis. Sopor suus humida miscet aequora, sopito conniuent sydera caelo. Atque haec erant quidem quibus ad Epistolam tuam responderemus: Nunc ad tuum Μνημόσυνον responsurus.
Libellus de paupertate Euangelica non est ἐκ τῶν μοδεις. Epistolam Erasmi ad Cardinalem Moguntinum descriptam. et à me recognitam mitto. Mitto item Hussum, et contra Colonienses et Louanienses. Et declamationem meam in Paulum una cum longa epistola tibi inscriptam. Orationem tibi dedicauerat quam cuius officii gratiam legatus quidam Caesarianus intercabit, cui inscribenda fuit oratio, aulae studio, hoc est assentandi gratia. Sic enim sensim et nos Theologi assentari discimus. Oratio duriuscula est et infeliciter excussa. politiorem spero uidebis aliam, eamque solius tuam.
Argumentum Iustificationis, in quo uno uersatur sedulo Paulus nondum digne tractauimus, quamquam nec isto modo quisquam ueterum scriptorum tractauerit. Doctor Martinus hoc tempore occupatior est, quam ut possit enarrare propterea aliquem

aliquem, quamq. futurum sperem, ut parte laborum absoluta,
nisi eum nobis Deus eripiat, impulsus scribat commentarios
in genesim uel in Esaiam. Nam non paulo difficilior est
Genesis Esaia. Id quod iam experiemur, qui in eo fere toti
sumus ac nescio an hoc tempore aliquid assecuturi. Infideles
codices latini, Hebraicis male respondent. Interpretes ita
frigent ut me propemodum pudeat ignauiae nostrae quod omni-
bus artib. expolitis et peruestigatis in his literis cessamus,
quib. nihil salutarius nihil uerius, nihil elegantius, nihil subli-
mius fingi potest. Neq. enim sum in eorum sententia qui cras-
sulas et idioticas putant sacras literas. Crede Hesse
maius aliquid ac sublimius esse quam sit hominum philo-
sophia. Matheum nondum absolui nec est quod annotaciones
seu scholia nostra desideres, Breuius aequo tractabimus Euan-
gelista, magis ... ac praeludentes iustae enar-
rationi. Iam ad obeliscos ac Pauli Romanos accingor.
Obeliscorum opus crescet mire. Nam non, ut ceperam, an-
notaciones; Sed locos communes scripturus sum, de legib.
de peccato, de gratia, de Sacramentis, deq. alijs mysterijs.
Secutus sum Rhetorum consilium, qui locis com. comprehen-
deri artes iubet. Commentarium in Romanos, siue ex-
cudere placuerit siue non ad te mittam diligenter descrip-
tum, in quo philosopheris. Mire uellem de studijs tuis
aliquid scripsisses. In ueteri Testamento multum negotij ti-
bi fieri facile credo, cum tu in nouo uersare, primum
diligenter excutiendo ac meditando. Habes Martini
Galatas, quae sunt Thesei fili vice quod in labyrinthis
harum literarum sequi tuto possis. Habes et quosdam

Au-

Litera sacra.

Augustini libellos, & preter hæc, nihil. Nolo nimium tribuas
Origeni aut q hunc secuti sunt in enarratione sacrorum. Non,
dum certum est medimni Erasmum censuram in Augustinum.
Scripsit in eum futilis quidam Anglus Eduardus, multa odiose
insectatur. In quibusdam e fœdissime lapsus, tn gaudebunt
Sophisticarum harum patroni eam sibi datam calumniandi bo,
narum lrarum principem. Martini conciones conabor sin,
gulis festis dictas adornari, sic ut excudi possint. Insignem
nem interim dum tu abes, locum tractauit de Sacramen,
to Eucharistiæ, quem mitto coactum in capita. Faciet .n.
ad institutum tuum, ipse eundem tractabit copiosa oratio,
ne, : interim nolui te eo carere. Præter hunc et Emanuelem
& Melchisedech et sabbatum tractauit, Emanuelem ex
Versiculis meis intelligis: Nobiscum Deus. tollens peccatum
et confirmans per gratiam. II Melchisedech Rex iustitiæ
est. Iustitiæ rex autor gratiæ est, III Sabbatum est q nra
operari cessat. sed in nobis Christus operatur. Hæc cogita,
tione sequeris. Noui qd sciam nihil est, Rumores vulgi
& probabiles quidem iactantur hic; diræ pontificiæ, qb Mar,
tinus dr deuoueri. Nos oia ingenti aio expectamus, tu
pro nobis ora. Emori malim quam ab hoc uero auelli, tn
si ita fuerit uisum Deo opt. Max: ferendum est
κατθανέειν ut græcus Poeta ait. Parrisini qd facturi sint
nescimus, Ante paucos dies à Parrisijs accepimus, esse ibi
quendam primi nois Theologum qui nras partes & scrip,
to tueatur, cuius et si qua ad nos peruenerint exempla ea tu ui,
debis.

delis. Eckius Romani praefectus Pontificis Maximi suum librum de Romana Tyrannide iudicandum oblaturus est; Vide hois glorias. Scripsit et Lipsiae quidam Minorita contra Martinum de Petri potestate, opinor Lipsensium suffragijs adiutus, quem librum nondum uidimus, nempe quem nondum absoluerunt chalcographi. Iam exuditur hic Martini de bonis operibus nondum absolutus libellus. Item Feltkirchij Licenciati contra Colonien. et Louanienses. Crotus nihil ex Italia respondet. Salutabis hominem ex me amice. Extemporalitatem excusabit tabellio. Vereor ut legere quidam in hac epla uix possis. Verum sarciemus alio tempore si qua haec iactura est. Hadrianus qui Louanij docuit Hebraicas lras conductus est à Principe Friderico. Eccius eplam Gradualdum et Vitigerum Hebraicam, Multis ad uos liguis scribimus, ut quantumuis occupati homines. Vale Animae dimidium meae, et saepe scribe. Die XXIII Aprilis Anno 1520.

Philip. Melanthon tuus.

Suo amiciss. Joanni Hesso Canonico Vratislauiensi Theologo fratri. S.D.

Edita /

Salue mi Hesse. Nimium properamus ut fert occasio: boni consules qd scripsimus. Excusabis nos apud omnes amicos qd non satisfactum est illorum, ut arbitror, uoluntati. quanquam non sunt eiusmodi lrae meae quas illos desiderare putem, hominis adeo ἀγροίκου ut plane mei me pudeat. Habes concionem de Eucharistia, habes Erasmicam ad Cardinalem Epistolam. Saluta D. Meitzler cui per otium scribemus. Scripsit Hadrianus Gradualdo et Vitigero Hebraice,

bruice, Ego græce, inepte forsitan sed tamen officiose. omnia αὐτο-
σχεδίως hoc est ex tempore. Vale mi frater, et sæpe scribe quo
nos excitabis ut sæpe multa mittamus. Nunquam adeo sumus inopes
quin habeamus quod aspernari tamen non debeas. Vale mi frater
iterum. Commenda me amicis omnibus imprimis D. Sauro.
Salutant te pater prior, Joannes Isleben Bacchus noster.

Philippus tuus.

Optimo viro D. Joanni Hesso Theologo
Canonico Vratislaviensi suo charissimo patrono. S. D.

Edita — Salue mi Hesse frater charissime. Cum alias multis ex caussis,
tum hac omnium prima iucundissimæ mihi literæ tuæ fuerant quod
significas aduersum te quosdam Zaduceos facere: suum negotium
agunt miseri homines, deplorandi magis quam insectandi. Tu vero,
de re non gratus sis Deo opt. Max. qui te tam suauiter
exercet. Professionis tuæ nomen tuere. Christianus es. Christi
doctrinam fac adseras, vel portis inferorum repugnantibus. Nos
quod ad Dominus spiritum suum suppeditarit nobis pro virili Christi-
anas literas asseremus. Nondum deuota diris est Viteberga,
et res ex urbe Roma quietæ nunciantur, nisi quod Syluester
Prierias, contra Martinum edidit suæ disputationis indicem,
ni fallor ut hominem ὀρθοδοξώτερος terreat. Videbis cum
hic excussus fuerit libellus. Inuitat ultro Martinum Fran-
ciscus Sickingen Equitum Germaniæ rarum decus. Hutt-
enus ad Ferdinandum Caroli fratrem proficiscitur, etiam
facturus Veritati per maximos principes. Quid non spe-
remus uero. Mitto Apologiam qua Franciscano Monacho
responsum est, à Feltkirchio meo: eam dabis legendam
amicis. Mitto et optimum Martini opusculum de fide ac
bonis

bonis operib. quod leges, ut illis omnia soles, cum uoluptate.
Crotus huc ad te scripsit, item ad Martinum. Nostrae ad illum lite-
rae in Italiam mittuntur, cum ipse iam iter in Germaniam inten-
disset. De loco apud Paulum Martinus respondet. Cuius .n. Mar-
tino aptius respondeat, quo ad Pauli Spiritum nemo quod sciam
omnium scriptorum Graecorum et Latinorum propius accessit. Ago
gratiam pro Callimachi disceptatione; amoena est enim. D.
Sauro Clariss. Viro me unice commendabis, salutabisque optimum
et doctissimum virum meo nomine. Item Granualdum et Vit-
gerum. Nos tui sumus. Vale mi frater. plura non licebat per
nuncium scribere Octaua Junij M.D.XX Dominus tecum
sit operaturo sacris. Mitto festiuam Crotj epistolam ad Mar-
tinum; recognosci a me non potuit hoc tempore.

Tuus Philippus.

Candidissimo Viro Joanni Hesso Canonico Vra- edita
tislauiensi Theologo patrono suo. S.

Salue Hesse iucundissime, silentium tuum ut ferant alij
forsitan ex ipso Dominico, ex D. Martini literis intelliges.
Ego, ne dubita, amice, hoc est, aegerrime fero. Quamquam si fe-
licius sis occupatus, quam est ad amicorum nugas uacare, no-
lim nugando infeliciter te bonas horas perdere. Nihil est
quod uereamur ne, iuxta Aristotelicum illud, λόγων φιλίαν ἀπο-
σιγοείᾳ. Aristotelica est ea amicitia, quae nihili rebus, char-
tis scilicet alenda est. Non Christiana quam idem semper ἀπεξ-
ευρέτους conciliat Spiritus. Habes credo quae respondi-
mus tum D. Martinus, tum ego ad proximas literas
tuas, quas per Sacerdotem miseras, Ego per quem re-

lata

lata sint ad te Tua ἀντιγράμματα ignoro. Fefellit n. Sacerdos nos. Copiose credo de omnibus tum scriptum de quibus tu volebas. Novi quod sciam nunc nihil est: adhuc, deo gratia, spirat Martinus; tu ora ut quam-diutiss. Spirat ille unicus θεολογίας διδασκαλίας vindex. Ante paucos dies scripsit ad Illustrissimum Principem Card. S. Georgii agens prece ac minis ut coherceatur Martinus. Respondit illi Princeps acute, pro in-genio suo. Nosti igitur τὸν ὀδόντα. Exempla nunc non erant ad manum. Vide quam callide abs te literas extor-quere coner. Nos egregie cessamus quamquam semper occupatiss. nugando. Mitto propositiones nostras. Noster Isleben Uxorem duxit: Ellam, si nosti, eam cuius sororem habet Scriba civitatis Vitenbergensis. Parturire nos quoque vulgo aiunt cum nunquam magis frixerimus. Illi tu bene ominabere. Vale.

Philippus tuus.

Optimo viro D. Joanni Hesso Canonico Vra-tislaviensi Nyssae Theologo fratri suo ὁμοψύχῳ.

Edita }

Salve animae dimidium meae. Irascor civibus tuis, per quos non licuit plura scribere. Tabellioni properandum fuit, et priusquam ego omnia quae destinaveram apparassem, iam Viteberga disce-debat. Noli nobis imputare si quid officio deesse videbitur. Captabo occasionem scribendi alio ad vos tempore copiosiss. Ex-cusabis nos apud amicos, imprimis apud Dominum Saurum, quod eloquentiss. viro pro dignitate non respondeo. Vale. Va-le atque iterum Vale felicissime.

Philippus.

Alia ad Hessum

S. D. Quid in causa sit, quo minus scribas ad hoc tempore
non video, nisi forte, quod id per causam pontificiam tibi licere
non putas. Quod si verum est, ubi, Hesse, Christianus ille spiri-
tus? Ubi pristinum animi tui robur, qui cum scias Lutherum a
pietate stare et a vero, mussas tu. Dominicus meus Lypsiam
concessit in tutum; cuius exemplum si deterruit animum tuum a
nobis, duplici nomine illi irascar. Quamquam haud scio an illum
aliae rationes etiam invitarint Lypsiam. Adhuc autem et spi-
rat et floret Martinus, ipso etiam indignante et frem ente
Leone, quem hactenus falso putabant omnia posse. Bullam
Eccianam apud nos nemo probat, praeter eos, qui ventri
suo potius quam Evangelio consultum volunt. Certe nobis
ab ea, nihil prorsus hactenus est periculi, etiamsi tonantibus
et promulgantibus illam Episcopis. Quamquam utinam scias quam
trepide isti agant pontificis mandatum, nempe qui inter sacrum
et saxum sibi stare videantur. Hinc iudicium orbis terra-
rum, hinc pontificiam iram metuentes. Sed haec apud mul-
tos valuit, qui maluere palam esse mali, quam videri parum
religiosae Sanctitatis pontificiae creaturae. In Vangionum
Comitiis quamquam non dubito quin scias quid agatur, tamen vi-
sum est paucis indicare hostium consilia. Quotidie interpella-
tur Caesar ut interdicto suo proscribat Lutherum; deliberatur,
disceptatur magna contentione. Perissemus si possent
Papistae quae eis ira suggerit. Dolent diras pontifici-
as parum valuisse. Caesarianas sperant valituras, itaque
has quam iure quamque iniuria e manibus extorquere Carolo co-
nantur.

conatur. Sed ut spero frustra. Nihil timet Martinus
qui libenter etiam morte sua Evangelii gloriam et profectum
emerit. Assertionem adversus Bullam Leonis fortassis le-
gisti, quid autem ubi videris Germanicam? Nam eadem
lingua vulgi scribuntur. De me si quid scire vis, Uxorem
duxi: quem casum fatis magis imputo, quam hominum consiliis,
fero novam servitutem, utcunque: mentiar, si quid durius passus
fuero. Sed haec θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. Quis novit au-
tem divina consilia? Nam ita me consolor. quod si mihi
fuit luenda vitiorum meorum poena? prob quam haec blanda
animadversio est, planeque paterna. Interim a studiis non
ita multum, mihi ab animo plusculum periit. Pauli Ro-
manos adhuc enarro, nunc tractans caput X. Methodum
quam pollicitus sum in hanc aestatem, ut spero, edam.
Nunc scribo contra Thomae Radini libellum; nos Emseri esse
putamus. Martinus coepit commentarios scribere in Evangelium
et Epistolas, quae pro Ecclesiae consuetudine diebus festis legun-
tur: exemplum secutus eorum qui postillas conscripserunt. Emse-
ri Germanicum libellum fortasse vidisti: huic modo respon-
det noster. Sed de causa deque rebus Vitebergae intelliges
ex hoc tabellione, homine et erudito et facundo. Nam
ego vel prolixa oratione complecti omnia non queam, quid
Caesar, quid Episcopi, quid Principes quid eruditi in
hac causa moliantur. Nihil tuis literis impensius ardeo
videre, vehementer enim metuo ne parum tui similis sis.
Quin consiste, et memineris non posse Evangelium Roma-
nae impietati probari. Impegerunt in Christum tum cum
ipse in terris ageret, feliciori tempore, tam multi et
in

Philippus novus maritus.

in his quot Nicodemi? Quot Gamalieles? Quot Sauli?
Quid nos in infoelicis. seculo non formidem? An defuturos
speram Judam, Caipham, Pilatum, Herodem. Adversum ta
les animum tuum Euangelio armes velim & obdures. Vale
chariss. frater. Die Mercurij post primam Quadrages. Domi.
Anno XXI Salutat te Martinus. Philippus tuus.

Alia Epistola ad Hessum.

Edita

Quid esse causae suspicer Hesse quod tot iam menses ne
literam quidem mittas? opto ut salvae sint res tuae. Nos
hic satis belle habemus, praeterquam quod Franciscus à Sickigen
magna invidia causam Lutheri degravat. Qui, quamquam ab
hoc alienissimus sit, tamen ubi bellum suscepit, statim ni-
deri voluit publicam causam non suam agere. Nunc la-
trocinium foedissimum ad Rhenum exercet. quo si tu scandalo
uteris, nihil moror, Nam utuntur innumeri. Sed tum
aequum est te cogitare quod Christus inquit. Beatum esse
qui in se non fuerit Scandalizatus. De fide doctrinae deque
integritate Lutheri noli quicquam dubitare. Scio quam do-
leat ei hic tumultus et durior meruimus. quare vide
forti & constanti animo sis, nec patiare te à Christo ullis in-
sidijs Satanae divelli. Ambrosius Moibanus cupit ut se
diligenter commendes D. Nicolao Leubelio patrono suo.
Qua in re non illi tantum, sed mihi quoque gratum officium
feceris. Neque enim credas quam velim optime consultum
Moibano. Meretur enim hominis virtus, eruditio, amplissima
quaeque. Proinde mihi iudicabo te defuisse, si quam
in re illi defueris. Literas tuas anxie desidero.

Vale

Moibanus"

Vale Vitenbergae Cal. Januarij Anno XXIII. Lutherus Dei benignitate recte ualet. Saluta Nigrum elegantiss. poetam, et Trogerum meo nomine, amicos iucundissimos.

Joanni Hesso Canonico Vratislauiensi et Nissae Theologo patrono suo S. D. Philippus tuus.

Edita } Charissime mi frater. Ex nuntio de patre nostro Doctore Martino omnia intelliges; ad Vangiones profectus est. Deus faxit ut feliciter. Quae a nobis petis breui mittemus. Nunc enim per tantas occupationes uix haec licuit scribere. De fide tua nihil dubitabam sed iocabar tecum, quamquam optarim tibi plus audaciae. Nos Thomae pla: respondimus, principio arbitrati Emserum autorem. Nunc nihilominus dubitamus de autore. Nuncius affert responsionem ad Emseri libellum. Mea methodus nunc excuditur. Ideo mittemus autorem quam scripta quondam fuerit. Dominus augeat te spiritu suo. Vale Vitebergae. Gratias ago pro munere. Quamquam quid cum Coclearij hoc theologo? Sed gratum est quicquid a te proficiscitur. Scribemus ut spero sub has nundinas copiose. Modo enim non possumus.

Φίλιππος.

Doctori Joanni Hesso Canonico Vratislauiensi

Edita } Neque ocij multum erat cum hic iuuenis pararet abitionem, neque dubitabam quin ipse expositurus esset copiose omnia tibi nostra, quam ego uel longa epistola possem. Haec in causa fuere cur breuius hoc tempore ad te scripserim. Quamquam non opinor tibi parum adeo frontis esse, ut longiores a nobis

nobis petas, qui toto hoc Semestri plane mutus. De Missa, deque
alijs quae sub ipsam pascha rogaras per literas, tum satis co-
piose respondimus et noster ille et ego. Videbaris mihi nimis
anxie et superstitiose metuere, ne quid in Ceremonia se-
cus fieret ac debet. Tu uero nescis quibus dictum sit
Omnia munda mundis, et, Regnum Dei intra nos est. Sic
ineptierunt et Bohemi et insaniunt plerique e Schola nostra
ubi alio uenerint: quiritantes continuo de mutandis Ce-
remonijs: cur ? ὡς πνευματος δικαιοσυνην ne attin-
gunt quidem. Deum immortalem quam prudenter sanci-
tum est: μη νεοφυτον. Sed hoc tibi dici nesciunt nos-
tri. Vale.

Suo charissimo Joanni Hesso Nurn-
bergensi theologo Vratislaviensi Ca-
nonico.

Quod rarius ad te, mi Hesse, scribo quam tu uelis for-
tasse, quamquam occupationes meas causari καὶ μαλα ευλο-
γεως possem, tamen agnoscere quam deprecari culpam malo.
Posset enim alicubi fortasse publicis negotijs tantillum scriben-
dae epistolae detrahi, quo tibi satisfieret. Sed ego quodam
impetu, quadam mole rerum uehor non aliter atque in undis
nauigia, ut saepe mihi ne quod uelim quidem detur. Bo-
ni consules necessitatem meam. Noster Heinus adhuc abest
a nobis: expectatur autem et speratur. quid enim aliud dicam?
Me desiderium eius excruciat misere. Quamquam ille interea
rum ut nihil cessant a sua functione. Tua ἀπόδειξιν decla-
rat ἀκριβολογίας, item Confessio, et pleraque quae sunt
interim edita, Non enim dubito quin ad te mittantur, et

ego

ego huic adolescenti de quo institui scribere ut mitteret mandaui. Est autem quod volo: Adolescens quidam Joannes Piscator ingenio tractabili, eruditione in utraque lingua plus quam mediocri, moribus omnino dextris, petit a me ut se tibi per literas ita commendem, ut si qua ratione commode apud uos Vuratislauiae Victum quaerere sibi possit, aut aliqua alia honesta ratione, eum adiuues: Hunc σάγχαλυς nosti prophe[t]icam uocem; tibi commendo. Quidquid est fac sciat ille sub proximas Lypsicas Nundinas hoc est Calend. Januarias, quid sperare debeat. Adulaturus non est ad uos si fortuna inuitarit, mihi pergratam rem feceris, si pium iuuenem, qua potes opera iuueris. Nondum respondi tibi de tuis ... Inμαοj. quamquam credo interim ipse explicuisti, praesertim ea quae ex Thobia decerpseras, non admodum obscuros aut magni momenti locos. Vale Viteberga sub multam noctem pridie Cal. Octobris 1521. Mihi scribe si quid illi tuae [opera]m voles.

Philippus.

Doctori Joanni Hesso Theologo aulae Illus. Principis Caroli Ducis Silesiae.

Edita } Quod securitati tuae consuluisti laudo prudentiam, tametsi meminisse debebas fortiorem esse qui in nobis est, eo quam in mundo est. Nunc reliquum est, ut apud eos agas rem Euangelii ad quos te contulisti Nam, ut scias, Mundus sunt non Sacerdotes modo, sed et hi qui arma gerunt. Quae de Missa scribis, sic moderere uelim, ut Apostoli qui conuiuebant annos circiter triginta, ad imbecillitatem eorum qui ex Judaeis crediderant. Obserua ritus omnes quorum nunc usus est, Nam ut Paulus ait. Circumcisio nihil est. Excidisti libertate

spiritus

ritus si putas peccari nisi ieiunes parasceue. Sed et excidisti eadem libertate si putas peccari nisi edas in parasceue. Sic hodie fere aut ad dextram aut ad sinistram peccatur. Rari regia uia quam requirit Scriptura ingrediuntur. Quod de Missa scribo, seruandum est in omnibus aliis ritibus. Furor est non pietas nolle infirmitati cedere aliorum, hac parte obsecundare. Habes XIIII et XV Roma. de infirmis fouendis, Locum de conuertendis religiis Iudeorum in mea commentatione data opera transilii. quamquam futurum opinor ut nouiss. tempore huc mihi redituri sint in uiam. Vale Viteberge die nunciate Salutis

Philippus tuus

Doctori Joanni Hesso Theologo Vuartislauiae docenti Euangelium

Mi Hesse: εὐτυχῶς XΣ tibi fortunet. Mosellanum heri amisimus: magnam eius morte iacturam res literaria fecit. Fuerant enim in illo dotes plane eximiae. Accipio inter Nigrum et Trogerum simultatem quandam intercedere, quos tuum munus erat conciliare inter se; neque enim non potest obesse rei literariae id dissidium. Contende igitur manibus ac pedibus ut illos places. Nil refert unde ortum sit malum: Optarem Trogerum cedere Nigro, a quo uincitur citra controuersiam facultate ingenii. Sed nolo rem exacerbare. Nigrum oportuit ferre alterius mores. Haec tu praesens multo rectius monebis. Nam has literas nolo ostendi Trogero ipsi scripsi ad eum liberius fortassis quam uellet. Vale Lipsiae in Nundinis

Philippus

edita

Dno Joanni Hesso Euangelistae Vratisla-
uiensi

Edita
p. 344.

Gratularer, tibi mandatam esse οἰκονομίαν Ecclesiasticam, nisi intelligerem prouinciam te gerere plenam periculi. Eoque re magis adhortor ut cum alias artes Satanae caueas, tum potissimum excubes ne te furor multitudinis et plausus uulgi, qui iam aliquot, me spectante, concionatores fefellit, euertat. Mihi crede nihil est difficilius quam multitudinis studium uincere. Spero aut adfuturum tibi Dominum qui guber-net te suo spiritu ὑπ᾽ ὀδηγῶν. De studiis fratris tui scri-bet eius praeceptor. Ego nuper cum recenserem Scholasti-cos iniunxi, ut epistolam mihi scriberet, periculum de eius ingenio et studiis facturo. Fecit adolescens, ut probabilem ingenio et studiis facturo. Fecit adolescens, et probabilem scripsit: eram missurus si superesset adhuc. Haec ideo scribo ut tu eum cohorteris ut strenue pergat, nec putes perdere impensam et operam. Nos tui sumus: ἔρρωσο die XVIII Nouembris

Φίλιππος.

Joanni Hesso Theologo Vratislauiensi
Ecclesiae οἰκονόμῳ S. D.

Edita
p. 335.

Scripsi nuper ad te rogans ut meminisse uelis quam sis pe-riculoso loco. Magna res est quam suscepisti et conscientias plurimas refert, Vide ne imbecilles robore tuo offendas. Ego aliud non possum nisi ut precor ut Christus per te glorificet Euangelium suum. Amen. Est mihi priuatim tua ope-ra opus. Missus est ad me ab amico Viro optimo Stal-bergio Francofordensi eius opulento filius, qui aut Lip-sie

siæ aut Vratislauiæ mercatori commendetur apud quem seruiat: Sic solent illi ut audio: Lypsiæ neminem inueni cui obtruderem. Te per amicitiam rogo cures puero herum apud uos, eaq. de re primo quoq. ad me tempore scribito. Differri commode res non potest. Obsecro mi Hesse declares in hac re quantum mihi cupias gratificari. Ego te nunq. in eo amicorum numero habui, qui multa pollicentur: cum ad rem uentum est Comica illa audias quis tu es mihi? Quod meum de te iudicium, si fefelleris ipse intelliges, ut de me merere. Frater tuus recte discit. Id adeo mihi credas, experto, quid in literis possit. Vale feliciter, et da operam ut primo quoque tempore conficiatur id quod postulaui. Dominica post Calen. Januarias Anno M·D·XXIIII. Jam uero ut bono Viro commendetur effice, ne quid fraudum addiscat iuuenile ingenium.

Viro optimo D. Joanni Hesso Philippus.
Euangelium pure ac fideliter docenti apud Sarmatas Vratislauiæ amico suo summo S.D.

Curionem semper propter singularem doctrinam in Vniuersa philosophia et summum candorem feci plurimi. Quare cum iter ad uos haberet duxi eum tibi commendandum esse. Spero te talem Virum propter excellentem Virtutem ultro complexurum esse. peto tamen abs te pro nostra amicitia, ut eum etiam nostra causa

Edita 3,174.

causa amanter excipias, et diligenter adiuues in his negotiis
quorum causa proficiscitur. Scio optime collocari in eo benefici-
um. Atque idem tu iudicabis cum hominem familiarius nosse ce-
peris. Quidquid in eum uel studii uel beneficiorum contuleris,
putabo in me ipsum collatum esse. Valde enim uolo eius di-
gnitati et commodis consultum. Romanos meos haud du-
bie iam uidisti in quibus Pauli causam exposui diligenter.
Sed tuum iudicium requiro. Bene uale, Die Lucae Ao
1532. Philippus Melanthon

Viro optimo D. Joanni Hesso docenti
Euangelium Vratislauiae magna pie-
tate et constantia suo amico

Edita p. 357.

SD. Hic bonus vir Heinrich Ottinger Chalcographus est,
audiuit expeti officinam χαλκογραφικήν in urbe uestra,
id quoque modo se habet, te rogo ut eum adiuues pro
tua summa humanitate erga bonos et pauperes. Nam
hic vir bonus est et tenuior quam ut certare cum locuple-
tioribus officinis in Madeburgk ubi hactenus degit, possit.
Scis enim officinas tenuiores a locupletioribus opprimi: Ama-
bo te adiuues hominem quantum poteris. De Synodo
Scripsi nuper ad Ambrosium. Plena minarum postula-
ta sunt, ut promittant se Principes approbaturos esse
Synodi sententiam, et coacturos armis ad officium si
qui dissentirent. Parrisiis Beda Natalis urbe pulsus
est,

est, cum alijs quibusdam sycophantis, qui aduersus quendam Gerardum furiose uociferati sunt, ac seditiose quidem. Nunc Gerardus libere docet Euangelium in ipsa Lutetia. Haec certa sunt et mihi ex Parrisijs ab optimis Viris diligenter perscripta. Bene vale.

Philippus Melanthon

Viro optimo Joanni Hesso Vratislauiae amico suo.

Edita p. 339.

S. D. Subsisterunt hic biduum duo Poloni ex Italia in patriam redeuntes, quorum alter magis iuris ciuilis deditus uidetur, alter nostrae Philosophiae, quam scio te quoque amare, perstudiosus; coniungit enim eloquentiae studia cum ueterum peripateticorum doctrina. Doctori Lasaro Bonamico ne mihi uel praecipue his studijs dignus uisus est. Tanta est ingenij ac morum suauitas. Quare magnam uoluptatem ex hoc congressu nostro caepi. Rogauerunt autem me discessuri ut sibi literas ad amicos Vuratislauienses darem. Ego uero ita eis praedicaui et tuam et Mecleri humanitatem, ut plane accenderim uestri studio atque amore [illegible] has ad te literas, ut adeundi atque compellandi tui occasionem haberent teque uterentur in cetera ad Meclerum, et si quos alios putabis adeundos; Saurum uidelicet aut certe Henckelum. Etsi scio te pro tua summa humanitate tales hospites excepturum esse officiosissime, tamen ut mea causa aliquid addas studij, ad ea officia quae in eos collaturus es tua sponte, te etiam atque etiam oro.

Scio

Scio mihi gratiam habebis quod facultatem tibi dederim cognoscendi huius iuuenis quo ego ex ista natione nihil uidi amabilius. Amabis igitur et ut homerice dicam φιλώσεις cum et humanitatis ipsius et mea causa. In Germania nihil est noui praeter tumultus Erfordienses. Noster ἄρχων cum Erfordianis de nescio quibus nugis, de iure fructuli quodam contendit, ac uereor nisi Christus prohibeat eam rem parituram esse magnus motus ἀλλὰ ταῦτα θεοῦ ἐν γούνασι. Meo celerum salutabis reuerenter meis uerbis et Henekelium cuius meo nomine etiam hos hospites commendabis. Bene Vale 1533. postridie Elisabethae optimae Turingorum Dominae.

Salutant te amici. Φίλιππος

Viro optimo D. Joanni Hesso Docenti Euangelium Vratislauiae amico suo praecipuo.

Edita 5 p. 337.

Et ego te, mi Hesse, oro ut boni consulas quod in hoc uulgari officio scribendi, non satis sedulus sum. Impedior enim non solum ut scis occupationibus, sed etiam curis miserrimis quae meum animum perpetua quadam carnificina exercent. Quis enim potest aequo animo has Ecclesiarum disputationes, et τῶν διδασκάλων στάσιν uidere. Caeterum te sic amo mi Hesse ut te facile inter praecipuos amicos ponam. Hoc uolo his meis literis testatum esse. Literae de paedagogo τοῦ παλαιάρχου missae mihi fuerunt e Lypsia, itaque mox egi cum nonnullis quorum tamen expectare neminem nuncius properans potuit. Verum efficiam Deo uolente, ut breui aliquis idoneus homo proficiscatur. Tuam ea in

in re fidem sequor ipse, et sequi iubebo quemcunq misero. Expectabis igr aliquem a me breui ad te istuc uenturum. De reb. germanicis qd scribam nihil habeo: quidem tranquillitas qdē adhuc est. Sed restitutio Ducis Wirtenbergensis, ut ego quidem suspicor, breui magnos motus pariet. Quod si fiet etiam eo eas τὰ ἐκκλησιαστικὰ pertinebit res. Nondum habeo quicq certi: Sed diuinationes meas nosti; breui erit mirabilis eorum facies. Bene vale Dominica Reminiscere. Φίλιππος.

Viro optimo Joanni Hesso Doctori Theologiæ docenti Euangelium Vratislauiæ suo amico summo.

Quod faustum felixq. sit, mitto ad te adolescentem Sebastianum Delicianum quem iudicaui idoneum esse ad docendos pueros illos ὁμωνύμους τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς. Est. n. præditus ingenio placidissimo, et modestis morib. et eruditione satis magna pro ea ætate. Misnensis est, cuius gentis linguam et ingenia cum Slesiacis maxime conuenire iudico. Tribuo aut utrisq. plus humanitatis, quam Vicinis nostris saxonib., quos plane arbitror posteritatem esse Pyrrhæ et Deucalionis ortam è Saxis. Est autem adolescens meam fidem secutus in hac conditione suscipienda. Nihil certi sum ei pollicitus, sed iussi eum totam rem fidei et humanitati tuæ committere. Curabis igr ut et uictum habeat et præterea aliquid mercedis. Neminem tam procul mitterem ad incertam conditionem nisi tua hoc fretus humanitate summa facerem. Habebat hic conditionem

Edita?

Saxones

tionem ~~[illegible]~~ satis commodam. Ego ego autor fui ei praeferendae Vratislauiae ac uestrae Consuetudinis, huic ali-oqui non aspernandae conditioni. Totam rem tuae fidei et humanitati, mi Hesse, commendo. Quare dabis operam ne adolescens existimet se a me deceptum esse, aut frustra me tibi tantum humanitatis tribuere. Quid geratur in nostra germania perscriberem tibi copiosius si quid haberem explo-rati. Monasterium in Vestualis sui obsidione premi, Tenetur enim ab Anabaptistis qui inde cives saniores eiecerunt. Mul-ti suspicantur Hessum et Bauaros moliri restitutionem Du-cis Wirtebergii. Sed adhuc quidem nihil moueri audio. Heri ex Francofordia literas accepi, quae tu nondum habe-bant quicquam certius quam quod modo narraui. Mitto tibi Buceri et Carolostadii quas resignaui. Nam Bucerus mihi peramicus est. Nec ego odiose rixor cum eo. Be-ne Vale postridie pascatos 1534.

Philippus.

Clarissimo et optimo uiro D. Joanni Hesso Doctori Theologiae Euangelium in Eccla Vra-tislauiensi summa pietate docenti, amico Charissimo.

Edita

S.D. Quod interdum nobis aliquid "de Pannonicis reb. ualde delector officio tuo, tibique gratiam habeo. Cuius enim non do-leat illud regnum quod tanquam vallum Christianarum genti-um diu fuisse constat domestico scelere, et priuata ambi-tione iam dilaceratum. Quare oremus Deum ut regum mentes flectat ac communem salutem et pacem Pannoniae restituat. De puero Isaacio ideo tardius rescribo, quia

"Commemoras,

NB.

uaria

uarie experiri eius ingenium antea uolui. Cum huc uenisset scripsi ei ordinem studiorum, flagitanti et inspexi ipse interdum eius Scripta, et audiui quid disceret. Sed contubernalis qui ei additus est querebatur puerum admodum contumacem esse, mihique facile fidem faciebat. Tanta enim fuit pertinacia, ut cum non libebat respondere, staret mutus uelut truncus, non metu aut imbecillitate animi, sed mera pertinacia. Itaque à me seuere [illegible] castigatus est. Inii deinde hanc rationem ut accederet unum ex Magistris in collegio, qui honestorum hominum liberos aequales praeterea docet. Est autem singularis in Magistro comitas et dexteritas, ut ingenium freni impatiens arte regat. Itaque huic obtemperat et sic satis proficit. Verum contubernalem suum leuiter curat. Est omnino natura pueri, ut uox, gestus, frons testantur Mauortia et non ualde amans literarum. Quare etsi puerum imbui literis et flecti ac circumagi aliquantulum disciplina hac mitiore prodest, tamen arbitror patri deliberandum aliquando de transferendo hoc filio ad aliam quandam honestam uiuendi rationem, qua de re iterum tamen scribam.

Spectaui pueri Genesin; uelim igitur certa mihi significari diem et horam natiuitatis. Habes meum consilium quod bona fide scripsi. Id patri expones. Commemorabis autem hactenus puerum profecisse mediocriter. Reuocaui enim eum ad Grammatices praecepta et adegi ad scribendum. Disces etiam turpitudinem nullam in moribus esse. Hae laudes uerae sunt et sunt exponendae patri ne grauius

uiq aliquid suspicetur. Nihil .n. reprehendo nisi feroci-
am, quae ut ego quidem arbitror non à prauitate aliqua natu-
rae oritur, Sed ingenium est Achilleum. Interrogaui an ma-
lit aliud genus uitae amplecti. Sed ipse affirmat se malle
in literis uersari, quod mihi nondum persuadet. Sed tamen
Cicuran literis naturam prodest, ut de Alexandri ingenio Phi-
lippus pater dicebat. Habes omnia quae de Isaacio hoc
quidem tempore scribi possunt. Sed expecto genesim. Item
indicta est Synodus, Vocati omnes Reges & Principes Christi-
ani nominis Vormaciam. Inter Gallum & Caesarem nondum
pax perfici potuit & homines periti non magnam spem
habent pacis. inter hos duos Monarchas. Bene uale
Nonis Februarij 1538. P. M.

Responsio ad Oratorem Gallicum

Anno 1535 P. M.

= Non edit.

Generose & Magnifice Domine. Illustrissimi Principes &
reliqui ordines confoederati in causa religionis iusserunt me
ad orationem uestram haec respondere. Ac principio pe-
tunt ut moram condonetis caeteris ipsorum occupationibus. quod
autem potentissimus Rex Franciae misit ad ipsos Magnificen-
tiam uestram, cum uirtute praestantem, tum excellentem
dignitate; & maximarum rerum curam se suscipere significat,
grata est eis uoluntas potentissimi Regis, erga ipsos,
et probant studium erga relligionem Christianam dignis-
simum tanto principe. Erat autem in oratione uestra prin-
cipio purgatio, in qua commemorastis quibus de causis sup-
plicium

plicium in Gallijs sumptum sit, de quibusdam qui existimantur
propter religionem rapti ad supplicia. Et exposuisses eos longe
alia sensisse, quam nostri sentiunt, ac praeterea conspiratione quan-
dam rem seditiose egisse. Etsi autem de supplicijs illis sparsi
sunt varij rumores, tamen Illustrissimi Principes, et foederati re-
liqui, non sumunt sibi iudicium de potentissimi regis consilio.
Nam et ipsi sentiunt iis coercendos esse phanaticos spiritus,
qui impia dogmata serunt et persecutiones excitant, et
iis invadunt alios. Posteaquam enim motae sunt controversiae
de religione, praebet publica discordia, ut fit, locum etiam
interdum malis. Sed quoniam dissimilitudo magna est, eorum
qui dissentiunt ab usitatis opinionibus, orant illustrissimi Prin-
cipes, et reliqui foederati, ne potentissimus Rex morem
gerat indoctorum quorundam crudelitati, qui sine discrimine
in bonos et malos saeviunt, sed parcat iis qui veteres abu-
sus recte reprehendunt, et amplectuntur puram Evangelij
doctrinam, quam et ipsi in conventu Augustano con-
fessi sunt. Constat enim in Ecclesiam irrepsisse impias opiniones,
quae habent opus emendatione, quas tamen indocti et mali
mordicus tenent, propter avaritiam et ambitionem. Qua-
re cum acerbissimis odijs persequantur pios recte sentientes
student eos opprimere circumventos falsis criminibus et
varijs artificijs regum animos incendunt atque armant
adversus eos. Cum autem praecipue summos reges de-

ceat

ceat cura ornandæ gloriæ Dej, repurgandæ Ecclesiæ, & prohibendæ iniustæ seruitutis, maxime orant Illustrissimi Principes & foederati reliqui, ut potentissimus ~~amplectatur~~ ut verus nodis Eccl^{ae} Christi consulat, et gloriam Dei ornet, & iniustam seruitium prohibeat. Quod cum faciet iudicabunt illustrissimi principes & reliqui foederati erga ipsos etiam melius affectum esse potentissimum regem, cuius amicitiam præsidio esse ipsis & Ecclesiæ Christi optant. Reliqua pars orationis de ueteris utriusque nationis conuentione & necessitudine & multis officijs Serenissimi regis Galliarum & Principum Germaniæ fuit iucundissima Illustrissimis Principib. & foederatis. Agunt itaque gratias potentissimo Regi, quod se hanc necessitudinem conseruaturum esse ostendit, ac uicissim pollicentur se omnib. officijs eam uelle tuerj.
Et quod Magnificentia uestra potentissimum regem purgauit de quibusdam insimulationibus, quib. ab aduersarijs Regiæ suæ dignitatis, immerito grauaretur, de ijs facile excusatum habent Regiam dignitatem, & optant ut Deus opt. Max. cum concordiam et amicitiam inter omnes Christianos Principes, tum libertatem Principum & potentatuum Germaniæ ipsorum sanguine partam, pro sua bonitate conseruet. Cetera quæ dicta sunt de dissensionibus in Religione hunt [?] opus longa oratione; sed illustrissimi Principes & foederatj sperant potentissimum Regem pro sua excellenti sapientia satis intelligere, quod iniusta aduersariorum pertinacia harum discordiarum causa sit. Debebant enim credere Verbo Dej, ut deinde posset restituj concordia. Sæpe
iam

iam petierunt foederati, ut haec doctrina quam adversarij obsti=
natis animis damnant, legittime in libera et pia Synodo
ex verbo Dei diiudicaretur. Sed ambitio atq. avaritia tum
Pontificum, tum etiam aliorum hactenus prohibuit, quo minus
pia et libera Synodus haberi potuerit. Pontifex Clemens
inseruit articulos de concilio, qb. palam ostendebat se liberam
Synodum non posse ferre. Nunc Pontifex Paulus etsi pro=
mittat Synodum, tn̄ fugit de forma cognitionis nunc esse
agendum, et decrevit eam in Italia habere. Satis aut intel=
ligi pt nihil nisi insidias esse, et hoc agi ut per speciem Sy=
nodi vera doctrina opprimatur. Cum autem praesertim in
causis fidei, Non ad solum pontificem Romanum pertineat,
iudicare Synodum et habere suo arbitrio, sed consensus etiam
xigrate Regum et Principum, magnopere orant Illustrissi=
mi Principes et potentissimus Rex Franciae, pro sua au=
toritate contendat, ne loco iniquo, et periculoso, ne vio=
lenta Synodus habeatur, sed ut res maxime ad salutem
et tranquillitatem Ecclesiae pertinentes libere et legittime
cognoscantur, et ex verbo Dei diiudicentur. Illud erit
Christianissimi Regis officium, quo praeclare et de uni=
versa Ecclesia et de tota posteritate mereri poterit.
Talem Synodum semper flagitaverunt Illustrissimi Prin=
cipes et foederati, et ostenderunt se non defuturos
esse com̄ utilitati, Ecclesiae Concordiae et tranquil=
litati. Quare satis intelligi potest iniustam adversa=
riorum pertinaciam causam esse publicae discordiae. Quod

aut

autem potentissimus Rex Franciæ offert suam operam ad restituendam concordiam, collaudant illustrissimi Principes & fœderati voluntatem potentissimi Regis. Et quoniam mentio facta est; consultum videri, ut aut mittantur eruditi homines in Galliam, cum quib. de Doctrina & de modo concordiæ deliberetur, aut ut conventus indicatur in Germania, in quem ex Gallia mittantur ad eam rem viri docti, hac tanta de re iusserunt respondere. Hæc deliberatio omnium gravissima est, Ideoq. non potuit esse subita, nec sunt mandata Oratores fœderatorum hac tanta de re respondere. Quare ita decretum est, ut de hac legatione vestra singuli Dominos suos reddant certiores, cum domum redierint & ad Illustriss. principem suas deliberationes perscribant, quæ deinde communes literas ad potentiss. Regem Franciæ daturi sunt, quas ad Magnificentiam vestram mitti curabunt. Nihil enim optatius accidere potest Principib. & fœderatis, quam ut latissime propagetur pia Doctrina, et multarum gentium concordia veris & honestis rationib. ita constituatur, ne obruatur vera doctrina aut caligo aliqua reb. necessariis, quas extare oportet, inducatur prætextu aliquo. Nam consensus nationum præcipue spectare debet ad illustrandam gloriam Dei, ut Psalmus inquit: In conveniendo populo & Reges in unum ut serviant domino. Et quidem admonet Reges, ut hi consensus & studii duces & autores sint. Postremo quod potentissimus Rex iussit dici se nemini quam Illustriss. Principib. et fœderatis in causa religionis

auxi-

auxilium aut spem ullam laturam esse, id gratissimum est
Illustriss. Principib. & federatis, qui quidem vicissim sua
officia omnia deferunt potentissimo Regi Franciae, & pol-
licentur se nemini opitulaturos esse, quam suae maiestati in
iis rebus, quae non pertinent ad invictissimum Imperatorem
ac Romanum imperium. Serenissimi Regis Angliae legato
responderunt Illustrissimi Principes cui etiam sua officia
detulerunt. Etsi autem nullo officii genere sua sponte Se-
reniss. Regi Angliae ut cognato & Domino suo observan-
do clementissimo defuturi sunt, tamen haec commendatione
potentiss. Regis Franciae ad illorum benevolentiam et ob-
sequium magnus accedit cumulus. Cum Illustriss. principe Ca-
rolo Duce Gelrensi Illustriss. Principib. intercedunt affini-
tatis & alia vincula amicitiae quae libenter tuebuntur in
omnib. reb. quas salvo officio praestare possunt. Haec ad
orationem tuam iussus sum magnificentiae tuae respon-
dere, & rogant Illustriss. principes ac federati, ut
hanc responsionem ipsorum exponas potentiss. Regi Fran-
ciae, eosq. commendes ei summa diligentia. Deinde
quod ad meam personam attinet rogo ut M.T. & meam
orationem boni consulat.

M. Franciscus Vinariensis dixit
22 Decembris Anno 1535.

Non edita

Ad Stratum

Utinam amicitia tua frui possem Optime Strati. Animadverti enim te ad caeteras pulcherrimas animi dotes et ad doctrinam egregiam adiunxisse summam humanitatem. Quid autem fingi aut perfectius aut amabilius hac coniunctione et societate potest. Quare velim tibi persuadeas te a me valde amari et fieri plurimi. Hunc animum si possem officio aliquo declarare profecto efficerem, ut eximium et studium et amorem erga te meum cognosceres; mihi quoque persuasi me tibi charissimum esse. Quare te rogo ut amicitiae nostrae memoriam conserves, ubicunque gentium eris. Fortassis et literae nostrae, si erunt tempora nobis aequiora, testabuntur me praeclare de tua virtute sensisse. Scripsit ad me meus Hieronimus Papiensis de itinere Italico. Hunc ut tibi comitem adiungas etiam atque etiam rogo. Scis illud Cyri apud Xenophontem qui solet dicere cum bonis viris esse navigationem tutiorem. Ita et ille te expetit comitem et fausti ominis ducem, tum quoque talis viri eximia probitate, fide, prudentia et doctrina patris consuetudinem. Habet Patavii amicum Damianum ad quem proficisci decrevit. Hunc talem virum esse scito, ut neminem usquam ei praelaturus sis. Nec tibi Hieronimus erit oneri. Curasa ut respondeas. Bene Vale Die Palmarum 1536.

Philip. Melanthon

Egregia doctrina Virtute & pietate predito.
D. Andreæ Osiandro amico chariss.

Non edita

S. Jure expostulas mecum quod in scribendo sum negligentior,
maloq. culpam agnoscere quam inepte excusare. Etsi non fal-
so praedicare possum huius generis officia saepe impediri, meis
miserrimis non tantum occupationibus, sed aerumnis. Tu autem
quodlibet aliud potius in causa putes, cur interdum non re-
spondeam quam voluntatis mutationem. Coepi te diligere ante
multos annos, propter excellentem Doctrinam, iudiciique gravi-
tatem, voluntatem rectam, denique propter pietatem; auxe-
runt amorem multa tua officia, et haec nostra communis phi-
losophia, qua uterque delectatur. Videor mihi quadam
nostrae similitudine ad amorem tui invitari quod tu ex Genesi
melius iudicabis. Haec non putes mihi excidere posse ullo
unquam tempore. Semper enim durat amor ex virtutis opinio-
ne ortus. De repub. soleo fere omnia ad Vitum scri-
bere. Nunc ad conventum proficiscar Franckfordiam.
quod faelix faustumque sit, unde ad te scribam copiosius. Me-
zentius Brunswicensis quid conetur, audisse te opinor: et
Vito scripsi, vel significavi potius. Deus servet nostros
qui qualescunque sunt, tamen Christi Ecclesiam tuentur, &
doctrinam piam extingui nolunt. Id officium scimus Deo
gratum esse. De Lutheri Genesi dubitamus. dies est
certus

certius Hora etiam pene certa, Mediae noctis ut ipsam ma-
trem affirmantem audivi. Anno puto esse 1484 Sed plu-
ra themata posuimus. Gauricus probabat anni 1484 thema.
Bene vale. Datae cum iam iter ingrederemur.

Phil. M.

Viro optimo D. Vito Theodoro
Noribergensi amico summo.

Edita | S. D. Duriuscule mecum agis, mi Vite, quod in hac re ἰσον
ἴσῳ referendum putas. vide qui me silente, vicissim mihi tu-
as invides literas. quod fuit tempus cum mihi magis opus
esset amicorum suavitate et consolatione? quare permoleste
fero quod tam diu nihil ad me scribis. Nec vero expostula-
bo iam tecum durius. quae fuerit Catastrophe conventus
Hagenoensis non ignoras. Legati Gallici et Veneti di-
cuntur magna contentione apud Gypsetum dissuasisse col-
loquium de dogmatibus Ecclesiae. quare existimo frustra
expectari alios conventus. Sed de his rebus a te aliquid
expecto. Anglicus Tyrannus Cromellum interfecit et
conatur divortium facere cum Iuliacense puella. Quam ve-
re dixit ille in Tragoedia, non gratiorem victimam
Deo mactari posse, quam Tyrannum. Utinam alicui
Viro forti Deus hunc mentem inferat. Commendo
tibi hunc Iuvenem Christopherum Grainsdorfer.
Sperat tua opera istic Elemosinam se impetraturum esse
ad studia. Bene vale. Die Bartolomei Anno M.D.XL

Ph. Melanthon.

Clarissimo atq. Ornatissimo Viro D. Joanni Merckero doctori iuris, praefecto urbis Vratislauiae suo patrono, S. D.

Non edita

Quod faustum felixq. sit proficiscitur ad vos hic Juvenis Pancratius Strius, delectus à D. Andrea ad hypodidascali munus. Scio autem te cum caeteris reipub. partib. etiam Scholarum defensionem cura atq. animo complecti. Quare dedi Pancratio lras ad te ut tibi eum commendarem, patrono literarum & studiosorum; et ut te rogarem ut eum ciuibus tuis commendes. Nam et morib. humanis ac modestis politus est, et latine satis commode loquitur ac scribit. Diu enim noui eum. Spero etiam in suscepto munere non defuturum ipsi diligentiam ac fidem. Mihi quidem pollicitus est se morigerum futurum esse d. Andreae, et ad vram uoluntatem accommodaturum oia studia ac rationes suas. Gratulor reip. vrae qd Scholam sit bene constitutam. Tibi etiam hanc uirtutem ac laudem gratulor, qd ornare & tueri lras authoritate tua studes. Itaq. precor Deum ut ad reip. Salutem diu te seruet incolumem. Exhibebit tibi Pancratius Ι̃ὸς φιλιππικοὺς λόγους vtcunq. redditos latine, ad usum adolescentium. Siquando erit otium uelim te inspicere saltem praefatiunculam. Bene uale uir optime & me quod facis inter studiosos lrarum complectere. Pridie Cal. Maij

Ubi nam

P. Melanthon.

Philippo Eberbachio docenti Juuentutem Coburgensem amico suo.

Hæ omnes ad Eberbachium eplæ Ph. Mel non reperiuntur inter editas

Ego, mi Philippe, quoniam hoc ad amici officium pertinere iudicaui scripsi ad te non ut te accusarem, sed ut significarem quid in te nonnulli desiderent; quare nihil fuit opus tam longam Apologiam remittere uel ἀντικατηγορίαν. Videris n. me accusare quod temere crediderim his qui de te rumores sinistros sparserunt. At ego nec fidem illis unquam habui Et tamen pro nostra amicitia ueteri sollicitus sum tua causa. Quod si hanc curam in amico reprehendendam putas, non satis perspicis quæ sit amicitiæ uis. Nunc te oro per Christum ut prouinciam tuam diligenter & fideliter administres, cuius rei præmium à Deo expectes, uel si, ut sunt hæc tempora, non reddant iustam gratiam homines. Prædicabat tuam operam hic Coburgensis. περὶ συνάξεως autem scripsi tibi teque rogaui ut ἐξεταστικοὺς λόγους fugeres. Nec pœnitebit olim te defugisse istiusmodi disputaciones. Bene uale. Ph. Μελ.

Philippo Eberbachio.

Recte ita iudicas ne uera quidem Dogmata in tam effrenata Vulgi licentia Spargenda esse. Hoc magis debebas abstinere ab his disputationibus περὶ εὐχαριστίας in quib. certe aliquid est uitij. Da potius operam ut

ut tuam prouintiam grauiter administres, Nec in alienum chorum ut est in Prouerbio insilias. Concionatori respondi. Est hic apud nos Joannes Reyffenstein Vetus amicus tuus: is postulat ut ad se de tuis reb. oibq scribat. Eam quoque eptam quam proxime ad me dedisti asseruat ipse, ut fratri tuo exhibeat quoq. Specimen tuæ tum modestiæ, tum in hoc tuo munere diligentiæ. Scribes iter ad hunc copiosius. quæso te inprimis adige pueros ad Methodum grammatices. Nihil potes magis pium facere, Nec quidem si ut Paulus ait, ψωμίσης πάντα τὰ ὑπάρχοντα ad 1 Cor. cap. 13. v. 3 (fmo) regias opes in Vsus pauperum. Vale.

Cogere pueros ad grámaticá: i dare Eleemosynas

Philippo Eberbachio — Ph. Mελαν.

Familiariter doleo te non femde firma valetudine uti ut uelles, quæ tamen ut audio confirmari possit nisi per intemperantiam Vires subinde magis affligeres. Neq. n. pro nra amicitia dissimulandum esse duxi quid in te desiderari audiam. Nemo ad te de tuis morib. uerbum ullum scripsit, ne quid grauius suspiceris de ullo. Tantum illi q istinc ueniunt ad nos adferunt publicam quandam querelam, et magno consensu narrant desiderari in te diligentiam et assiduitatem in ludo. Ferunt et sodalitijs te neutiquam idoneis uti. Adhæc in conuiuijs solere prophanas opiniones de relligione serere. Hæc fama me ualde commouit. Nam mea existimatio hac in re periclitatur. Scis n. quam prolixe te illis laudauerim

rim ac pene fidem pro te dederim te morbus eiusmodi esse, q in ludimagistro probari possint. Meministi qui sta- tus tuarum rerum tum fuerit, quae mihi pollicitus sis. Qua- re te moneo ut decori rationem habeas ac satisfacias suscep- tae conditioni. Si nihil aliud certe dignitas studiorum nostro- rum commouere te debebat, quae propter istiusmodi mores ma- le audiunt. Quam fuerim ad te iuuandum propensus mul- ta extant testimonia. Quare uelim existimes haec optimo animo esse scripta, cum tuae utilitati tum meae existimatio- ni hac in re consultum. Vale. Ph. Mel.

Philippo Eberbachio.

Gratulor mi Philippe coniugium tibi, optoque ut incepto faveat Christus. Est enim uitae genus laboriosum fortasse: At Sanctum et pium ingressus. Scis esse nouum quoddam Monachorum genus μισανθρώπους ἴνα θεολόγους qui sibi mirifice relligiosi ui- dentur, dum impudentissime insectantur et execrantur coniugium. Ego uero cum cogito, uitae sociam uiris diuinitus et uiri par- tem mulierem factam esse, non possum non uehementer irasci his, qui non omni officiorum genere muliebrem sexum prosequuntur. Me quidem in communibus huius uitae miserijs, non leuiter consolatur haec cogitatio, quod sentio quiduis uiro per- ferendum esse, dum illi sociae uitae suae, dum liberis quorum causa in coniugium uidemur ingressi, consultat. Nec mediocre be- neficium diuinitus me accepisse statuo quod materiam dedit de muliere benemerendi, et sobolem etiam libera-

liter

Theologi μισανθρωποι

Mysoguis ad quaedam ... dicit ...

liter donauit. Proinde opto ut coniugium sit tranquillum foelix ac fortunatum, et ut alacri animo sanctiss. sarcinam, si quid fortasse uidebitur oneris, perferas. Et illam uxorem tuam putes esse, non modo tui dimidium, sed etiam eiusdem ut Petrus dixit gratiae participem. Ego in subito huius tabellarii abitu non habebam quod mitterem munus, uerum curabitur. Interea habeto hanc epistolam pignus uoluntatis meae quam spero gratum fore propter amicitiam nostram. Nondum enim memoriam nostri effluxisse ex animo tuo arbitror. Nihil facies relligiosius, quam si summa fiat cura pueros primas literas doceas, quae certe virtutis et relligionis incunabula ac Elementa sunt. Mittimus ad te adolescentem non leuiter doctum ut petiisti per literas ad Reutlensem. Is tecum συλλογίζεσθαι graece et latine potest, Moribus sunt candidiss. et non contemnenda facultate dicendi praeditus est. Vale. Philippo Eberbachio.

Fuerunt mihi literae tuae summe pergratae propter memoriam consuetudinis nostrae pristinae et amorem erga te meum. Nam obscurum non est quanti te fecerim. Sed diuulsit te a nobis necessitas non tam tibi ipsi quam mihi molesta quod eriperet amicum non iniucundum. Verum mi Philippe ita sentias: charissimum te esse nobis futurum, si tuae famae tuisque rebus rectiss. prospexeris, et optimos mores optimasque literas colueris. Vides quid sit seculum. Et plurimum modestiam

in te aliquandiu desiderarunt: uisus es in ordinem Vulgi, studio et ambitiuncula quadam, praeterea in alios bonos fortiter debacchari. Id scis quam sit alienum ab officio Christiani pectoris. Aiebant te etiam edidisse adversus D. Erasmum Roterodamum cuiusdam nugatoris Alberi scriptum, quod non credas quantum me commouerit. Nos tui plane sumus, si a factiosis et seditiosis hominibus, denique ab omnibus improbis omnib. quam longissime abfueris Vale.

Philip. Melanthon.

Philippo Eberbachio.

Literae tuae pro ueteris nostra amicitia mihi pergratae fuerunt. Nam mihi iucundum est quod nostri memoriam non patens ex animo tuo effluere. Delectabat et illud quod intellexi tibi coniugium tantopere cordi esse. Crede mihi ubi deferbuerit etiam magis adolescentiae impetus, iudicabis Vxorem tibi suauissimam agendae reliquae aetatis socium esse. Tu autem uide ut Viaticum sed [illegible] tuo labore compares. Et fauebit Christus si eam prouinciam, ad quam te accersunt, strenue gesseris, prouehetque labores tuos. quare te adhortor ut prouinciam tuae fidei commissam diligenter exerceas. Tabellario non una tantum in coena frui licuit, homine, Fuit periucundum nobis [illegible]. Coniugem ex me saluta.

Philippo Eberbachio.

Fuit hic quidam Sacerdos Moguntinus ante menses duos, ab hoc extorsi quinque aureos, quod que scripsi tuo fratri,

fri, Eam pecuniam quam sperabam te huc iter facturum esse hic apud me retinui. Postea rescivi te Coburgi esse, quare nunc mitto tibi eam pecuniam pro genere monetae quod accepi 7 schreckenberger pro XXII grossis. Dicas nimis magno aestimari: et ego id iudicabam. Sed nosti germanicum proverbium Dato equo dentes non esse inspiciendos. Hoc te rogo per nostram amicitiam perque omnia sacra, ut tuam provinciam diligenter administres, ac pueros antiquas praecipue ad grammaticam. Saepe audivisti me quaerentem quod in Scholis puerorum negligenter tradantur illa omnium maximarum artium Elementa: Methodicae Grammaticae praecepta. In hanc igitur curam omni contentione ani incumbas. Disputationem περὶ τῶν συνάξεως missam fore. Hoc scio Lutheri sententiam peruetere esse in Ecclesia. Vale et saluta meis verbis concionatorem quem volo te diligere. Est enim Vir optimus et amans studiosorum nostrorum, καὶ ἀπειρόκαλος nihil habens populare. Iterum vale scribe mihi rursus, ut sciam an acceperis pecuniam. Cupio etiam de Concionatore literas habere.

Philip. Melanth.

Lutheri sententia de Caena D: vetus est in Ecclesia.

Nego.

Philippo Eberbachio.

Gaudeo te accepisse pecuniam. Ego enim invitus tam diu retinui, verum quia nullum nuncium satis idoneum habui, postea te rescivi isthic esse, serius misi quam vellem, et serius scivi te Coburgum migrasse. Nunc

te

mi Philippe, rogo pueris eam fidem praestes quam abs te requiri intelligis. Vides qualia sint tempora quam turbulenta. Nec ullis laterem felicius conceditur quam iis similibus qui pueros docent. Utinam ego in simili essem ludo procul a contentionibus istorum ματαιολόγων remotus. Hic enim et a nostris amicis magnificentissime tractor. Non libet de ea de re scribere. Hoc tamen ideo scripsi, ut tu aequiore animo tuam fortunam ferres et delectareris hac tua conditione. περὶ συνάξεως quaeso ne litiges. Nihil enim prosunt istae rixae, et non est boni viri temere a veterum scriptorum sententia discedere. Dixi autem alias tibi, veterem mihi videri sententiam esse de Synaxi, quam hactenus secuti sumus. Rescribe saepe. Vale. Philip. Melanth.

Videtur:

Philippo Eberbachio

Si quid ex Comitiis requiritis tu et Concionator, velim vos scire, si unquam alias nunc maxime opus esse oratione. Decretum factum Spirae ante biennium, abrogatum est, quo hactenus pax publica bene munita fuit. Meministi quanti fuerit. Nunc mandat Imperator ut Wormaciensi edicto pareamus. Qui non parent habentur proscriptis sine ulteriori declaratione. Quid unquam ulla in historia, atrocius lectum est. Principes adhuc deliberant de mitigando edicto Imperatoris, ac nondum ratio idonea ac tolerabilis reperta est, qua mitigetur. Principis non omnino abhorret a pacis consiliis. Sed ipsos etiam Principes oportet cedere quorundam nebulonum clamoribus.

Fabri

Fabri et similium. Habetis totam historiam earum re-
rum quae adhuc gestae sunt. Haec uelim et concionatori-
bus legenda. Vale. Philip. Melanth.

Clarissimo atque ornatissimo Viro D. Joanni
Mecelero Doctori iuris praefecto Urbis Vra-
tislauiae suo patrono.

sup eadē
Extat

S. D. Quod faustum foelixque sit proficiscitur ad uos hic
iuuenis Pancratius Stirg, delectus a D. Andrea ad
Hypodidascali munus. Scio autem te cum caeteris reip:
partibus etiam scholarum defensionem cura atque animo com-
plecti. quare dedi Pancratio literas ad te, et ut tibi
eum commendarem, patrono literarum et studiosorum, et
ut te rogarem, ut ciuibus eum tuis commendes, nam ut
moribus humanis ac modestis praeditus est, et latine satis com-
mode loquitur ac scribit. Diu enim noui eum. Spero eti-
am in suscepto munere non defuturam ipsi diligentiam ac
fidem mihi quidem pollicitus est se morigerum futurum
esse D. Andreae, et ad uestram uoluntatem accommoda-
turum omnia studia ac rationes suas, gratulor Reipub: Vestrae,
quod scholam habet bene constitutam. Tibi etiam hanc
uirtutem ac laudem gratulor quod ornare ac tueri li-
teras authoritate tua studes, Itaque precor Deum, ut ad
Reip: salutem diu te seruet incolumem, Exhibebit tibi
Pancratius τοὺς φιλοπτωχοὺς λόγους utcunque reddi-
tos

tos latine, ad usum adolescentium, si quando erit otium, uelim te inspicere saltem praefatiunculam. Bene uale, uir optime, ut me quod facis, inter studiosos literarum complecte, re Witeb. Cal: Maij Philippus

Amplissimo D. Joanni Fris nobilitati generis, doctrina, uirtute & sapientia praestanti Cancellario Regni Daniae pa- trono suo cum obseruantia colendo

non edita S. D. Amplissime Dne Cancellarie, quamquam uideri uel curi- ositas uel arrogantia potest, quod ad te uirum tali sapien- tia ac diligentia in gubernatione politium scribere de uestra repub. constitui; tamen quia tantum ago causam literarum, spera- bam te mihi ueniam daturum esse homini Scholastico & saepe de scholis omnium nationum cum aliis colloquenti. Magna laus est incliti regis quod Academiam Hafnien- sem instaurauit, & ornauit. Sed in tanti regni ampli- tudine non tantum una schola summarum artium opus est, sed etiam in oppidis ludi, ut uocantur, particulares restituendi sunt, ut maior sit frequentia discentium. Nam & ad Ecclesias erudiendas & ad multa ciuilia ne- gotia magna multitudine mediocriter literatorum opus est. Intelligo autem pueriles scholas oppidorum collapsas, siue propter bellum, siue quia uulgus uetera commoda sa- cerdotiorum, iam despiciat, & putet nondum restituta esse. Itaq. rogatus sum ut ea de re ad incliti Regem, scriberem. Bre-

Breuiter autem admonui inclitum Regem in his literis quas
nunc mitto, nec arbitror longa oratione apud te opus esse,
cui optime nota est amplitudo regni Danici. Et vides ad
posteros horribilem uastitatem in Ecclesijs, barbariem in ciui-
libus negotijs futurum esse, si deerunt mediocriter literati gu-
bernatores. Nec alia ratio est constituendarum literarum, nisi
ut in oppidis constituantur scholae et pueri reuocentur
ad literas. Qua in re etiam pauperum liberis consuli
potest, qui ueteri more colligant stipem. Audi quid
acciderit in Saxonia nostra; Cum videret Princeps Scho-
las esse minus frequentes, quod pulsis erroribus mendicis
nec Scholasticis peregrinis concedebatur ut mendicarentur;
Dux Saxoniae edictum proposuit ut Scholasticis peregrinis
rursus concederetur ut mendicarent, idque voluit recitari
pro concione ad pauperes confirmandos, ut liberos mittant
in oppida discendi causa. Hoc edictum profuisse studijs
comperimus. Disputarem prolixius de tota re, nisi scirem te
ipsum pro tua sapientia perspicere omnia, quae in hac cau-
sa dici possunt. Quae profecto tanta est, ut mihi saepe
ueniat in mentem dicti Periclis. Rem facile perfici posse
edictis regis, concionatorum adhortationibus, et tuo
consilio. Via tamen iudicanda est, quomodo stipendia con-
stituantur; Ita ut aliqua pars summae ex aerarijs Ec-
clesiasticis, reliquam soluant Scholastici non mendi-
cantes. Sed via tibi satis nota est. Prudentiam in si-

nilitib.

22

uitatib. negligere perinde est ac ex anno uer tollere.

Profecto Ver ex anno tollunt, qui scholas collabi sinunt, quia sine his conseruari religio non potest. Et ingentes tenebræ in tota ciuili societate sequuntur omissis literis. Est autem nostrum qui sedetis ad gubernacula etiam posteritati prospicere. Ideo te propter Deum & propter patriam tuam, & propter Ecclesiam quæ est altera patria oro & obtestor, ut hanc curam suscipiatis restituendarum puerilium scholarum in oppidis. Hoc officium Deo gratissimum erit & in tota patria optimi cuiusque beneuolentiam erga te augebit. Deus hanc rem prouehat quæ profecto ad Ecclesiam plurimum pertinet. Bene ac foeliciter Vale. Philippus Melanthon

Guilielmo Reyffenstein S. D. Philippus M.

Hæ omnes epistolæ non reperiuntur inter editas

Academia nostra dedit pecuniam huic tabellario D. Blicardo licenciato Iuris, & addidit mandata ut soluat uobis totum summam quam pro poculis dedistis. Nescitbamus n. quanti empta erant. Rogamus autem ne uobis molestum sit quod pro auro mittimus Ioachimicos. Intelleximus n. uos Francofordiæ de auro soluisse. Sed auri tantum non habet hoc tempore nostrum ærarium. Verum sic petimus Ioachimicos accipi ut sine uestro damno id fiat. Ego meipsum sperabam uenturum esse Lypsiam, sed sum hic alligatus propter æditionem Apologiæ. Rogo igitur ut paucissimis uerbis scribatis & precium poculorum significetis et si quid præterea ad rem pertinet. Vale.

Eodem P. M.

Forte huc his diebus uenit Hispinus de quo uobis scripsi:

Ex

Exposui igr homini quid ad uos scripsissem ut explorarem eius uoluntatem; an posset adduci ad suscipiendam prouinciam comitum Vestrorum. Satis comiter respondit cupere se a uobis de tota re certiorem fieri. Dedi igr ei hanc epistolam; ut te admonerem ut si ita uideretur uobis, in tempore cum eo pacisceremini. Neminem in utraque schola meo iudicio magis idoneum inuenietis. quanquam illius eadem et doctrina et probitas est ut tranquillior conditione dignus sit, quam solet esse huiusmodi seruitus. Difficile et periculi plenum negotium est regere ingenia aulica. quaeso te ut cures rem non diu distrahi aut differri. Ego misere ualeo ac plane cura conficior. Dialectica tuorum liberorum hic pulchre emendantur et recuduntur. Vale feliciter. Guilielmo Reyffenstein S. D.

Nepotes tui cupiebant ad te proficisci, quia hic formidabatur Anglica pestis, quae peruagata est fere totam Saxoniam. Dimisi itaque eos non inuitus. Tuum erit efficere ne studia prorsus intermittant. Scio patris fuisse consilium ut Theodericum ablegaret in aliquam decuriam scribarum, ubi disceret usum qui nunc in admiratione magis est quam doctrina. Ego tamen putaui meum tibi consilium etiam indicandum esse. Talia fundamenta iecit in literis. Sic etiam ingressus est iuris studium, ut sperem eum consecuturum solidam in ea doctrinam si non abstraxeritis eum ab isto studio: melius et dignitati et utilitati consuleret. si perferret perfectam tuam illiterato usui scribarum. Vides quanta sit paucitas discentium. Nihil malim quam ut haec studia literarum

Usus magis q in admiratione q doctrina ICtus

rum retinere, q. amissis nulla erit legittima forma literarum.
Vale. Guilielmo Reiffenstein Ph. Melanthon.
S. D.
Hic tabellarius isthuc proficiscitur ad pueritiam oppidi publice docendam accersitus, quem tibi quoniam pro tuo more et natura tua studiosos ornare atque defendere soles commendo, teque rogo ut eum D. Pletero pro tua fide atque humanitate commendes. Novi mores atque ingenium iuvenis, ac spero vos neque diligentiam neque modestiam, neque diligentiam ullo in genere officii esse desideraturos. Comitia Spirensia non procedunt, quod audivisti te arbitror. Vides quantum malorum attulerit illud Augustanum decretum, ubi, si eas conditiones quas proponebamus non superbe reiecissent, omnia iam pacata essent. Nunc finis nullus huius Tragediae cogitari potest. Sed Christus respiciet gemitus pauperum. Bene vale. Tabellarius hic conterraneus tuus est. Carere propter communem patriam volo eum esse tibi commendatiorem esse. Ph. Melanthon.
Guilielmo Reyfenstein S. D.
Non est facile hoc tempore Paedagogos invenire in tanta penuria studiosorum. Nos tamen successorem quaesivimus, cuius quae sit ingenii facultas ex Martino audies. Ego, nisi probassem hominis doctrinam et orationis genus non mitterem ad te. Fuit aliquanto ante Praeceptor puerorum in comitibus a Mansfelt ubi ratio in docendo et fides eius
his

his qui eum norunt vehementer placuit. Mihi iam olim notus est, et comiti ad instituendos pueros primum à me commendatus, propter singularem suavitatem orationis, quam ego in primis à praeceptorib. requirendam puto. Comitib. vestris velim vos ex Lypsia accersere paedagogum virum optimum Magistrum Hispium, is fuit hactenus ludi magister in oppido Hallensi. Mores et doctrinam et modestiam hois novi, et existimo ad vestrae aulae consuetudinem quadrare. Sed si Hispius non volet suscipere eam conditionem, habemus hic quendam Lypsicum Magistrum fortasse magis aptum aulae, q quaesivit iam nobis ad eam rem operam suam. Sed ego sentio prius Hispium illum invitandum ad eam conditionem. Porro scias me ita praedicare Hispium ut tamen utiliorem pueris tuis te arbitrer, illum quem tibi conduxi. Historiam conventus Spirensis misi tibi fide scriptam optima, plura ne quidem si ipse ibi fuisses, scires. Et hanc negotii seriem paucissimi q ibi fuerunt norunt. Vale. P. Melanth.

Guilielmo Reyffenstein. S.

Dei beneficio recte valent et discunt liberi vestri, sed Martino non convenit cum hoc caelo nro quod ego ipse sensi tabescentibus inimicum esse. Est. n. aer tenuis propter arenas, et propter paludes iners. Turingicum caelum expertus sum mihi quoque meis convenire propter aerem pinguem, et halitus non ex paludibus, sed ex terra orientes,

Caelum Witeb.ae / Turing.m

entes, qui alunt et fecundant corpora. Sed Deus me in hac Scythia, sicut promethea ad caucasum alligavit. Concedas rogo Martino, ut liceat ei hinc abesse valetudinis causa. Nam Marcellus potest gubernare studia ~~[illegible]~~ puerorum sine ipso, praesertim cum ego quoque aliqua parte laboris le-vem Marcellum. Bene Vale. P. Melanthon

Guilielmo Reiffenstein.

Martinus exhibuit mihi tuum munus, quod cum sit amplissimum haud scio quibus verbis gratias agam. Sic antea erga me effusa liberalitate usus es, ut si me tibi addicam prorsus: tamen satisfacere pro tot beneficiis vix possim. Nunc accedit hoc munus quod me etiam magis obligat. Dabo tamen operam ut intelligas haec in hominem gratum et memorem collocata esse. Rhetorici libelli iam exibunt dedicati tuo nomini. Ac spero, si qua est futura posteritas, hos dialecticos et Rhetoricos libellos in manibus hominum futuros esse. Nam ego non desinam eos expolire, et qualescunque sunt, certo melius ostendunt usum artis, quam omnium in hoc genere scripta aliorum, quod simplici animo dico et apud amicum. Nam alioqui nolim de laudibus aliorum quicquam detrahere. Audio te deliberare de schola tua huc transferenda. Scis autem meum consilium semper fuisse ut diutius domi retineres imbecillem aetatem. Et in hac sententia adhuc sum, nisi metus pestilenciae aliud suadet apud vos. Ambrosius plurimum ornavit suas aedes, quare ibi commodissime

dissime videntur fore. Ex Sarmatia scribitur mihi Tur-
cum Tyrannum redijsse Constantinopolim. De Caesare nihil
habemus, quod tibi sit ignotum. Adventus tuus in expectatio-
ne est. Macedo dr dimittere milites et mutasse consilium
apparandi belli, de quo si quid habes quaeso significes mihi.
Mitto tibi dispositionem epistolae ad Romanos exiguum opus
in speciem, sed non sine magno labore scriptum. Si pos-
ses, per occasionem exemplum Comiti Novae aquilae gra-
tum mihi rem feceris si ei miseris. Bene Vale.

Guilielmo Reiffenstein. Ph. Melanthon
S. D.

Quo die a vobis discessimus, venimus vesperi in Francken-
husen ubi ad Nicolaum Quaestorem in artem divertimus: is pro
sua humanitate tractavit nos humaniter. Forte autem in-
iecta est Caesarij mentio, hunc primum rescivit Nicolaus ex
nobis Stolbergae esse. Quo quia praeceptore usus est adolescens,
cupit vicinum hoc tempore salutare. Dedi igitur has ad te
litteras, ut ad Caesarium abs te perduceret. Video esse
singularem huius hominis modestiam, quae virtus hoc
tempore desideratur in plerisque, qui perhiberi se eruditos
volunt. Cupit se quoque in tuam amicitiam insinuare
quod propter eruditionem tantam facile ei concedes. Vale.

Modestia

G. Reyffenstein Philippus
S. D. Remitto tibi, vir optime, alterum ex nomismatis
aureis, id videlicet quod recens factum est, quod si alte-
rum

rum tibi propter vetustatem magis placet, libenter illud restituam. Non enim mihi tantum est illum numisma ut tuam quam amicitiam tuam faciam. Utrum mihi reliqueris, erit apud me inter multa alia hoc quoque tuae erga me benevolentiae pignus. Nuper tibi per Xorthusnum quendam nuncium scripsimus. Eas si accepisti intellexisti, quae causae fuerint cur tam sero meam fidem liberem, tibique tuum restituam. Mirifice cupiebam propter multas causas in his te nundinis convenire, sed hic me quaedam publica negotia alligant. Domino Michaeli dices meis verbis multam salutem, quem quidem ego si ad nundinas venissem non dimisissem, nisi empto murrihino vase; quo genere supellectilis mirifice delectatus sum aliquandiu. Sed ingressus mihi vocantur. Vale Qilium

Vas Murrhinum.

Joanni Reystensteini S.D.

Dei beneficio salvi heri Islebiam pervenimus, sed sero admodum. Nonnisi magno negotio ex lutulentis viis eluctati sumus. Bonam itineris partem confecimus pedites, cum quidem perpluveremur et pedes vix in lubrico consistere possent. Doctor Joannes mirifice stomachatus est primum usque veni, ac de fide tum mea tum patris tui quaestus est. Vir optimus nihil fide ducit antiquius,

Sed

sed facile ei satisfecimus postquam aduenimus. Ipsius etiam humanitas exemit omnem itineris molestiam. Haec patri meis uerbis, imo tuis (quid. n. dulcius est oratione) exponito ac simul declares ei, nos beneficiorum ipsius et uero hospitalitatis perpetuo fore memores. Milichius te salutat ac iubet ingenti animo in studiorum curriculo in quod diuinitus ingressus es pergere atque existimare, te ea in re necessarium reip. officium praestare, quae quidem a bonis ingenijs hoc postulat, ut philosophiae professionem sibi defendendam esse sentiant. Vale.

Guilielmo Reiffenstein S.D. [illegible]

Seruis ad te mittimus Paedagogum: qui diu nobis quaerendus deligendusque fuit, quem idoneum esse iudicauerimus. Nunc quod faustum foelixque sit quendam reperi et paulo maiorem natu et eruditiorem Christophoro, et moribus satis commodis. Is recepit mihi, se ad te profecturum esse post duas aut ad summum tres septimanas. Ego nisi arbitrarer idoneum isti prouinciae esse non iuberem te expectare. Nunc quoniam facultatem ingenij illius noui, quaeso te ut tantillo tempore aequo animo eum expectes. Nisi ualde fallor confido fore ut tibi praeclare probetur. Noui nihil habemus praeter rumores de capta Roma, quos optarem uanos esse: Cum ob alias multas causas tum quia metuo bibliothecis, quae nullo in loco totius terrarum "orbis" locupletiores sunt quam ibi. Et tu scis non modo milites ipsos et Martem odisse libros, sed hoc totum seculum nescio quo fato literis iniquum esse quam ullum unquam fuisse credibile est. Vale feliciter.

Seculum aprou. Ep.

70.

XX

Joanni Reiffenstein S. D.

Martinus reddidit mihi suauissimas tuas literas, mi Joannes, quae mihi attulerunt maximam uoluptatem. Gaudebam enim primum patris tui causa uiri optimi qui nulla ex re fructum capit aut uoluptatem maiorem quam ex studijs tuis aut fratrum tuorum. Deinde delectabant me reipub. causa. Adducor enim in spem fore ut hae literae atque honestae artes integrae ad posteros perueniant ac transmittantur cum te ac tui similes [video] studiose dare operam literis. Precor itaque Christum, Ut faueat tuis studijs ac fratrum tuorum, idque faciet si tu quoque cum toto pectore rogabis ut te adiuuet et gubernet omnem uitae tuae cursum. Amat enim hanc tuam aetatem cum dicat sinite paruulos uenire ad me, talium est enim regnum caelorum. Hoc classico hac uoce uocat tui similes ad honesta studia et pollicetur praemium ingens. Hanc Vocem Christi Dei nostri et saluatoris, mi Joannes, memineris tibi sequendam esse. Idem Christus custodiat ac seruet te semper et gubernet tua studia ad utilitatem reipub. ac ad tuam laudem Vale felicissime.

Ὡς ὁ ποταμὸς ... Joanni Hesso Theologo profecturo in Silesiam Anno XX Mense Januario scriptum

Teutona Sarmaticis quo iuncta est finibus ora
Quaque colis bracha barbare Quade breui
I felix ducente Deo uentisque secundis
Hesse, memor quondam dulcis amice mei.

P. Melanthon. Mense Januario MDXX

Philippo Principi
Duci Cattorum.

(edita)

S. Saepe cum repeto Veteris Ecclesiae ritus et dissensiones, praesens mihi tumultus in Germania propemodum periculosior uidetur, quam fuerunt ulli alij motus; Nam dogmata tantum uideo in dissensionem uenisse, uix unquam uis publica facta est nisi ab his qui in imperio erant; altera pars semper fuit inermis. Nunc autem multa et grauia dogmata controuertuntur, et mutantur Ecclesiae ritus magna ex parte propter necessitatem. Et periculum est ne uis ab utraque parte magno dolore paretur. Haec ego cum repeto mirifice angor, ut uel mea morte cupiam redimere tranquillitatem. Sed principes qui in Imperio sunt oportuit publicae paci operam dare. Sacrificuli instigant ad bellum, cur non reliqui adhortantur ad cognoscendum rem, ad constituendam tranquillitatem. Illud erat aequius et ad faciendam pacem conducibilius. Neque nihil puto C. V. efficere posse, apud reliquos principes, si hortaretur eos ad cognoscendas et diiudicandas Ecclesiae controuersias. Quare rogo ut quantum in hac re potest V. C. nauet hanc operam publicae paci et tranquillitati. Porro ut ad V. C. literas respondeam, mihi non modo inutiliter, sed contra charitatem fieri uidetur, ab ijs, qui publicas ceremonias abolent, quae tollerari poterant. Hinc enim Paulus ad Corinth. Circumcisus aliquis uocatus, non accersat praeputium. Si caetera Pauli relligiose seruantur, audiamus eum etiam in hac parte. Itaque latinas cantiones,

Sacras

Sacras Vestes, & hoc genus, puto esse ferendas. De Missa ita iudico, singulis Parochijs unam tm̄ festis dieb. esse facien=dam, et quaedam in ueteri ritu abolenda esse. Illud in monaste=rijs etiam seruari pt̄s; ubi tamen propinqua sunt: petant Eche=ristiam in Parrochia. Est. n. instituta ευχαριστια, Vt in Ecclia & congregatione utantur. Inde. n. tutiss. est petere.

Et quia Paulus dicit iudicium sibi sumere qui indigne su=munt, tutissimum est abolere eas missas quas faciunt in Mo=nasterijs, alias, coacti pecunia emptas. Et si Chrus fauerit, pt̄s hoc sine motu obtineri. Nam res non ad Vulgus sed ad Sacrificulos pertinet, sed tn̄ antea eos doceri mutationis opor=tet, quam manus admoueatur. Reliquas cantiones horarum Canonicarum de Chro non de Sanctis, nullo modo phibendas duco nec in monasterijs nec in alijs templis. Quid. n. attinet eos ritus mutare qui non ad iustificandum, sed ad docendum faciunt? qb. si adhuc abutuntur Monachi: doceantur rectius, si qui non obtemperant: suo domino, stent aut cadant.

Videtur item utile phibere disensiones concionatorum. Rix=antur aut non tm̄ papistae, sed & aduersarij papistarum, saepe inclementius q̄ alteri, & nonnunq. lis e qd aiunt de lana caprina. Eas disensiones quantum fieri potest studeat C. V. per praefectos cohiberi, ita ut qui sanior uideatur solus doceat, alter taceat prorsus, iuxta Pauli regulam. Do=ceat autem non fidem tm̄ sed etiam timorem Dei cuius nou=nulla, profuerit mentio in concionibq. Item charitatem & in pcepto charitatis id qd est grauissimum, et Deus exigit, obedientiam erga magistratus. Postremo rogo uestram C. per

per Chrm, ut, quantum fieri pie potest, pacis publicae causa ueteres ceremonias conseruet. NUNC enim mores et ritus sine magnis scandalis nouantur. Et Christianismus in ritib. minime est situs, sed in timore Dei, fide, charitate et obedientia erga Deum et Magistratus. Quae utinam tam sedulo docerent concionatores quam strenue uociferantur in Papam. Et cum Christus ab omni cupiditate vindictae ita longe abfuerit, ut se rapientib. ad mactandum uelut pecudem ultro offerret: cogitet V. C. quicquid potius ferendum esse quam arma Euangelij capiendae negotiorum causa. Certe dissipat Deus ut docet Psalmista gentes quae bella uolunt. Id ceptum est anno superiori in rusticano tumultu. Haec scripsi copiosiusque propterea quod uideam passim multos esse qui uel ad uim parandam et C. V. ita et alios principes incitare student, uel ad irritandos animos eos quos sanari potius oportuit. Rogo ut C. V. loquaciorem epistolam meam boni consulat. Christus seruet et gubernet C. V.

V. C. deditus. P. M.

Joanni Agricolae.

S. Me quoque delectauit in proximis literis commemoratio amoris et beneuolentiae erga me tuae. Nolim enim putare ullas opes aut ullum regnum apud me esse tanti, quanti tui similium coniunctionem et amicitiam facio. Nam quod M. Cicero dixit nullam esse iucundiorem possessionem quam amicitiae, Ego idem statuo, nullam neque ditiorem neque honestiorem possessionem animo liberaliter instituto, posse contingere, quam amici constanti. Itaque cum tantum tibi tribuam quantum

tebro

Non edita

debeo hoi non mehercle Vulgari iis ingenii prædito, & usu rerum atque trarum plusque mediocri; & tantum te amem quantum tua illa humanitus meretur, cupio hanc inter nos perpetuam esse amicitiam. Atque utinam propagare eam possemque & trans-mittere ad liberos nostros. Sed hæc alias. Noster Erhar-dus cupiebat se tibi commendari. Quamquam autem nomen hominis & ingenium eius tibi iam olim probari existimem, tamen peto ut mea causa familiariusque etiam complectaris. Est ætas, ut uides, non-dum satis firma, sed quæ tamen non procul absit à maturi-tate. Mores sunt inculpati, quos non uereor rebus seculi de-prauatos iri si meminerit se non in lautiorem culinam ac-cersitum esse, sed ad durissimam prouinciam, plenam miserrimi laboris & plenam periculi. Quod si expendet onus susceptum, metietur, ut opinor, suo se pede, nec corrumpi se fortunæ blan-ditiis sinet. Habet omnino opus te Rectore, et affirmat Vniuer-sum uitæ suæ cursum et rationes omnes suas se tuo consilio comparaturum esse, nec à tuis monitis transuersum Vnquem unquam esse discessurum; Qua mente præditum adolescentem te decet in fidem recipere gubernandum ac tuendum. Ego iam Lipsiam uocor à quodam amico qui nescio qua de re mecum colloqui uult nec potest aliter conueniendi illius nobis copia dari, nisi hoc tempore in iudicio publico, Inde, si po-tero iter ad uos suscipiam. Regina Danorum decessit è uita; mulier digna, quæ inter claras Heroidas numeretur, propter fidem quam exuli marito præstitit, dum calamitatis comes non passa est se à Viro diuelli, ~~illam~~ cum id uel maxime agerent cognati ut eam abalienarent. Putaui autem tibi

Regina Daniæ [illegible]

tibi significandam esse mortem fœminæ uel quod admiratio-
ne uirtutis illius libeat meminisse, uel quod sub extremum spiritum
testata est illam suam constantiam, etiam erga pietatem. Nam
utraque specie, idque absente Viro, usa est Vale 1536

De Mutuacionibus Sententiæ D. Philippi.

Philippus Melanthon

Triplex est mutuacio; una est officiosa cum reuera egenti,
quispiam dat mutuo mediocrem summam qua sine detrimento
aliquantisper carere potest, et spectat hunc finem, ut prestet
pium officium. De hac officiosa seu Oeconomica et pia mu-
tuatione haud dubie loquitur lex Dei quæ prohibet Usuras a
fratre petere et Christus cum ait: date mutuum nihil inde
sperantes. Et hæc mutuacio est officium uirtutis, non est ne-
gotiacio, et ut hoc officio pii iuuent calamitosos egentes præ-
sertim pios, docendi et hortandi sunt. Et esse debet gratuitum
officium, et gratuita mutuacio.

Secunda species usitata mutuacionis est qua ad pro-
fusiones petunt Principes pecuniam mutuo, et plerumque pe-
tunt magnas summas. Hic duplex est peccatum: petens mutu-
um, petit ad inhonestas profusiones. Dans mutuum captat
lucrum, et postulat usuras. Hæc mutuacio non est officium,
sed quædam turpis negotiatio dissimilis ueræ mutuationi,
et ab ordine contractuum recedens, quia Usuræ sunt contra
naturam. Tollunt enim æqualitatem et exhauriunt unam
partem. Peccat autem dans mutuo sicut causa lucri in-
iusti causa præbens hospitium lenonibus et furtis, Et peccat
insuper quod petit Usuras, quæ sunt reipsa quædam furta.

Tertia

Tertia species est; mutuo dare negociantibus et quaestum facienti; haec mutuatio est usitata inter mercatores. Hic quaeritur an aliquid liceat petere supra sortem. Hic doctores dixerunt de eo quod interesse siue interesse, et habet haec sententia iustam et probabilem rationem, quia nemo debet cum detrimento alterius locupletari. Si mercator negotians dat mutuo 200 aureos alteri mercatori negocianti, cum esset et ipse usurus sua pecunia in sua negotiatione. Iam aequum est, et sarciri et compensari hoc incommodum, id vocant interesse lucri cessantis. Poterit [illegible] petere hoc interesse sed sit modus et non sit captatio. Si in tali casu seruetur modus, quinque de centum: non uellem damnare talem contractum, et ideo eum concessi, a Panormitano, Hostiensi et aliis de negociatoribus quorum ut ipsi loquuntur facultates sunt in pecunia. Valeat ergo haec regula quod Euangelium sinit nos uti politicis legibus, non pugnantibus cum naturali aequitate. Cur non aliquis lucrum faceret de eo in quo mihi in mea negociatione opus erat. Sed sic modus ut dixi. In Belgico decreto, quod ante quatuor annos statutum est, Nimium conceditur foeneratoribus, ubi permittitur et decentum; confirmatur enim captatio quae ab hoc contractu abesse debet. Secundo reipsa haec mutuatio negociantis affinis est Societati, si tamen dans mutuo paratus esset partem damni sustinere, si accipiens mutuo sine culpa sua tali aliquo damno afficiatur. Iam quaeritur discrimen inter usuras et inter rationem interesse. Usurae sunt quando in mutuatione petitur et datur supra sortem amplius quiddam ei qui principaliter dat mutuo lucrandi causa h. e. captandi lucrum, et potius ad tales quaestuosas mutuationes conferenti pecuniam; Tales sunt plerumque foeneratores. Sed in

"Pr[illegible]" (margin)

1540 (margin)

Sed interesse est quod datur negocianti, q sine damno non caret pecunia quam dedit mutuo, & non captanti lucrum. Haec à bona conscientia mediocriter discerni & diiudicari possunt. Tenetur regula Pauli qui furatus est non furatur amplius. Et manet fur, q alienum uolens retinet. Sed datum p uero interesse & non simulato non est furtum aut alienum. Ideo hic etiam restitucio non est imponenda. Sed de Usuris & umbschlag dico ueras Usuras, & umbschlag simpliciter damnari debere. Et de restitucione piis pts hoc modo consului, si creuerint mutuationib. & Usuris acceptis à prodigis principib. aut nobilibus, his dico q'd talib9 non debeant gratis mutuo dare. Pa ea mutuacio non est officium. Petens mutuum ht animum de alieno lucrandi & cum damno alioq. Ideo ht aliqd q interesse dantib. mutuo. Sed plerumq accidit his q prodigis Principib. mutuo dant, ut simul cum Principib9 redigantur ad inopiam. Sicut Schantio & aliis cum Moguntino accidit. Ita tales mutuo dantes magnum periculum de non soluendo sustinent. Deniq res pene ludo similis est, & quasi Venatio qdam in qua incertissima fortuna est, & si quis creuit ex hoc ludo, non iubeo ludenti principi prodigo restituere q uoluit quasi per mutuum auferre alienum, sed dentur aliis piis & uere Elemosinae. Et sic lex concedit suis Iudeis ab Ethnicis accipere Usuras. Sic in tali casu, in magnis summis posse accipi interesse praesertim in tanto periculo sortis existimo. Neq hoc dico ut foeneratorum auaritiae patrocinetur, sed ut his, q desinunt se talib. mutuacionib9 implicare, posset consuli, quomodo

do postea bona conscientia res suas possidere possint. Sint libe-
rales in ueris Eleemosinis, hoc est in iuuandis Ecclesijs, pauperibus mi-
nistris, in iuuandis orphanis, et ueris exercitibus pijs.
De tertia specie: Si qui creuerunt ex mutuatione tertij gene-
ris, hoc est qui dederunt mutuo negociantibus et acceperunt inter-
esse ut supra descripsi, tuto tenerent hanc compensationem suorum
damnorum et bona conscientia, sed quia disceditur ab aequitate et
accedunt lucra illicita, si uident eos qui soluerunt supra sor-
tem esse exhaustos et expilatos, et possunt ipsos iuuant et donent
ipsis largiri seu multis seu paucis ut est possibile. Si autem
absunt aut sunt ignoti, ut saepe fit, de consilio docti et pru-
dentis Viri cui conscientiam patefacit, talis quispiam largiatur
Eleemosinas ueras, ut supra dictum est et deinde in mutuationi-
bus uideat ne capiat Vsuras. Haec collegi non ut leges facerem
sed uolo deliberari à prudentibus ut pijs et se emendantibus
consuli possit. PM.

Sententia D. Philippi Melanthonis
De loco Actorum 19 de Baptismo Johan-
nis scripta ad Vitum Theodorum 1543

Etiamsi diuerso modo significantur Baptismus Johannis et
Baptismus Apostolorum: tamen et res easdem significant, et sunt effi-
caces ambo ad salutem recte credenti. Judico etiam fuisse sin-
gulare opus Dei inchoationem Baptismi quam Deus à Johan-
ne fieri uoluit, qui missus est ut esset huius nouae Ecclesiae quasi
praeparator. Nec de eius Ceremonia sentiendum est tanquam
de traditione humana, aut ritu ocioso, tantum significante no-
uam confessionem coram hominibus, sicut scripsit Cinglius. Re-
jicio

Ideo etiam imaginationem eorum qui dicunt Johannis Baptismum significasse quidem pænitentiam, sed non remissionem peccatorum, nec profuisse. Ac diligenter hac de re cogitanti, quid est predicatio pænitentiæ sine remissione? Talis pænitentia esset sine inuocatione Dei et res Ethnica. Imo talis prædicatio tantum esset mortis, iræ et blasphemiarum ministerium. Item Johannes aperte dicit de remissione peccatorum. Ecce est agnus Dei qui tollit peccata mundi. Item qui credit in filium habet uitam æternam. Item textus ipse in actis cap. 19 clare dicit: ut crederent in Venturum. Et quamquam uocatur Baptismus pænitentiæ tamen non diuellenda est remissio peccatorum. Quod uero Johannes discernit se Baptizantem et Christum, personæ discernuntur. Vnus est donator uitæ æternæ, filius Baptisans spiritu Sancto et igni id est uiuificans et saluans. Sed cæteri omnes, Johannes et Apostoli sunt ministri uerbi, per quod Dominus est efficax. Neque uero hoc dici potest quod aliqui dicunt Johannis Baptismum non fuisse integrum quia non docuit de spiritu Sancto, Imo clare dicit Christum Baptizaturum esse spiritu Sancto. Tradit et totam doctrinam de patre filio et spiritu Sancto patefactam cum Christus baptizaretur. Si quis contendet Baptismum Johannis tantum fuisse Ceremoniam significantem pænitentiam et non remissionem, nec profuisse, et tamen somniat Johannis doctrinam fuisse quandam humanam disciplinam, certe non recte sentit de tanto ministerio et tanta uocatione. Meministi ineptias Erasmi qui scribit Johannem concessisse bellum, quia imperfectis prædicasset, Christum postea perfectiorem legem tradidisse de non bellando. Sic de Johannis uocatione

catione et ministerio sentire, insulsissimum est. Retineamque ergo hanc sententiam Johannis baptismo significatum esse poenitentiam et remissionem, et si quis sic decessit ante praedicationem Christi, haud dubie fuisse haeredem uitae aeternae.

Cur igitur Paulus Baptisat eos qui antea a Johanne Baptisati fuerant? Respondeo Propter multos nouos articulos fidei. Res easdem significant hi Baptismi, sed dissimili modo; ut uero de modo emendaretur error, tales ab Apostolo Baptisandi fuerunt. Sed Baptismus Apostolorum est testimonium Christi exhibiti, crucifixi, resuscitati regnantis, inchoantis uitam aeternam donato spiritu Sancto. Haec omnia minus explicate adhuc norant, adhuc expectabant multi Messiam daturum imperium Judaeis, domiturum gentes, partiturum prouincias. Est autem ministerii pars praecipua doctrina, in qua cum iam quaedam essent patefacta quae prius nondum fuerunt patefacta, Symbolum accessit quod comitari Doctrinam debet. Nec damnatur prior Baptismus, ut Anabaptistae nunc damnant infantum baptismum. Sed confirmatur emendato errore. Nunc enim testantur Apostoli recte factum esse quod a Johanne Baptisati sunt et quod ei crediderunt et praedictum a Johanne salutem iam exhibitam esse. Sed si nunc manerent in opinione adhuc expectandum esse Messiam, polluerent baptismum priorem, suique erroris labe, qua etiam amitterent donatam reconciliationem, si nollent assentiri nouae praedicationi Apostolorum. Ergo ut intelligerent uere exhibitam esse salutem, accipiunt cum baptismo etiam manifesta dona Spiritus sancti, ut intelligant Messiam inchoasse nouum et aeternum regnum, et deponant imaginationes de Imperio. Antea fide uenturi Domini credebant sibi remitti peccata, nunc agnoscunt exhi-

ma.

manifestis donis Spus sancti, datam esse remissionem peccatorum.
Hanc iudico simplicissimam esse explicationem. Disserebam
heri et cum Luthero de hac re, qui nolebat dici rebap-
tisationem. Et dicebat utroque baptismo fuisse utendum propter
diversos Articulos, scilicet de Venturo et exhibito Christo.
Vitabis tu quoque odiosum nomen rebaptisationis.

Viro optimo D. Paulo Ebero
Philosophiae Magistro in Academia Wittembergensi.

Witebergae 12 Martij
1543. P. M.

S. Commentarios dedicatos Principi Augusto exhibuj ipse.
Princeps liberaliter respondit. Riuio etiam spem fecit mune-
ris mittendi autori. Amo Riuij ingenium et laudo volunta-
tem erga studia theologica. Scripsit libellum quem tibi
mitto, meo iudicio utilem. Loquitur enim proprie at satis
adparet quam dextre controversias intelligere. Haec de
libellis exhibitis narrato Vito et Ambrosio Reutero.
De conventu nihil audimus; de familia sum sollicitus. Nam
somnio quodam moveor de filio, quem optarim esse fir-
miore valetudine, et posse servire Ecclesiae. Sed profecto
tanta est perturbatio omnium rerum, tanti principum
furores, ut bene agi cum adolescentibus iudicem qui medio-
criter percepta doctrina de filio Dei, ex hac aerumnosa
vita evocantur in caelestem. Haec in auriculam dicito filio. Com-
mendo tibi familiam meam. bene vale et rescribe
Die XVI Martij. Salutem dicito coniugi meae liberis
Joanni D. Milichio et Vito Lipsiae.
Jam audimus Budam venisse magnas copias Turcicas.

Philipp. Melanthon

Non edita

Non edita

Delectatio negligentia.

"curru"

Viro optimo Magistro Paulo Ebero in Academia Vitembergensi amico suo.

Mitto tibi versiculos in curru compositos qui tamen malam gratiam Musis nris retulerunt. Nam in aditu Bavariae eversus ita mihi quassavit dextram sub χάρπω, ut vocant, ut ea nondum uti possim. Eo fit ut literas mittam aliena manu scriptas. Conventus nondum nobis argumentum suppeditat: quia publicae deliberationes hactenus non sunt inchoatae. Wormatiae literatas Germanorum copias aliquanto maiores habuimus, quam hic. Absunt n. adhuc Norimbergenses concionatores et plerique alii. Venerunt huc ex Italia Contarenus Cardinalis, et ex Anglia Wintoniensis qui an adduxerint aliquos insigni eruditione praeditos nondum rescivi. Nam utraque ~~natio~~ natio nobis minus familiaris est. Galli nos plures accedunt quam magis favent et literis et purae religionis doctrinae. Audio multos in aula Caesaris moderatissime loqui de hoc ipso genere doctrinae quod Eccla nostrae profitentur. Mira est imperatoris in omni apparatu modestia et in respondendo lenitas. Videtur serio cupere ut civili modo dirimantur controversiae publicae, eamque ad rem adhuc quidem dicitur Granvellam hortatorem habere. Sed scio ψευδιεραλικὸν τάγμα πάντα κάλων σείειν, ad pia et moderata consilia impedienda. Deum oremus ut servet et gubernet Ecclesiam filii Dei. Domino pastori dices me iam dictando pertexere scriptum de ordinatione. Familiam meam tibi commendo. Si me ratio dierum non fallit, hodie venit Vitebergam Marchio Elector cum familiaribus. dabitis, ut spero, literas ad nos et de

348

de domesticis reb. & de schola. Bene uale salutem opto coniugi liberis & reliquae familiae. D. Chiliano, D. Milichio, & Vito. 29 Martij Ex uetere Rhetorum Colonia ad Istrum.

Philippus Melanthon

Scribit ad uos D. Philippus historiam huius conuentus, ex quibus quid expectetur de ipsis actionibus aut quid diuinetur potius intelligitis abunde, Nec habeo plura aut certiora quae scribi possint. Vehementer expeti uidetur non tantum a nostris, Macedone praecipue aduentus Illustrissimi Principis Electoris, sed etiam ab ipso Imperatore: Sperant enim multum & authoritatis & adiumenti allaturam eius praesentiam ad publica negotia. Nondum scimus, sint ne principes aduersariae partis huc adducturi suos theologos cum quidem neminem audiamus addesse praeter Cocleum qui a suis etiam deridetur, nec ulli usui est nisi quod edit insulsos libellos & virulentos. Eccium aiunt cupidum huc accurrendi, ut suas efflaret glorias apud stultos, retineri a Bauaris. Ex nostris adsunt hi tantum Coruinus, Chilianus, Dionisius. D. Draco, Ioannes Pistorius adducti a Lantgrauio. Ex ciuitatibus Bucerus & Caluinus. De continuando colloquio, ita ut Wormatiae ceptum est, uix sperari potest. Hoc apparet quaeri, ut paucis quibusdam delectis ex uoluntate partium detur negotium conferendi inter se de doctrina & quaerenda concordia & interea utrinque pax sit aut potius induciae. Verum huic consilio maxime obstat, quod ab altera parte non inueniunt homines ad has res accom-

das

das idoneos, & propemodum Imperator ipse destitutus consilio herere uidetur & à nostris accepturus si quæ ostendantur via. Nunc expectatur aduentus Moguntini qui mirum nisi uere erit Dauus ad disturbanda consilia si quæ inueniventur utilia reipub. & Syrus ad fallendos omnes. Sed Deus et hunc aliquando in astucia sua comprehendet, quem rogemus ut Ecclesiam suam adiuuet & conseruet. C Cinag

Moguntinus } Dauus } Syrus

Viro optimo M. Paulo Ebero Vuitebergæ in ædib. Philippi Melanthonis.

non edita } S. Totos iam quatuordecim dies uti dextra non potui. Nunc etsi adhuc tumet manus, & rigent digiti, tamen has primas literas quoquo modo. Medici narrant tardam fore curationem. Sed Deus faxit ut sim ὀεγανον Χριστου Tῃ ἐκκλησία αὐτου, & ad eos usus mihi restituat ὅς ἐστιν ὀεγάνων ὄεγανον Mitto tibi poema de ordinandis sacerdotib. quod in hoc otio composui. Versiculi sunt, ut uides, sed hæ materiæ certam quandam Verborum postulant. Si quis tamen uberiore uena præditus hoc argumentum retexeret & aliquid splendoris adderet, uidete non mirandam addu~~x~~ operam. De conuentu præter ea quæ nuper significaui, nihil habeo. Hodie putabatur initium fore publicarum deliberationum. Sed nescio quæ moræ causa inciderit. Non enim quæro causas ubique plerumque casu euenire uideo. O fœlices qui in scholis mediocribus; in optimis studijs consenescere licet, ac procul abesse à Centaurorum negotijs Nec scholastica uita pri

priuatum otium existimari &c, Magis prosunt uitæ homi-
num illæ nræ disputaciunculæ τὰς ἑβδόμους ἡμέρας, quam
hæ inutiles rixæ conuentuum. Apolis & Salutem
opto coniugi, liberis, familiæ, Milichio & Vito. Hic
nuncius rediturus est, quare dabitis ei literas.

Philippus Melanthon

D: Gregorio Pontano, Can-cellario &c

S. Clarissime atq. obseruandiss. D. Cancellarie, patrone obser-
uande: Hodie, quod faustum et fœlix sit, colloquium publice incep-
tum est, præsente Commissario Cæsariæ Maiestatis & utriusq.
partis consiliarijs & legatis. Collocutores sunt Eccius a par-
te altera, & Dominus Philippus a nra parte. Singula uer-
ba quæ proferuntur diligentissime scribuntur. Eccius morem
suum obtinet, Est insigniter impudens, sed nactus est Antago-
nistam qui causam ueritatis explicare, ornare, & aduersarium
premere & urgere potest. Videtur mihi David congre-
di cum Goliath. Neq. dubium est quin ueritas quæ est pro
nobis uictoriam obtinebit. D. de Granuel diligentissi-
me audit causam, at omnium oculi & aures arrectæ sunt
cum D. Philippus ueritatis defensionem proponit. Estq. sum-
ma dissimilitudo eorum quæ ille & quæ hic profert, ut D. V.
breui Deo uolente uidebit. Magno negotio tandem impetra-
uimus ut res sit cœpta, Neq. dubito quin hoc colloquium
in propagationem uerbi diuini cedet. Illustratur & orna-
tur causa ueritatis quam isti fumosis consultationib. obscu-
rare & opprimere moliebantur. Valde enim lucem isti fu-
giunt. Nullus legatorum Pontificiorum interesse uoluit neq.
ulla

ulla adhuc pontificis mentio facta est, & tamen tres hic sunt
Legati pontificij. Nam & Fernesius qui aulam Caesaris sequitur
heri huc uenit, cum satis magno comitatu. Ac Caesarem ferunt
breui uenturum Spiram & inde Ratisponam properare ad
Comicia. D. de Granual ~~[illegible]~~ cum quo iam saepius
fuimus de animo & uoluntate Caesaris optime pollicetur; Affir,
matque eius Maiestatem aliud nihil quam Christianam Concordiam
& stabilem ac perpetuam pacem in Germania constituendam esse
cogitare, Multa interim addit de singulari fauore erga il,
lustrissimum Principem nostrum. Verum ego statuere non
possum an illi Principum magnorum & monarcharum Consi,
liarij, ex animo loquantur, an uero hanc solam sapientiam
putent omnia pro occasione & tempore simulare & dissimu,
lare. Hoc quidem uerissimum est ipsum contra Pontificis
uoluntatem hoc colloquium de relligione urisisse, et uix tan,
dem eo ut ceptum est perducere potuisse. Nam Moguntinj
& Bauarj acriter contra id contentati feruntur, & res osten
dit illis hoc summe displicere, atque ideo quod toti pendent,
a Pontifice, adeo ut ego mihi persuadeam, Bauaros ha,
bere peculiaria foedera cum eo. Ex Gallia hesterno die
hoc allatum est, Cancellarium factum esse Cardinalem cumque
amplum Episcopatum consecutum. Ideo uix est uerisimile
eum de relligione consentire posse. Alter tamen uidelicet Bella,
ius semper habitus est constans ac fautor uerae doctrinae
relligionis, Ego institutum colloquium non diu duraturum arbi,
tror, sed futurum ut ad Comitia reyciatur, praesertim cum
Caesar adeo eo properet. Wormatiae.

Francisus Vinarien,
sis

Bella
ius

Clarissimo Viro D. Martino Luthero
Theologiæ Doctori instauratori puræ
doctrinæ Euangelij, patri suo in Christo
unice obseruando. Caspar Crucigerus

S. D. Quod factum fœlixque sit et Ecclesiæ et reip: post trium
prope mensium odiosas concertationes tandem constitutum
est, ut inchoaretur collocutio, iuxta Haganoēse formulam.
Estque illius heri factum initium. Eo adacti sunt aduersarij,
ut nulla iam satis honestam speciem haberent ad detrectan-
dum, Etsi tam multa χρυσολογ... quæsiuerunt, tamen
inter ipsos ne in hac quidem postrema deliberatione habi-
ta amplius octiduo satis conuenire potuit. Moguntinj ad-
iunctis sibi Romanis in eo persisterunt, ne ita ut à nostris pe-
titum esset procederetur, præsertim cum haberent mandata
à Cardinali, nihil ut nobis largiretur, Neque discederent
à condemnatione Augustana: de eo protestati sunt. Sed
Granuellus autoritatem Cæsaris prætendit: et illi assensi sunt
Colonienses: Palatinus et Argentinensis Episcopi legati,
ut institueretur colloquium. Initia adhuc bene se hnt. Eccio
delecto ab aduersaria parte, collocutor oppositus est D.
Philippus. Quare erat optandum collocutionem tempesti-
ue inchoatam fuisse et ius sententiæ dicendæ ac suffra-
gationum singulis liberum relictum fuisse. Neque enim dubi-
tamus quin plures ex aduersaria parte nostra sententia pro-
baturj palam fuissent, tam dextre et explicate proposi-
tam

Ecci-
us

tam, ut nemo uir bonus & amans pietatis refragari possit.
Eccio, ut scis, nemo alius frontis est magis perfrictae, nec quic-
quam nisi meros Thrasonismos stentorea uoce crepat, qui iam
initio incipiunt moderationib. in aliqua parte molesti & odiosi
esse, Ac Philippo multo attenciores aures praebentur. Quid
de processu colloq. sperandum sit scribere non possum, Gra-
nuellus uidetur coactus esse magis quam serio uoluisse ut iu-
beret inchoari colloquium. Quantum .n. suae aestimationis
iacturam facturus fuisset, si re infecta discessisset? Cui tan-
ta cum expectatione, tanto comitatu, tanta etiam cum au-
toritate Caesaris, plenus & spe & pollicitatione munerum
non contemnendorum, aduenerat. Verum uidet rem omnem suo
impetu ferri, contra quam ipse suis consiliis dirigi uoluit. Et
si sic procederet collocutio, ut integre & ordine de singu-
lis articulis fieret explicatio, satis ipsis aduersariis appa-
ret, quantum detrimenti ipsorum ca. acceptura sit. Quare
ex ipsorum sermonib. animaduertitur non futuros progressus
collocutionum diuturnos. Ac fortasse intra paucos dies abrum-
petur. potest .n. aliqua cum honesta [illegible] praetexi aduen-
tus Caesaris & initia conuentus Imperialis. Tametsi de Cae-
sare quid omnino animi habeat non potest intelligi. Ali-
quot iam dies in locis uicinis ditioni Palatini Electoris
commoratus est. Dicebatur intra dies sex uenturus Spi-
ram & accessurus Heidelbergam. Nec incertum modo
est an uelit progredi, Imo etiam haud scitur an pro-
gressurus ~~Heidelbergam~~ sit conuentus Ratisbonam in-
dictus. Nunc etiam Palatinus Elector suos omnes quos

con-

conuocarat ad excipiendum Caesarem, reb. omnib. iam magno sump-
tu instructis & apparatis, domum remisit: Videtur abiecta spe, quod
ad ipsum accessurus sit Imperator. Dicitur enim indigne ferre
quod ipsius legati ad nostram sententiam se adiunxerint. Ideoque ex-
istimatur per aliam uiam processurus, si tamen progredi uo-
let. Si nihil aliud tamen hoc boni affert inchoatum collo-
quium quod aduersarijs non integrum erit hanc formam mu-
tare, cui iam assensi sunt, ut reb. hoc modo ordine dispu-
tatis ueritas proferatur. De ipsa collocutione plura scribere
non licet, cum iuramento obstrictus sim, ne ista Musnelia
proferam, quae tamen mox existimo etiam in tonstrinas per-
uasura esse. Ante biduum aduenit huc Cardinalis Far-
nesius Nepos pontificis, quid hic acturus nescio. Non-
dum se quisque pontificiorum legatorum ostendit in ipsa col-
locutione, Nec existimo postea prodituros esse. Opto te
mi Chariss. & in domino reuerende Pater, Una cum ho-
nestiss. coniuge & familia & omnib. nostris bene Valere.
Ignosces tam negligenter & inconditè scribenti. D. Docto-
rem Ionam, Doctorem Pomeranum, Georgium Rotari-
um ex me salutes oro. Wormatiae XV Ianuarij Anno
XLI.

Caspar Crucigerus.

Ad Episcopum Coloniensem.

edita

S. D. Illustrissime & Reuerendissime Princeps. Etsi pri-
uatim mihi beneuolentia R. D. T. gratissima est, tamen
multo magis reipub. causa gaudeo quod R. D. T. Sic
animata est, ut non inflammare & exulcerare Ecclesiae
mala

mala uiolentis consilijs, sed sanare ueris remedijs cupiat. Nec uero dubium est quin ubiq. terrarum ac praecipue in Germania multi pij assiduis uotis & lachrimis optent, ut diuinitus tandem aliqui gubernatores Ecclesiarum, autoritate praestantes excitentur ad suscipiendam hanc curam, ut Ecclesiam multis ueterib. erroribus squalentem repurgent & recens laceratam immani principum saeuitia, & uarijs discordijs distractum rursus concilient & recreent. plurimi .n. Principes & Episcopi non modo priuatim exercet in pios crudelitatem indignissimam Christiano nomine, sed iam publice nefarium bellum nobis minantur quam ex re & Ecclesiae & Germaniae Vastitas secutura est, nisi aliquorum moderatio haec consilia impediet. Scimus autem te hactenus à saeuitia abhorruisse, & alienum esse à conspiratione contra nos facta. Quare nunc in te potissimum intuemur, à te petimus ut cum in tanta fastigio Ecclesiae & huius Germanici imperij, collocatus sis, cogitationem & curam de Ecclesia & de patriae salute suscipias. Quid hic conuentus pariturus sit nondum scio, sed si induciae erunt exigui temporis: Adhortor te per Christum, ut postea omni contentione perficias, ut uera deliberatione reipub. consulatur. Synodus Pontificia etiamsi procederet; tamen augeret tantum publica mala non sanaret. Constat .n. quales sint cupiditates, qualia iuditia potentiorum, qui soli in Synodo suffragationem habere uolunt. Ideo opus est Germaniae non solum bonis, sed etiam magnanimis principibus & uere Germanis, qui non metuant Pontificiam Tyrannidem, sed ausint ueteri iure Ecclesiae de salute patriae deliberationem instituere. Quoties .n. non expectata Romani pontificis autoritate, de grauiss. controuersijs Synodi habitae sunt? ut contra Samosatenum

An-

Antiochiæ conuenerunt præcipui in Asia Episcopi, priusq res ad
Romanum Pontificem deferetur. Fuerunt & Alexandriæ & in
Africa frequentes Synodi non indictæ a Romanis Pontificib.
Deniq. extant multa etiam Gallica exempla, & aliarum in Euro=
pa Ecclesiarum, quia Episcopi docti & pij iudicabant ad offici=
um suum vere pertinere, ut celerrime consulerent suis natio=
nib. Nunc in tantis discordijs cum plus quam Neroniana
seuitia exerceatur, cum proposita proscriptione ministris aduer=
sarij nostri palam nobis crudele bellum denunciarint:
Quid agunt Episcopi in Germania? Alij fœdera & συμ=
μαχίας faciunt, ad ciuile bellum contra nos mouendum.
Alij metu potenciorum uoluntatib. morigerantur. In tantis fluctib.
Eccla uelut nauis iactatur, in qua ab ipsis gubernatoribus fi=
deles nautæ interficiuntur, laxantur remi, euertitur malus, per=
fodiuntur latera. An existimant Rectores q tali tempestate
reip. desunt, Deum non futurum tantæ negligentiæ Vindi=
cem? Cum autem tu unus ostendas te iam autorem pa=
cis & concordiæ futurum esse [Nam Petrus Medma=
nus quem propter eruditionem, pietatem, facundiam &
optimos mores tibi quoq. probari intelligo, narrat nobis te
non Vulgari studio incensum esse, & emendandi Ecclias
& sarciendæ Concordiæ.] Ad ut adiuuet Deus ex animo
precor. Opto autem talem concordiam quæ non inducat
caliginem ueritati, nec ueteres errores astute afficta ex=
cusatione, stabiliat, Sicut in Enchiridio quodam Colo=
niæ edito fieri animaduerti, in quo cum nos hostiliter
oppugnemur & condemnemur, non monstratur aditus ad
con=

concordiam, sed dissidia magis inflammuntur. Nihil tam absurdum est quod non possit effici concinnum, si callidi artifices adhibeant sua pigmenta seu ut Euripides vocat φάρμακα. Sed simplex veritas propter duas gravissimas causas potius quaerenda est. Videlicet ne gloria Dei obscuretur, Deinde ut firma et ad veritatem durabilis concordia constituatur. Nam fucosa non sunt durabilia. Ostendum est igitur ut simplex veritas in Ecclesiis extet et luceat. Nec ulla res est vero Principe dignior, quam veritatis amor et propugnatio.

Itaque precor dominum nostrum JESUM XRM, ut mentem et consilia tua gubernet, ut Ecclesiae et Patriae opem feras. Profecto saepe miror in quibusdam Principibus tam ferrea pectora esse, ut non saltem patriae misericordia moveantur, ut de eorum pace cogitent. Eminere bonitas in familiis Heroicis debebat. At nonnulli ita nos extingui ac deleri cupiunt, simul ut cognatum et civilem sanguinem sitiat. Nec sumptis armis quis sit futurus postea modus aut finis crudelitatis prospiciunt. Alta sedent civilis vulnera dextrae, inquit Lucanus. Nam bella civilia semel mota non facile sedantur, et adferunt dissipationes disciplinae politicae — Ecclesiarum, Syllanas Tyrannides, et alia multa insanabilia mala, quae omni cura principes cavenda putarent, si qua patriae misericordia adficerentur. Tibi vero Germania perpetuam gratiam debebit, quod et impia inimicorum nostrorum consilia detestaris, et autoritatem tuam ad constituendam pacem conferre studes. Beati pacifici, quia filii Dei vocabuntur, Hac

voce

uoce etsi omnes inuitat Christianos ad studium tuendæ publicæ
tranquillitatis, tamen præcipue Episcopos qui sunt duces publici
consilij hortatur, ut sint autores pacis. Nec dubito quin gra-
uissima autoritate huius præcepti ita confirmatus sit animus
tuus, ut labores & pericula libenter subiturus sis faciendæ pa-
cis causa. Hæc scripsi prolixius dolore etiam incitatus,
hoc præsertim tempore. Quare R. D. T. respondit Dux
Saxoniæ, parum momenti adferre priuati homines possunt.
Sed tamen opera nostra bonis Principib. deesse non debet.
Et ego summa uoluntate accurram ad R. D. T. cum
id mihi permittet Dux Saxoniæ, cui operam in Schola
promisi. Ac scio quam libenter R. D. T. gratificari.
Bene & feliciter ualeat R. D. T. Francoforti 17
Martij 1539.

R. D. T.

Addictissimus

Philippus Melanth.

D. Wenislao Linck.

S. Exhibui D. Doctori Martino literas ad eum scrip- — Non edita
tas, In ijs quoniam ad eius consilium rejicis deliberatio-
nem de uocatione, respondit ipse se cum D. Ponta-
no Cancellario collocuturum esse de toto negotio, ti-
biq. sententiam suam significaturum. Nam subito re-
scribere non potuit. Cum. n. redijsset D. Pomeranus

at

attulit literas Regis Daniæ qb respondendum fuit. Item quod faustum felixq. sit D. Jonas iter ingressus est petitu rus Dresdam, ut inchoetur ibi inspectio & institutio Ecclesiarum Misnensium, quam ut Deus adiuuet ex animo precemur. Voluntas senis principis est digna laude. Cupit n. pie & liberaliter constitui Ecclesias. Vtinam te haberet, horum consiliorum adiutorem. Si Lypsica Academia Theologos uere cum nris sentientes habitura est, plurimum consensus Academiarum ad cæteras nationes muandas proderit. Eam ad rem multum conducere tua opera et autoritas posset. Misnensis Episcopus exhibuit quoddam scriptum Principi Henrico, in quo formam doctrinæ & emendandi Ecclesias proposuerunt. Quanq aut quædam ex uera Doctrina decerpserunt, ut scriptum esset plausibilius, tn postea nimis duriter flagitant traditiones humanas & nos rephendunt. Ideo non sequtur Dux Henricus hq scripti formulam. In Anglia rursq opprimitur pia dna & triumphant aduersarij nrj. Quidam

suspicantur ideo hæc fierj qa sint deliberationes de Nuptijs inter Carolum Imperatorem & filiam Regis. Audio multos pios in magnis periculis uersari, quos Deus confirmet. Bene uale. Philippus

Oratio ꝛc Authore Philippo.

Etsi leges uetant mulieres causam dicere, Optime Imperator tamen cum non tam ad dicendam causam quam ad deprecandum exilium maritorum ac liberorum nostrorum, hic cœtus ad te accedit, ueniam nobis dabis. Quanq. n. & pudor & metus sexuj nro pprius, phibuit nos, psertim ad armatum egredj, tn uicit omnia Vincula charitas liberorum ac coniu

gum

qūm, quæ in nā insita tantam uim hēt, ut nullo periculo deter-
reamur q° minus opem feramq iis, quoꝝ nobis salus nrā uita cha-
rior atq. antiquior est. Hunc animum & leges tuæ laudant
et tibi, Cæsar, pro tua præstanti natura & bonitate probarj
non dubitamus. Quid .n. autem honestius aut rebuspub. uti-
lius est, quam & coniuges erga maritos & matres erga
liberos sic adfectas esse, ut illoꝝ salutem uita sua potio-
rem ducant. Tametsi nobis ipsis, non solum maritis & li-
beris nrīs arma tua minantur, sed nobis nrā uita nihil
opus est amissis maritis ac liberis. Ideo te, Cæsar, per tuam
bonitatem, per amorem q° coniugem & liberos complecteris,
per tuam iustitiam quā domesticam fidem coniugum tuendam
esse sentis, oramq ut nos clementer audias, deprecantes pro salute
maritoꝝ ac liberorum nostrorum, deniq. pro nostra etiam. Emi-
tuit bonitas tua, cum hosti qui gesserat arma contra te ac
dignitatem tuam, pepercisti. Huic tuæ bonitatj minimè con-
uenit duriorem te esse aduersq inermes, supplices mulieres
paruos pueros, deniq. aduersus eos q nunq ulla in re digni-
tatem tuam oppugnarunt, nunq reip. tranquillitatem
perturbauerunt. imo qui assiduis precib. à te & tibi in-
columitatem & fœlicitatem & reip. pacem exposcunt. Hor-
tantur te quidem hōes impij et crudeles ut nrōs coniuges
nos, ac liberos nrōs & hos populos, qui hactenq magno
suo periculo nobis hospitium præbuerunt, ferro atq. armis
deleas. Quid autem indignius fuerit, Cæsar, tua bonitate
quam ministrum te alienæ crudelitatis fierj? Primu .n.
causam uide, & q præcipue petantur hoc bello. Neq.

enim

enim hoc p̃cipue agitur ut hy principes deleantur, q et cog-
natione & alijs uinculis arctiss. tecum & cum cæteris Princi-
pib. coniuncti sunt, sed bellum nobis p̃prie infertur h. e. mi-
seris sacerdotib. q sunt inermes, & miserrimis mulierculis hoc
Vxorib. & nris liberis. Non .n. obscurum est principes in sum-
ma gratia apud te futuros esse, si nos cedamus. Nec ueniunt
in discrimen p̃pter ullam cām aliam, nisi propter q̃ddam
pium & humanum officium, qđ neq; crudelitatem in nos exer-
cere ipsi, neq. alienæ sæuitiæ mactandos nos obijcere uolue-
runt. Quæ est igr isthæc iracundia: arma aduersus nos sume-
re; à qb. quamlibet irati Victores alioqui, captis ciuitatib,
uim abstinent, aut quæ potest esse laus, magnis & fortibq ty-
na uiris, ferro inermes sacerdotes, imbecilles mulierculas &
pueros trucidasse. Deinde uide quæso: Imperator: pro qb.
arma geras, quarum rerum defensio, nrõ interitu, nrã cæ-
de quæratur. Flagitiosas libidines suas non defendi solum
ß etiam confirmari & augeri tua authoritate impuri pontifi-
cis postulant. Utrumq. autem tua fœlicitate & sanctitate
ac pudicitia tua indignum est: Trucidare innocentes, eoq.
crudelitate aliorum libidines defendere & confirmare. Neq.
.n. belli causa ulla alia dici potest, q̃ qđ hi miseri maluerunt
esse casti coniuges, quam incesti cælibes. Nulla uero ætas
nulla resp. unq̃ fuit tam inimica Coniugijs, ut bellum simili
de causa mouerit, aut armis ac ui coniugium p̃hibendum esse
duxerit. Nunc in Ecclã suscipitur hæc noua et inusitata
crudelitas, cum in Ecclã maxime debebant excellere dilectio
& misericordia. Et quidem suscipitur ad defendendas fla-
gitiosas

gitiosas libidines, cum in Eccla coniugium tantopere polliceatur, & uagi concubitus prohibeantur. Sed causam allegant cur tibi autores sint arma aduersus nos summendi, quod ipsorum constitutionib. non pareamus, quae coniugium nobis interdicunt. Etsi haec non est causa cur nos interfici cupiant, sed scelere atq. odio mouentur, quia suas libidines reprehendi nolunt, tamen pauca de illis constitucionibus dicemus. Scimus te, Sanctiss. Imperator, non tam constitutiones ipsorum, quam authoritatem Ecclae defendere cupere. Hanc, ut decet, & maxime facis ipse, & reuerenter ab omnibus gentib. coli postulas. Quod cum ita sit, te obsecramus, ut uideas quae sit uera Ecclae autoritas. Nam hae constitutiones, quas nunc allegant, non solum nouae sunt & ignotae ueteri Ecclae, sed etiam damnatae clarissimis sententiis, tum scripturae tum ueteris Ecclae. Postea quam pontifices abiecta cura relligionis tum concupiscere Dominationem, postea quam belligerari cum regib. & Imperatoribus coeperunt, ibi haec lex nata est, quae prohibet coniugia: quia uidebatur Dominationi, Et quia Pontifices occupati aliis rebus, munus docendarum Ecclesiarum permittebant Monachis, cum alii errores multi in Ecclam irrepserunt, tum et haec impia persuasio de uotis, quae & ipsa profuit monachis ad authoritatem stabiliendam. Quare nunc minimam faciunt Ecclae Pontifices, cum has leges de coelibatu ideo propugnare iubent, ut Ecclesiae defendatur authoritas. Nam has leges Tyranni & hostes Ecclae

con-

considerunt. Non .n. Ecclā eas leges sibi tribui uult, quæ pug,
nant cum diuinis præceptis, et cum Vniuersæ Ecclesiæ decretis
præcipit .n. scriptura, ut Deo potius quam hoībq obtemperemq.
Porrò Christus disertè docet neminem sine peculiari dono cæ,
lesti, uere in cælibatu uiuere posse, et iubet eos uti coniu,
gio q in cælibatum non sunt idonei. Quid igr faciant
hi quib. id donum non contigit, qui errore aut etiam per
uim in hæc uitæ genera detrusi sunt, quæ cælibatum fla
gitant; Vtrum satius est, hos castè in coniugio uiuere, an
et sese & Vniuersam Ecclam nefariis libidinibus polluere.
Non est lex sed impia Tyrannis quæ tot scelera simul parit,

Lex de Cœlibatu

opprimit diuinam legem, conscientias contaminat grauissi,
mis peccatis, & ad desperationem h.e. ad perpetuam im,
pietatem & exitium adigit, postremo Ecclesiam et totam
rerum naturam polluit. Punit .n. Deus libidines non solū
in ipsis autorib., sed in toto genere humano. Id historia diluuii
& Sodomorum & pleraq alia exempla testantur. Cum igr
hæc lex sit ignota uerę Ecclæ, tua arma non Ecclæ autorita
tem defendunt, sed Pontificum iniustam Tyrannidem, qui
primum suam dominationem deinde & libidines nra cæde
confirmari postulant. Vides belli causam: Imperator: & qb.
arma minetur, nempe innocentib. & qdem miseris Sacer,
dotibq, in qb. multi sunt Viri docti præclare meriti de Eccla
etiam iudicio sapientissimorq Virorum apud omnes nationes
Postremo horum Vxoribq & liberis. Huic toti generi in
omnib. bellis parci solet. Tua fælicitas hactenq ita om
nium regum opes & fortunam uicit, ut omnes gentes

ag.

agnoscant singularem, erga te beneuolentiam Dei esse, quam
qdem tua uirtus etiam hactenus meretur. Quem n. in omnium
gentium annalibus & historijs legimus in secūdis rebus, fuisse mo=
deratiorem: cuius clementia maior fuit unquam. Hactenus bella tamen
depulisti non intulisti. Quare precamur ut in nostra calamitate,
iusticiam atque clementiam tuam potius, in consilium adhibeas,
quam alienam crudelitatem; ne felicitas tua contagione alterius
sceleris & alienæ infœlicitatis corrumpatur. Vidisti n. aliquot
iam annos eam fuisse Pontificum fortunam, ut nemo non di=
uinarit magnam eorum potentiae diminutionem impendere. Ignos=
cite nobis: Cæsar: si uidemur plus æquo garrulæ; solet hoc
sexui nostro tribui. Sed nunc etiam periculum exprimit nobis
& has lachrimas & has querelas. Ostendimus nos & nostros
coniuges culpa carere. Sed fac aliquid esse peccatum
in aliquas constituciones humanas, Et si quid esset uitij
in exemplo quod uideremur contumaces, aduersus eos qui domi=
nantur in Ecclesia; tamen ad Clementiam tuam: Imperator:
confugimus, cuius potius rationem habere debes quam huius
humanæ & nouæ constitucionis. Atque ne legem quidem
ducere debes si a tua Clementia dissentiat, si te ad cru=
delitatem non necessariam & abhorrentem à tua natu=
ra hortetur. Etenim cum summum ius summa fiat
iniuria. Sæpe numero leges ut flectantur ad humani=
tatem, moderatione principum corrigendæ sunt. Ita cum
& hæc lex tota in tua potestate sit, cedat tuæ boni=
tati atque clementiæ, quæ est uiua lex, & legum omnium

domina ut Regina. Debet .n. in summis heroib. eminere boni-
tas. Quanq. quis hoc credat ullos unq. Ecclesiasticos patres
hoc voluisse, ut tam horribili cæde tot gentium hæc lex defen-
datur. Adhibe ter in consilium Cæsar primum tuam Clemen-
tissimam nam, quæ est optima legum interps: Deinde Sy-
nodos ueteris Ecclæ: Postremo omnes q Christianam dilectio-
nem & pstant & intelligunt. Nec uero dubito quin his
autorib. iudicaturus sis alienum esse a lenitate Christiana,
propter hanc legem non necessariam arma summere & cædem
uastitatemq. tot gentium facere. Quam multa incommoda nos
matresfamilias dissimulare oportet, ne turbata domestica con-
cordia funditus euertamq familias, Idq. nos docent sacræ
træ quæ aiunt: dilectionem uinculum esse concordiæ & tran-
qllitatis. Item Dilectio oia tollerat. Neq. uero hæ con-
ciones tantum ad priuatas familias pertinent, sed multo
magis ad Ecclam quæ mater est omnium gentium. Hanc
intuere: Imperator; matremfamilias, eamq. de lenitate Christi-
ana concionantem audi. Hæc sicut nobis præcipit do-
mesticas quasdam offensiones nra dissimulatione tegere
& sanare, ita te qq. ad moderandam iracundiam hor-
tatur. Iubet te quædam incommoda dissimulare, ne sus-
cepta non necessaria sæuitia, ita dissipetur Eccla, ut
postea non facile possit iterum coalescere. Sæpe leuis
controuersiæ pepererunt ingentia Schismata, quæ non ex-
titissent si Pontifices magis commoditate sua adiungere
homines conati essent, q stulte irritare. Et postea or-
tis

tis schismatibus, mutua odia, noua dogmata a factiosis ho-
minibus excogitata sunt, quae Ecclesiam magis etiam dissocia-
runt ac lacerarunt. Hoc accidit in dissensione de Paschate,
de imaginibus et multis alijs leuissimis negotijs. Recens eti-
am Bohemicum exemplum testatur ingentes et perniciosas
tumultus ex rebus non perinde magnis ortos esse. Multa ex-
tant ueterum Imperatorum exempla in quibus apparet eos ut pu-
blicam tranquillitatem retinerent, consulto quaedam leuia dissidia
dissimulasse. Theodosius cum esset acerrimus vindex purae
doctrinae, tamen nullo unquam edicto notauit leuiora dissidia, tamen
aduersus Arrianos proposuit edictum. Nec Imperatores mo-
do hac moderatione usi sunt, Veteres Episcopi etiam no-
luerunt Ecclesiam propter rituum dissimilitudinem lacerari. Ire-
neus reprehendit Victorem Pontificem Romanum, cum Asia-
ticos damnasset quod alia die Pascha celebraret quam nos. In
Graeca Ecclesia sunt mariti; Graecis ignota est priuata Mis-
sa, Habent item ritus in Missa dissimillimos latinorum.
Nemo unquam prudens vir propterea iudicauit
illos esse impios, aut propter illas controuersias bella mo-
uenda aut saeuitiam aliquam suscipiendam esse. Nec
uero hac seruitute oneranda est Ecclesia, ut existimetur
necessaria esse omnium externorum rituum in Ecclesia dissi-
militudo. Et tamen nos non recusamus omnes usitatos ritus
retinere, propter dilectionem, qui non laedunt conscientiam.
Sed abijcere coniuges, liberos, fidem matrimonij vio-
lare, haec uero uetant non solum diuinae leges, sed ipsa

et

etiam natura, Addemq amplius: ipsi etiam ueteres Canones, tantum iubent id nouæ quædam Pontificum Tyrannicæ constitutiones, palam cum diuino, natu, atq Ecclesiastico iure pugnantes. Quid de te Cæsar sentiant isti, q tantæ crudelitatis authorem atq. administrum te fieri postulant, etiam atq. etiam considera. Nos quidem certe eam tibi bonitatis laudem ex aio tribuimq, & tantam immanitatem in natam tuam cadere non posse arbitramur. Tantum ne fucum tibi faciat Eccliæ titulus, quam summa afficiunt iniuria cum ptexunt eig Sanctiss. nomen omnibq scelenbq, Idolatriæ, ambitioni, libidinibus, auaritiæ, crudelitati, deniq horribilibus omnis generis flagitiis. Et ne dubites falso allegari Titulum Ecclæ, Pauli sententiam habes q impostores spus & demones ait authores esse prohibendarum nuptiaq. Non igr Eccla Christi, s Dæmones interdixerunt connubia huic ordinationi; et qd multo est atrocius nunc iubent cogi maritos, ut Uxores abijciant, & liberos deserant, iubent & nos miserrimas mulierculas abstrahi a maritis, & a dulcissimis liberis nris, cum & feræ interfici se potius, quam a natis depelli sinant.
Deum immortalem, non satis ipsa crudelitas magnum argtm est, qua Eccla ad hoc bellum mouendum canat classicum. Eccla ne Chri. an impia factio, q agitur ab eo spu, quem & mendacem & parricidam esse Christq pnunciat?

Literæ D D Luteri Ratisponam
& Wormatiam missæ Philippo

G & p. in Dno. Indignatus sum satis mi Philippe, qd tras nostras non esse redditas intelligo ex tuis, Sed aulæ mores

res & ingenium jmo & satanam eius nosti. Certe quaternas
uos accepisse oportet posteaquam Wormatiae ociati fuistis, etiam
mea manu scriptas nisi quod tibi soli & nomini tuo inscriptas so-
leo mittere, quae est mea ss pigritia & senectus frigida ne
singulis libeat scribere. Nouissimas heri accepimus a uobis
in quibus scribitis de Granuellis oratione (quam & uidimus) & de
articulis petitis a uobis, qui essent Christiani & impetrabiles
& de uestro responso. Gauisus sum de stultitia diaboli .i. de
potentia Christi, quod eos coegit tam stulta facere & petere. Si
qua fuit spes (quia tanta fuit Parasceue in isto Colloquio)
funditus corruit apud me. Quid uis? Quid agimus?
aut subdola, ~~aut subdola~~, aut uiolenta esse oportet quae isti
agunt & dicunt a Satana obsessi, etiamsi maiestatem (ne dicam
lucem) Euangelicam simulent. Dominus sicut promisit dabit
Spiritum suum uobis. Quia uos non estis qui loquimini. Nos hic
oramus & speramus colloquium istud fore nihil. Edictum
Caesaris hic uidimus & excudi curamus, ut mundo palam
fiat etiam Caesaris uoluntas, Ego sane primo aspectu fictum
um arbitratus sum, id quod alij etiam sentiebant, ad dis-
turbandum colloquium istud. Sed odia Satanae sunt Sata-
nica quam ut ~~fingere~~ possit, nisi ea quae nobis perni-
tiosa esse nouerit, Sentit enim non fingi sed omnia, uera,
certa, & aeterna "contra" sese agi & dici. Veni domine Jesu Amen
Quia terret aduersarium tuum spiritus oris tui, Veni etiam
illustratione aduentus tui Amen. Hic non cessatur a

sup

Lycaon

supplicijs incendiariorum, & Heintz à Lupimarsupio fit (Dei gratia) odibilior in dies. Omnia, quod toties scripsi, salua sunt domi, by nostris, ne sitis solliciti. Mittimus excusam confessionem Roberti Barns in Anglia. Dominus reducat uos breui incolumes, quia nihil ibi facietis, quamquam tu estis in XEW omnipotentes. Ergo istud tholium & Bolium non efficietis terram fructiferam. Dimete eos esse tholium & bolium. In Christo omnia possumus & maiora quam ipse fecit. In Diabolo nihil possumus, ideo deseramus eum. Sperabamus te & Gaspare percurrisse nouum Testamentum, Nos sine uobis ausi sumus Job. Psalmos, Prouerbia, Ecclesiastica, Cantica, Esaiam, Jeremiam tradere typis. Vix Ezechielem inuenietis in quo ego ut scis primo tempore cogebar aegrotare: fortasse idem nunc fiet nisi redieritis mature. Vale & saluta omnes nostros. Mea Domina salutat uos reuerenter. Cogitat cythum Wittenbergense, quo uos excipiat reduces domi. Dominus Vobiscum. Amen. Feria 3tia post Nicolai 1540.

T. Mart. Luther

Clarissimo Dno Philippo Mel. seruo & discipulo Christi fideli suo in Dno charissimo. f.

G & p. Etsi nihil erat quod ad uos scriberem mi Philippe Nolui tamen sine literis ad uos nuncium istum uenire, Scilicet ut sciretis uel hac teste manu mea nos adhuc uiuere etiamsi ego nondum possim adfirmare me ualere, Tamen hodie cum esset sol serenus, aura plane Fauonica & terra iucundior solito, sensi nonnihil melius habere me. Domi uero tua omnia bene sunt, et praesertim falsum est hoc de

filio

filio somnium tuum. Amicula Sebaldi & neptis tua leni pu-
to tangebantur calore, sed nihil est periculi. De Blanco uo-
scribant tibi alij, ante e defunctus quam rescisceremus. fertur si-
bi non consuluisse dum in febri balnea non uitaret, simul
& sitim largis bibitionibus extinguere uellet quibus rebus seipsum
extinxit. Nos interim Principem oramus ut de stipendijs
eius parte Musicum constituat. Quid in aula sit futurum
ignoramus. Interim ad nos uenerunt hae Buceri ad te
scriptae quas legimus, de aduentu Contarreni cardinalis,
& alijs historijs, quae ex ipso iamdudum te audiuisse cer-
tum est. Gratulor istis monstris istum contemptum. Deus
adhuc addat multa millia in uindictam incendiariorum
& omnium blasphemiarum. Amen. Nouam tum Satan inue-
nit artem nos occidendi. Toxica miscentur uino lacti
& frugibus. Dicuntur Ihenae XII extincti ueneno uini.
Sed nos id ipsi Vino, uino ipse aulae imputamus. Tamen
Magdeburgae & Northaussiae deprehensum esse dicitur
lac uenale fuisse intoxicatum. Sed Christo sunt omnia sub-
iecta sub pedibus, quam diu ipse uolet & quantum
uolet nos pacientur, interim nos regnamus & illi
pereunt. Velint nolint terram relinquent super stabi-
litatem suam fundatam & orbem terrarum ad flumi-
na preparatum. Caelum uero Domino caeli: multo minus
auferent. Eo uero saluo & uiuo & regnante, nos
quoque salui, uiui, & reges manebimus, subiectis ini-
micis sub pedibus nostris. Amen. Salutat te & uos omnes

Eccle[siae]

Eccl(esi)a nostra, quae orat pro uobis fideliter. Nolite timere, Angeli estis, imo legati .i. magni angeli, quos archangelos uocant, non nostri sed Eccl(esi)ae, imo ipsius Dei, cum esse causam quam agitis, ne portae quidem inferorum negare possunt, etsi resistunt non peruolebunt tamen; Vicit leo de tribu Juda, Jam olim a principio mundi, imo antequam mundus fundaretur; ut nihil sit; quicquid contrarius leo et Draco mordeat aut faciat. Vale Saluta omnes nostros meo nomine reuerenter: feria 5ta post oculi 1541.

Clarissimo Viro D. M. Philippo
Melanthonj Christi discipulo et legato
Regensburgae suo in Dno fratri charis(simo).

G et P. accepimus iam alteras literas: mi philippe, et licet dextrae tuae confractae me miserat, tamen ego neque tuis omnibus neque meis credo. Res nostrae non casu sed certo consilio, non quidem illo nostro tam felici sed nostro solius Dei geruntur. Verbum currit, oratio feruet, spes tolerat, fides uincit et palpare cogimur, et nisi caro essemus dormire possemus securi, scilicet memores illius Mosaici: Vos quiescatis Dominus pugnat pro uobis Nam etsi etiam omnia aliter uelimus consulere, dicere, facere, uigilantissime si dns non pugnauerit frustra uos uigilaueritis. Illo uero pugnante non frustra dormiemus, et certum est ipsum pugnare et paulatim ac pedetentim descendere de throno ad Judicium illud expectatissimum. Multa sunt nimis signa quae id mihi persuadet. Res in domib. uestris saluae sunt, gratia Dei. Nolite timere, Estote fortes et laeti Nihil solliciti,

doi,

dominus prope est. Agant quicquid possunt, Henrici Episcopi,
atque adeo Tursa et ipse Sathan. Nos regni filii sumus;
qui illum consputum et occisum denuo ab istis Henricis Sal-
vatorem colimus et expectamus. Relegi meum librum contra
istum Diabolum Mezentium, et miror quid mihi acciderit,
ut tam moderatus fuerim. Deputo id valetudini capitis,
quae non est passa animum meum erectiore et valentiore
impetu ruptum, sed redeat, si dominus volet. Tractasse
et me rem aliquantulum iuvat de Ecclesia. Valetudo
mea proficit, quamquam tu prophetasti fluxum esse capitis. Vere
non intellexi quid sit fluxus capitis. Nam tunc reumatis,
Muces, pituitae per collum et nares descendit ut mirer
vehementer, quomodo caput, iam senio et labore fractum,
ista monstra apud se intus ferre potuerit, et non potius
singulis horis Apoplexia, vertigo et Epilepsis et si quae
similia, me subito prostraverint. Denique collectis viribus
in praesens versi fluxus in aurem levam die palmarum ca-
put, imo vitam meam ita invaserunt, ut prae dolore in-
tollerabili magnis lachrimis (quod non facile soleo etsi mi-
nus fluebant quam vellem) dicere domino: aut ista de-
sinat aut ego desinam. Neque enim erat biduum feren-
da ista acutissima pugna nostra. Sed sequenti die soluto
Ulcere auris, prodiit sane foeda, livida, cruenta sanies,
neque ab hac hora cessat fluere. Interim in capite sunt
omnium marium et arborum venti, Ut nihil audiam nisi

Hans Creutz

si qs me fortiter inclamet, Medici bene & lęte pro,,
mittunt esse purgationem salubrem; qd expecto. Domi,,
nus faciat qd bonum est. Hoc sane lucrum est qd tutus
lego & Scribo contemptis molestijs vertiginis etiamsi non,,
dum somno frui licet, q soleo. Non haec scribo, ut tu
omina mihi ex hoc casu facias; sed ut scias Dominum ee
in morte uitam. Orationi Ecclę hanc purgationem im,,
puto, Alioq impossibille fuisset istam Camerinam Capitis
me diu ferre. Vale & ora p nobis sicut nos facimq
p uobis. Feria tertia palmaz. 1541.

T. Mart. Luther.

Clarissimo Viro D. Philippo Melanthoni
legato XTI inter hypocritas sed fideli, fra,,
tri suo charissimo.

G. & P. Venit pędagogus filioz meorum M Fran,,
ciscus, patriam & parentes repetiturus, sed prius Germani,,
am superiorem lustraturus. Ideo & Comitia ista voluit in,,
spicere. Ad lras Casparis Cruciger 22 Aprilis datas
respondi, Et optaui ut inter 15 articulos etiam istas max,,
imas Sacramentus tractaret: scil. de Sanctum thuribulum
de Sanctum aspersorium, & de Sancta lignea Crux.
Sed sic oz [illegible] Deus illudet illusores ut Salomon dicit.
Nunc id ago ut Franciscum Commendatum habeas.
Cętera alias & per alios. Ego cœpi deo surdescere
paululum Nisi qd uideo me esse frigidum & inutile
cadauer, cui solum supersit sepulchrum, qd Christus mi,,
hi & opportune & cum gratia donet Amen. Vale sa,,
luta oes nros 3 Cal. Maij 1541.

Mart. Luther.

G & p. Alteras has ad te scribo mi Philippe. Nam vras
ad nos speramus esse in itinere. Ego oro dominum ut gubernet
& servet vos contra insidias Satanae, inprimis custodiat vos a
fasone & sui similib. Nam hodie Princeps nr optimus &
D. Brück dedit mihi legenda consilia illius in pace ineun-
da cum Caesare & parte adversaria. Video eos putare
causam hanc esse quandam Comoedia inter hoies, cum res
declaret esse tragoediam inter Deum & Satanam: Ubi res
Satanae florent Dei autem sordet. Sed Catastrophe erit
ut solet ab initio Et liberabit nos quoque ipse Poeta hus
Tragoediae, omnipotens. Iratus scribo & indigne ferens
istorum ludibria in re tanta. Sed sic oportet fieri, Ut
similes S. Paulo imo Universae Eccla inveniamur sed fal-
sorum fratrum periculis obnoxii & ut signaculum Dei cer-
tum in nobis fiat. Novit Dominus qui sunt eius. Plura scri-
berem nisi scirem te quoque odisse tales & talia. Quid n.
disputamus de neutralib. ut vocat, neglectis primariis arti-
culis scilicet de verbo & Sacramentis, quae Deus requirit, &
in quib. simul ipse negligitur, imo tentatur & ostentui
habetur. Pulchra scilicet pax in neutralib. erit, Interim
seriis & solidis per impoenitentiam post habitis, sed de
his ubi vras viderimus. Venit ad Comitia Marchio cum
Anhalt plenus spebus bonis & magnis, de Caesare imo
& de toto papatu: Utinam dimidiae non falleret. Vale
& saluta omnes nros. feria 2a post Judica

M Luther.

Clarissimo Viro Friderico Mecum
Episcopo Gottensis Ecclae, & Turin.
gicarũ Ecclesiarum suo in Dno fr[illegible] charissimo.

G & P. Accepi tuas literas, mi Friderice, qb. te significas mortaliter (seu ut tu recte & sancte interpretaris uitaliter) ægrotare. Etsi mihi gaudio fuit singulari, te esse adeo imperterritum contra mortem seu somnum istum cõem oibq piis; Deinde & cupidum solui & esse cum Chro, q° affectu esse debemq non solum in lectu ægritudinis, sed & ipso uitæ præstantissimo Vigore, omnib. horis, locis, casib., sic decet Christianos q iam conresuscitati, conuificati, concollocati cum Xpo in cœlestib. iudices etiam angelorum sumus: ita ut nihil restet nisi amotio uelaminis & ænigmatis, Etsi inq̃ mihi ista in te fuerunt gaudio significari, tn ego oro & peto dum Jesum uitam nram, salutem & sanitatem nram, ne hoc mihi etiam addi siniat malum, ut me superstite uideã te aut aliqt nous perrumpere aut irrumpere per Velum ad quietem, & me sinatis fortis relictum inter Dæmones, etiam post uos ulterius uexari, quoniam sat uexatus tot annis dignissimq & meritissimq essem uos præcedere. Ita peto ut loco tuo me faciat Dns ægrotum, & iubeat deponere tabernaculum meum hoc inutile, emeritum & exhaustum. Nullig. n. Vsq esse me satis uideo. Igr te rogo & oro ut Dominum nobiscum ores, ut te diutius seruare uelit, in ministerio Ecclæ suæ & in despectu Sathanæ. Vides sane, uidet & ipse

ipse vita nra qb. tum personis, tum donis opus sit Ecclijs suis. Ex Wormatia tandem, cum quinq hebdomadas expectassem tras fere desperantes, tandem accepimq copiose, quarum partem Georgiq Rörer ad te mittit. Oia ex parte nra aguntur fortiter & sapienter, contra ex illorum parte ita pueriliter, stulte, & inepte, crassis & insulsis dolis ac mendacijs, ut Sathanam ipsum videas aurora surgente, lucis impaciente, mille modis querere latebras, effugia, & illusiones, tn oia infeliciter, sicut necesse est ei accidere q contra veritate apertam, mendacium apertum tueri & ornare velit, qd impossibile e. Sed quid dubitamus, Gloria, Virtus, Victoria, honor, salus debetur agno occiso & resuscitato, & cum illo nobis qq q credimq occisum & resuscitatum. Hoc etiam non dubium. Speramq brevi redituros nros. Vale mi Friderice & dns non sinat me audire tuum transitum me vivo, sed superstitem faciat mihi. Hoc peto, hoc volo, & fiat mea voluntas Amen. Ea haec voluntas gloriam nois Dei certe non meam voluptatem nec copiam quaerit. Iterum vale. p te oratur ex aio. Salutat te mea Ketha & oes alij vehementer ex tua valetudine commoti. Dominica post Epiphaniae 41.

Martinus Luther.

¶ Quid discrimis sit inter colloquium Wormatiae ceptum & consilium in Comitijs Ratisbonensibus de paucis qbqdam committendis a Caesare propositum & nris admissum

Primum in Wormacensi colloqio causa haec simpliciter excuti cepit, ita, ut nos nrae, adversarij contrariae &rae

rationes

rationes assignarent, Hic uero non causae examinatio et ueritatis inquisitio, sed partium qualiscunque compositio quaeritur. Deinde illic causa haec examinabatur publice, ut inde multum sperari potuerit fructus apud auditores et assessores. Hic uero multorum conscientia et praesentia fugitur, contra conditionem ueritatis Euangelicae quae lucem expetit, atque ita fugitur quod nobis erat magno studio prosequendum.
Tertio Illic poterat cognosci quod uel illi qui ad colloquium erant à principibus deputati sencient. Hic nequaquam.

Rationes quare in conciliationem religionis Ratisbonae tractatum non fuerit consentiendum.

1 Quod aduersarij ueritatem ex animo non quaerunt
2 Conciliationem futuram non animorum in ueritate, sed uerborum in specie.
3 Aduersarios in Idololatria et hostes mansuros: Ideoque in communionem recipi non posse.
4 Periculosum cum ipsis paciscj, qui insidiose seipsos quaerunt et quomodo nos seducant
5 Etiamsi cautio ponatur ut nihil sit conciliatum, nisi parta seruentur; praeiudicium tamen magnum est, et dicendum erit b ijs qui à dixerunt
6 Cursus Euangelij impedietur per Magistratus concordiae quam ueritatis auidiores.
7 Conijciemus nos in maximam apud omnes bonos suspicionem quasi de doctrina nostra incerti simus uel quod ex metu ueritatem deseruerimus.
8 Timendae seditiones in populo: cui iam ueritas innotuit
9 Excitabitur persecutio bonorum qui isti conciliationi contradicent.

10 Corroborabitur successu temporis totus papatus cum sua tyrannide.

11 Sectae corroborabuntur ex hac occasione, quae deferent ministros verbi apud populum tanquam ventris servos, et desertores veritatis.

12 Pessima securitas generabitur, et deseretur de veritatis cognoscendae studium.

13 Nullum exemplum extat ad hunc modum propagatum esse Evangelium, imo contrarium visum est saepe quod huiusmodi consiliis saepe obscurata est veritas.

14 Temerarium est quod consilium Smalcaldiae ceptum negligit et scriptum Comiti a Manderscheidt datum oblivioni traditur, in quo expresse positum est cum adversariis concordare nos non posse, nisi veritatem primum amplectantur et confiteantur, deponant omne genus idolatriae et verum usum Sacramentorum instituant.

15 Etiamsi dicitur quod quidam status non ita mature ad Evangelium venerint; factum est tamen hoc non aliqua praemissa conciliatione, sed tollerati sunt infirmi; hoc fiat et nunc.

16 Si pax obiicitur Germaniae et bellorum metus; horum gratia non est violanda veritas.

17 Si dicitur, quod absque conciliatione religionis externa pax constare nequeat, Primum indicatur diffidentia erga Deum et oblivio operum ac beneficiorum quibus hactenus potiti sumus, Deinde facilius est civilem pacem instituere quam istam concordiam in religione

18. Quod ad obedientiam attinet illa praestanda est ubique sed sine amissione veritatis; servetur ea alias in rebus civilibus.

ciuilibus & largiatur q̄sq aduersarijs de suis non de di-
uinis. Adhæc experti sumq nos hac uia Hagainoæ,
Wormatiæ, Francofordiæ nihil aliud consequutos esse quā
q̄d aduersarij facti sunt animosiores.

Clarissimo uiro D. Friderico Reif-
steck D. Vtriusq iuris in Judicio Came-
ræ Imperialis Patrono suo.

S.D. Clarissime D. Doctor, Arbitror filium V̄rm Frede-
ricum et Nicolaum Bromium fuisse commilitones apud
Grynæum cōem amicum n̄rm; Existimo & familiam Bro-
miam Francfordiensem uobis notam esse, in qua fratres
sunt aliquot magna integritate et modestia præditj.
Adduxit aūt iam Spiram Nicolaus Bromius fratrem
Danielem, bona indole præditum & in Academia nostra
et Heidelbergensi aliquandiu uersatum ac adhibitum ad
Juris Doctrinam. Nunc malunt eum ad forensem scri-
bendi formam assuefieri. Quare tota familia rogat ut
eum recipiatis in ædes V̄ras, et eiq opera in describendo uta-
minj, eumq assuefaciatis ad ea exercitia quæ ipsius ætati
uidebuntur utilia. Et promittit se benigne daturum quan-
tum pacisceminj. Hæc illi etiam sine meis l̄ris uobis expo-
nere potuerant, Sed Nicolaus ut aditum ad uos haberet
l̄ras à me flagitauit, quas rogo, ut boni consulatis. Et
siquid meum testimonium Danielj prodesse p̄ot, denegan-
dum non fuit. Probo .n. adolescentis ingenium, uoluntatem
et mores; arbitror & ad forum facundiam natura medi-
ocriter idoneum esse. Semper ordini nestro honorificum
fuit

fuit, studia iuniorum iuuari, ut Scęuola Gallum Aquilium, Aquilius Seruium Sulpitium erudijt. Irnerius renouator Doctrinæ Iurisconsultorum erudijt Azonem. Et hic labor docendi alios prodest reipub. Quare spero uos non grauatim talem adolescentem bonæ spei, et in familia honesta natum recepturos esse. Idque ut faciatis uos etiam atque etiam oro. Bene ac fœliciter Valete. Die 6 Martij 1542

Duci Iuliacensi.

S.D. Inclyte Princeps, Nullum est iustius officium quam pro sene, literato Sacerdote intercedere. Itaque etsi Victor ineptus interpellator, tamen in causa quam ago tanta est pietas ut sperem C. T. literas meas boni consulturam esse. Hic tabellarius Nicolaus Bucodiecensis, Vir est egregia eruditione instructus in latinis et græcis literis, senectus est ut Nestoris prudentia et suauitate sermonis mirifica prædita. Docuit Louanij ac Antwerpiæ tanta dexteritate ac fide ut omnibus prudentibus clarissimus esset, Ac potuisset in illis locis cum dignitate uiuere si probare Tyrannidem uoluisset quæ ibi exercetur in pios. Decessit inde ac Bremæ in ocio uixit et paupertatem æquo animo tulit. Cum autem ingenium eius usui esse reipub. possit, Duxi commendandum esse celsitudini tuæ ut ei tribuas locum Wesaliæ, aut in alio oppido ubi doceat mediocri stipendio Græcas et latinas literas. Optime in tali sene collocabitur sacerdotium aliquod. Vides piorum exempla in Sacris literis, qui exulantes Sanctos uiros hospitio exceperunt ac aluerunt. Ut Sareptana uidua Etiam Celebrantur et sanctorum principum officia in hoc genere

Ut

edita

ut Abimelech timuit Abrahamum, & Abdias q quinquaginta prophetas in speců pauit. His optimis Principib. te qq an,, numerabit Eccla, si huic seni & similib. opitulaberis. Et red,, det Deus mercedem cumulate, qui postulat ut reipub. guber,, natores, amanter tales hospites complectantur et curent. qua,, re C. T. obtestor propter filium Dei, qui ut nos in patri,, am Coelestem reduceret in terris exulauit ut hunc hospitem C. T. non destituat Sed ei ex aliquo Sacerdotio prospiciat Valde prodesse studijs iuuentutis potent. Bene ualeat Celsi,, tudo tua Anno 40

P. M.

Clarissimo & Doctissimo uiro
D. Cunrado Herspachio Con,,
siliario Illustrissimi Ducis Julia,,
censis & Geldorensis amico suo
præcipuo & cum obseruantia colendo.

Non edita

S. D. Non dubito quin & iudicio tuo & nra tua bonitate adductus Nicolaum ultro adiuueris. Scio .n. te eximia huma,, nitate & prudentia præditum libenter complecti talem se,, nem in quo uere est temperata, illa comitate Læliana, graui,, tas. Quare etsi nra commendatione non sit opus, tn qa mihi amicissimos de me Sermones tuos recitauit, ac con,, firmauit meas lras tibi non iniucundas fere, dedi ei hoc epistolium, cum quidem oculorum dolore non leui conflicta,, rer. Beneuolentiam .n. tuam facio plurimi, Cumq. iudicem te amicitias uirtute & humanitate metiri non fructu, statuo me abs te amari uicissim. De Herodoto admo,, dum doleo me inchoatam operam non absoluisse, sed si uideres meas ærumnas ueniam dares. Et comperi uigilan,,

tiam

tiam tuam fuisse tantam ut ne quidem morosus Grammaticus, facile aliquid inventurus sit quod carpat, Ego autem morosa iudicia καὶ ἀκριβολογίας non amo. Pertexam tamen aliquando telam qualemcunque institutam. Nicolao Portum in hac aetate à fortuna ostendi valde gaudeo, eaque in re magnam partem felicitatis ducet ipse quod tuo ingenio, tua amicitia coram frui poterit. Invitabatur à Danis sed hortatus fui ut anteferret nacionem magis excultam, ubi de suis studijs, de optimis rebus, cum eruditis colloqui possit, quo genere Sermonum senibus nihil est dulcius ut Solon dicebat. Rogo autem ut cum Scholastica merces sit exigua, perficias ut Sacerdotium aliquid addatur. Existimo te propter scelus Anglici Tyranni magno in moerore esse. Accepi & ego ingens vulnus ab alio quodam Tyranno, sed cum toties nos literae dehortentur, ne Tyrannorum familiaritates appetamus, cur non paremus? Quam verum est Sophoclis oraculum. τοῖς τοι τυράννοις ... [illegible] ... Illud autem est in his peculiare, quod fefellerunt nos, simulatione Religionis. Deus haec errata corriget. Valde te oro ut interdum aliquid ad me scribas. Habebis iam efflagitatorem tuum Nicolaum. Bene & foeliciter Vale 12 Septembris 1540.

P. M.

Egregia virtute ac doctrina
praedito D. Johanni Mursteru
Senatori Weraliensi amico suo.

non ed.

S. D. Humanissima vox est Homeri qui ait hospitem viro prudenti fratris loco esse. Fecisti igitur honestissime quod hunc Nicolaum, virum optimum et egregie eruditum, gravem annis, propter huius ferrei seculi iniquitatem

er-

errantem, ac portum aliquem ultimæ senectute quærentem, amanter excepisti. Etsi autem nihil ei mea commendatione opus est, tamen quia rediens prædicauit officia, & flagitauit ut ad te scriberem: gessi morem amico. Quare meas l[itte]ras ut boni consulas te oro. De Nicolao magis decet ut gratias tibi agam quam ut adhorter ultro incitatum ut pergas eum adiuuare. Nota n[am] est tibi huius sanctissimi officij ratio, scis Deum tales hospites omnibus commendare. Et hic uicissim magno usui uestræ ciuitati erit, in docendis l[itte]ris latinis & græcis. Nam & eruditione instructus est & prudenter iudicat & non defugit Scholasticos labores. Ac uidimus aliquot adolescentes q[ui] hoc magistro bene promouerunt in utraque lingua. Inuitauerunt eum Dani, & poterat in Academia n[ost]ra mediocri commoditat[e] uiuere, sed propius esse patriæ uoluit, cuius desiderio senes ideo magis adficimur, q[uod] tunc quasi presagiunt animi, breui hinc ad ueram perpetuam & cœlestem patriam iter ingrediendum esse. Etsi autem Nicolai ea est ætas, quæ à temeritate aliena est, & amat reip[ublicae] tranquillitatem, tamen opus erit ei Senatus Patrocinio aduersus quosdam feros homines, q[ui] ei fortasse iniqui erunt, propterea q[uo]d pio q[ui]dam consilio abhorret à q[ui]bdam superstitionibus. Ea in re si eius defensionem susceperis rem facies piam & Senatore dignissimam. Ipse etiam pro grauitate sua modeste tradet iuuentuti in schola res utilis illi ætati, non irrumpet in alienas functiones, nec obstrepet alijs tribunicio more. Illud autem prodesset, concedi ei ut in templo publice traderet χαλινχιον rudibus quod quidem uir talis modestissime

Amor patriæ in senibus

ta,,

facere posset. Quid tum Senatorium est quam Ecclesias & scholas ornare. Quare hanc curam & cogitationem non grauatim suscipies. Bene uale 13 Septembris Aº 4 0.

P. M.

Cuidam praescripta à Philippo.

F.

S.D. Etsi nullum habebam argumentum te dignum, tamen propter tuam erga me beneuolentiam, & officia in me collata duxi aliquid ad te scribendum esse, ne me oblitum esse tui aut ingratum arbitrareris. Inanes itaque meas literas quam nullas esse malui. Scio autem nullius rei commemorationem tibi iucundiorem esse quam Studiorum. Quare duxi tibi quaedam significanda esse de praelectionibus nostris. Lutherus inchoauit enarrationem Genesis, in qua ut in ceteris solet, facile uincet omnes interpretes, qui extant in hunc librum monumenta. Quantum autem contineat hic liber arcanae eruditionis, quam utilis sit eius tractatio hominibus pijs et studiosis Euangelij, non ignoras; fontem esse uniuersae doctrinae religionis dicet in praefatione Lutherus ipse. Etiamsi igitur priuatae nostrae consuetudinis causa magnopere te desideret pater meus et ego, tamen profecto etiam tua causa uelim te maturare reditum, quod sciam tibi summae uoluptati illam enarrationem fore. Ad eam accedunt et aliae Lutheri conciones. Nam quia absunt ceteri Doctores, subijt Lutherus ipse munus concionandi, in quo palam uidemus eum diuinitus adiuuari. Nam cum diu ad modum tenui ualetudine usus sit, nunc in maximis laboribus plane repubescit, &, quod mireris, nulla contentione frangitur.

gitur. Nec uero hanc assiduitatem praestare posset, nisi Deus ei uires suppeditaret. Quare te magnopere hortor ut expedias te ex negocijs tuis, et quum primum huc aduoles. Magnum capies fructum hij consilij et patri meo maximam attuleris uoluptatem. Bene Vale.

Clarissimo et optimo uiro D.
Nicolao Gerbelio amico suo. S. D.

cl. S. D. Et luctu tuo uehementer afficior, optime et charissime Gerbelj, et mederj conarer, si quid humanis remedijs profici posse arbitrarer. Sed praeter eas consolationes quae sunt nobis propositae in diuinis literis, caeterae philosophicae oes admodum sunt inanes et frigidae. Vna haec est magna et efficax, quod scimus oportere Ecclesiam Dei subiectum esse crucj. Et cur sit subiecta Deus saepe significat Et ingentibus aerumnis exercuit oia lumina Ecclae, et praecipue Ducem filium suum. Cum igitur uoluntas Dej nobis nota sit, et cum exitus monstrati sint, faciendum est quod Petrus inquit δεῖ ὑμᾶς ταπεινωθῆναι ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ θεοῦ. Vocat autem manum Dej potentem, non modo quod saepe florentem fortunam subito euertit, sed etiam quia mirandis modis liberat et restituit suos. Quare in aduersis rebus et obediamus Deo et non succumbamus dolorj, sed sciamus ipsum uelle ut maesticiam moderemur, intuentes animis aeternum portum, in qua Eccla primum acquiescet. Multa hoc biennio funera amicorum luxi. Nuper soror mea extincta est. Est et fratris mei coniunx mortua. Decesserunt amici recens in Vngaria mihi charissimi, et istic Capito, Gryneus, tuus filius. Denique longum habeo

Cata,

catalogum. Nec perferre dolorem possem nisi ita iudicarem & Deo parendum esse, & hos non amissos esse, sed brevi nos una futuros esse & de iisdem rebus suaviter philosophaturos, de quibus in hac caligine utcunque disserimus. Ita tu quoque senties. honestissimas coniuges tuas, dulcissimos liberos rursus complecteris, & filium deduces per totum coetum Prophetarum & Apostolorum, & commemorabis ea quae puero tradidisti; multa sciscitaberis ipsos autores. Audies concionantem ipsum filium Dei, Videbis coniuges tuas colloquentes cum Eua, Sara, Maria & similibus. Haec quoties cogito, miro desiderio uidendae illius nouae Hierusalemae incendor. Meministi Socratem dicere, sibi nihil posse iucundius accidere migratione ex hac uita, si animae sint immortales ut ad Palameden et reliquos Sapientes ueniat a quibus ea discat de quibus iam dubitat. Si illi haec obscura et incerta spes metum mortis leniebat, nos quo animo esse debemus qui scimus certo, nos ad illam Dei consuetudinem conditos esse, et per filium ἀρχοεετα nobis amissum decus restitutum esse. Haec non eo scripsi ut te docerem, sed quod existimaui, tali tuo tempore, quasi colloquium amici tibi non ingratum fore. Bene & feliciter Vale. Vitenbergae 2 Martij Ao 1543.

Phi.

D. Balthasari in Schola Tubingensi.

Vides Clarissime D. Doctor in tanta confusione rerum humanarum & regnorum mutatione duriter quassari non solum omnes politias, sed etiam Ecclesiam. Sed tamen quia nobis quidem certo statuendum est, Ecclesiam semper mansurum

esse,

esse, hac spe, maiore studio Scholas tueamur, quæ propriè ser-
uiunt Ecclæ. Præcipuè uerò ijs q cælestem doctrinam enar-
rant, annitendum est, ut complectantur et adiuuent linguaru
interpretes. Nam lux propheticorum et Apostolicorum scriptorum
sine linguarum cognitione retineri non potes. Vere autem adfir-
mare possum et dicam eruditissimo quoque suffragante,
Matthiam Illyricum adeo peritum esse Græcæ linguæ, ut nulli
celebratissimorum professorum postponendus sit. Erat hic
honesto loco sed quondam Academiæ urœ studio, cui me
fateor plurimum debere, fui ei hortator ut literis ami-
corum istuc accersitus, eò se conferret. Nec dubitaui mag-
no ornamento eum fore uniuersæ patriæ nostræ. Quis. n.
illo Græce scribit faciliq Carmen aut solutam orationem?
Quis eruditius de proprietate linguæ iudicat? Sæpe. n. cum
eo de certis locis pauli disputaui, quos sine Græcis monumen-
tis enarrare, est plane cæca nocte nauigare, ut dici solet.
Intelligo autem uiginti aureos de stipendio eius detrahi.
Nec de causa disputo, nec me alienis reipublicæ deliberationib.
ingero. Etsi humanitatis est nræ, oẽs pias Scholas unam
Scholam, unam rempub. ducere sed tu ueniam mihi dabis
pro amico laboranti. Cum Matthias uir sit optimus et
eruditione tanta instructus: magnopere te oro, ut eius causam
apud Senatum Academiæ agas, ac perficias ut rursus
ei aurei illi uiginti pendant. Arbitror hominis docti
causam in Senatu doctissimo æquissimis animis audiri.
Deinde existimo eam esse beneuolentiam uniuersi Sena-
tus Vri erga me, ut qd ipsius Matthiæ uirtuti tribuj
oro, facilius ac libentius ei propter meam petitionem
datur

datur sitis. Te uero etiam nrae familiaritatis atque amicitiae memoria uelim moueri, ut sic agas hanc causam, ac si mea res ageretur. Meministi nos in primo Tyrocinio in eadem pa-lestra familiariter una uersatos esse, multa contulisse, ac utriusque ingenium alterius tum exemplo, tum commonefactione excitatum esse. Postea quod maxime mihi iucundum est iterum nos in causa publica coniunxit Eccla. Nec uero ullum sanctius foedus existimandum est quam quo pios Eccla deuinxit. Fuitque mihi perg[r]atum quod in conuentibus in quadam uarietate consilior[um] et negotiorum studium mihi tuum et beneuolentiam erga me magna fide declarasti. Quare nunc quoque te oro ut mea causa Matthiam complectaris et adiuues. In hac re et Joachimo Camerano gratificaberis, qui de te honorifice et amanter saepe mecum et apud alios amicos loquitur. Postremo refero quod uerissimum est maxime a Theologico ordine, tuenda esse humanior[um] studia, ut iudicarunt etiam uetusti Canones, quod Doctrina perspicuitas, sine ear[um] linguarum cognitione in quibus fontes sunt retineri non potest. Vobis igitur haec studia excitanda sunt et fouendi Professores, praesertim in hac temporum difficultate, cum a potentibus haec erudita philosophia negligitur. Quare etiam atque etiam te oro ut tuo suffragio, tuo consilio, tua autoritate perficias, ut Matthiae uiro Doctissimo et modestissimo pensio illa reddatur, et ad huius consilii societatem adiungas clarissimos uiros D. Sichardum D. Casparem Vollandum affinem meum et D. Leonartum Fuschium quorum summa est uirtus et autoritas. Ego uicissim et tibi et uniuersae Academiae urae una officia summa fide et obseruantia defero. Bene uale 8 Feb.

Phil.

Testimonium Martini Giberti Galli.

Versatus est in schola Ecclesiae nrae circiter octennium Martinus Gibertus Neruius cum eximia laude modestiae et diligentia in omni officij genere, Ac in optimis disciplinis ita pfecit ut gradu Magisterij ornatus sit. Postea magna fide erudijt adolescentiam in Oppido Luca et comperimus eum fideliter prouexisse multorum ingenia. Cum autem uocatus esset ad munus Diaconi in Ecclesia oppidi cui nomen est mons Beatae Mariae, et Testimonium ipsius, ubi notus est Gibertus, flagitaretur: petiuit a nobis ordinationem publicam, ueteri et pio Ecclesiae ritu. Etsi iam nobis studia eius nota erant, tamen iusto examine eruditionem eius explorauimus, et comperimus eum recte tenere summam Christianae pietatis, et amplecti puram Euangelij Doctrinam, quam Ecclesia nra Witenbergensis uno Spiritu atque una uoce cum Ecclesia Catholica Christi confitetur, et abhorrere ab omnib. phanaticis opinionibus damnatis iudicio Catholicae Ecclesiae Christi. Promisit autem et in functione diligentiam, et in doctrina Catholicae Ecclesiae Christi quam confessus est Constantiam. Quare ei publica ordinatione in Ecclesia ministerium docendi Euangelij et Sacramenta a Christo instituta administrandi iuxta uocationem commendatum est. Et precamur Deum aeternum patrem liberatoris nri Jesu Christi ut regat hunc Gipertum Spiritu Sancto, et efficiat ut ministerium eius sit salutare Ecclesiae. Ut autem nomen oppidi a matre Christi Maria nomen habet, ita optamus ut cum Maria magnificet

nificet ac celebret Deum, ueris honoribus, Euangelij propagatio-
ne, & inuocatione & pijs ministris tuendis. Nam hæc officia
præcipua sunt Ecclæ. Quare & ciuibus hunc Gipertum com-
mendamus, ac Gipertum hortamur, ut, q.d promisit, & puri-
tatem Doctrinæ conseruet, & sua æquitate & modestia
concordiam Ecclæ tueatur. Verissimum est. n. Basilij dict-
um, Non tam sinistra opus esse dextra quam Ecclæ opus
est concordia docentium. Datæ Witebergæ 12 Apri-
lis Anno 1542.

Reuerendis & Clarissimis Viris eruditio-
ne & uirtute præstantibus D. Decano &
Doctoribus Collegij facultatis Theologicæ in
Academia Lipsica amicis suis.

Amplissimi Virj Iturus ad agonem suum Filius Dej
non solum præcipit suo collegio de tuenda concordia, sed
etiam ardentissime orat æternum patrem, ut ipse consen-
sum in mentib. docentium tueatur, cum ait, ut ipsi in
nobis unum sint. Vult esse inter se deuinctos, sed ita
ut primum Deo copulatj sint ueræ doctrinæ professione.
Hanc concordiam inter nos, summa cura & diligentia
tueamur, et communj animo eos, q doctrinæ corrupte-
las spargunt, reprimamus. Quare uos oro ut hanc me-
am epistolam boni consulatis, nec me arbitreminj in
aliena repub. uelle πολυπραγμονεῖν, sed simplicj
ac candido animo uicinos de re necessaria admonere.
Audio in Eccla montis Marianj certamen ortum esse

de

Edita

de hac propositione; Sit ne diuina natura in Christo passa, et dicitur Martinus Gibertus homo Gallus impudenter uociferari diuinitatem esse passam. Fortassis aliquid certaminis est de formis loquendi et idiomatum communicatione, ut uocant Scholae. Cum autem Academiis praecipue mandata sit doctrinae inspectio, duxi ad uos scribendum esse, uosque adhortor, ut aut ipsi concionatores montis Mariani ad uos accersitos audiatis, aut cognitionem Viris inspectoribus eius loci mandetis. Mihi quidem controuersiam ipsam et hominis Galli ingenium, qui antea quoque in eadem Ecclesia mouit certamen non necessarium de uocatione, consideranti res non negligenda uidetur. Magna est ingeniorum petulantia et leuitas in multis locis, quae diligentia gubernatorum cohercenda est, ne lux ueritatis extinguatur in Ecclesia. Bene Valete uiri Doctissimi et prudentissimi. In feriis paschatos anni 1544 a primi paschatis quod celebratum est discessu Israelitis ex Aegipto Anno 3055.

Philippus Melanthon

Venerabilibus uiris et egregia doctrina ac pietate praeditis pastoribus ac ministris fidelib. Ecclesiae Northusianae suis amicis.

8. Tegi coniugia diuinitus manifeste uidemus. Etsi enim leges diuinae et humanae mandant eorum defendorum curam magistratib. et Ecclesiis, tamen uidetis haec iudicia nusquam diligenter constituta esse. Magistratus prophani ubi puniunt adulteria? ubi diiminunt controuersias matrimoniorum? Episcopi tot seculis adulteria confirmauerunt. Nunc qui pastores

res non adiuuantur a magistratibus, Nisi igitur deus tueretur coniugia, infinita dissipatio esset. Et hic orandus est ut sua dona, coniugium disciplinam, Ecclesias et politias defendat. Quod certe faciet propter gloriam filij sui Domini nostri IESV Christi inuocatus uotis, gemitibus, et lachrimis piorum. Mittimus autem uobis responsionem nostram de casu, de quo scripsistis planam, perspicuam et piam. Pertinet ad officium pastorum consulere piorum conscientijs. Ideo si Jacobus ille est homo pius cognita causa pronunciatur; et optaremus Senatum ut debet adiuuare Vestras sententias et disciplinam seuere tueri. XI Februarij Anno 1542.

Consilium in casu.

Erstlich so Jacob Weber das verlauffene weib wider annemen will, das mag er gedulden; so er aber endlich bedacht sie nicht anzunemmen, wie er nicht schuldigk ist, so sich der fal also helt, so were also als zu ainem rechten christlichen gericht zu procediren. Nemlich das ain Citation in valuis templi in namen des pastoris angeschlagen, dorin die Eebrecherin auf ain bestimpte zeit gefordert werde; sie komme nun oder kom nicht, so sol Jacob gefragt sein mit glaubwirdigen zeugen das er nicht bewilligt de seuicia oder vom Eebruch Jr, das die verlauffene Fraw Eebruch treybe, wo nun Jacob auff diese glaubwirdige zeugnus begert das er von jhr geschieden werde, so sollen die predicanten jhn ledig sprechen von gemelten verloffen weib, als von einer Eebrecherin krafft

des

des Euangelij wie auch solchs jhm anfangk der kirchen
gehalden, zur straff der untugent und dem unschul-
digen tzu hulffen, wie Eusebius ein alde historien
aus Justino tzelert lib. 4 und Hieronimus von der
Fabiola sagen. Damit aber dieser Sentenz nicht ver-
hindert werde und dem unschuldigen man geholffen
werde, ist auch von noten zuvor einß Erbarn Radts
gemuet zu wissen, welcher doch als ein christliche ober-
keit schuldig ist uber diesem Sentenz zu halden, dz
verlauffen weib nicht widerumb einzulassen und
der unschuldigen andere christliche ehr, nit zu verhindern,
Derwegen ist zuvor mit etlichen verstendigen, als herrn
Micheln und andern zu raden, Es wer auch billich, dem
oberkeit etlich person aus dem Radt zu solicher ver-
hor verordnet. Diß unser bedencken ist gegrundet und
christlich, und wer gut dz die kirchen gericht, an allen
orten also bestellet weren, dz Ebruch mit ernst ge-
strafft wurde, und den unschuldigen geholffen. Es sein
auch die Pastores so viel jhn muglich also den un-
schuldigen christlichen Radt suchen, ordentlich laut
des Euangelij der sach, und erbieten uns hiemit
dieses aus heiliger schrifft und allen christlichen ex-
empeln zu verantworten, und ist auch nicht entkegen,
so ein Erbar Radt unser bedencken wissen wolt dz ihr
ihn diese unser schrifft furlegt.

D. Eustachio à Schliben, consi-
liario Electoris Marchionis.

Non edita

S. D. Vir nobilis & clariss. ac patrone charissime, Qui sit status reip., qua parte à politicis viris & gubernatoribus petat auxilium, uos ipsi non solum perspicitis, sed etiam magna fide praestatis ne ei desit opera uestra in praecipuis rebus, Adiuuatis relligionis constitutionem pacis conseruationem & excitatis studia. Hae sunt magni Viri in repub. uersantis praecipua munera & Deo grata. Cum igitur studiosos singulari beneuolentia complectamini, sicut ipse expertus sum, erit humanitatis V^rae^ non defatigari iuuandis bonis ingenijs. Caspar Widrepter quantum ingenio ualeat & facundia uos optime iudicare potestis. Ego quidem & ingenij dexteritatem & mores ac constantiam in ijs reb. quas suscipit, probo. Cupit autem redire ad Academiam, cumque iam desit lector Institucionum in Academia Francofordiana, orat sibi tam lectionem committi. Scio breui futuram frequentiorem Academiam ea lectione constituta. Et hic erit assiduus. Est enim laboris patiens & amans studiorum, et potuit prodesse & usui esse aliquando in alijs negotijs. Rogo igitur ut in hac re eum adiuuetis. Spero uos optime collocaturos hoc beneficium. Nam opera Caspari profutura est Scholae & reip. Et necesse est anniti ut studia conseruentur. Haec scripsi simplici animo ad uos ac rogo ut meas literas boni consulatis. Valete. 8 Die Januarij A^o^ 40.

Ph. Mel.

Forma absolutionis praescripta a D. Philippo
Concionatoribus Noribergensibus.

Nach dem yhr wisset das gott so hoch vnd hertzlich begeret,
das wir nicht jhm ewigen todt vnd ewiger straff bleiben,
sonder von sunden, todt vnd helle errettet werden, vnd
hatt derhalben seynen ein geboren Sohn vnsern Herrn
Jesum Christum fur vns zu einem opffer gemacht, hat
vns auch durch jhn vnd vmb seiner willen nicht aus vor-
dinst vnser wercke zugesagt vergebungk der sunden
vnd erlösungk von ewiger straff, vnd ewige seligkeit,
vnd hatt solche seine zusagk so offt mit seinem eydt
bestetiget, wie yhm Ezechiele geschrieben steht, als
war als ich lebe, so wil ich nicht das der sunder sterben
sol, sonder wil das er bekeret werde vnd lebe, vnd hat
solch sein Euangelium vnd wort der vergebungk ernstlich
heyssen zuuerkundigen; so vormane ich euch alle yhr wolt
euch bessern, wie der Herr Christus selber euch prediget
vnd gebeut yhr solt euch bessern, vnd allen die gottes
zorn furchten, vnd hertzlich begeren sich zubessern, vnd
gott vmb vergebungk der sunden bitten, verkundige ich
vergebungk yhrer sunde, vnd entbinde sie aus krafft des
warhafftigen beuelhs vnsers Herrn Christi da er gesprach-
en wem yhr die sunde vergebet, dem sollen sie vergeben
sein. Vnd damit yhr nicht den son gottes lestert, ~~lestert~~ auch
nicht den eydt gottes verachtet, solt yhr glauben, das
euch vmb des Herrn Christi willen gewisslich ewer sun-
de

zu vergeben werden, der wolle auch auch seinen heiligen
geist verleihen, daz ihr auch ein newen gehorsam der gott
gefellig, und ewiges leben angefangen werde zu gottes
lobe, denn der sohn gottes unser herr Jesus Christus ist
nicht darumb gestorben daz wir ihn allein muttwillen,
unzucht undtrewe leben sollen, sondern ist ein opffer fur
uns worden daz uns der ewige gott versunet wurde
und ist von todt erstanden, und ist unser mittler und
vorbitter bey dem vater, nicht daz wir ihn unzucht und
ungehorsam leben sollen, sondern ihn gehorsam gegen gott
und also will er ihn uns wircken und und uns helffe
wider teufel, denn er ist unser hauptman der den
grossen krieg fürth wider den teufel, und des
teufels werck zurstöret.

Testimonium Doctoris Maccabej: nomine
Collegij facultatis Theol. scriptum à D°:

Quam speciosi pedes Euangelizantium pacem, inquit F
uox cælestis commendans nobis Euangelij ministros, ac signi-
ficans summum esse beneficium lucem Euangelij in Eccl(esi)a
per idoneos Doctores accendere, qui quidem magnos [illegible]
& acerrimos agones sustinere coguntur, Ideo Paulus iubet
et uenerari eos, et eximia beneuolentia coli, Nota n(amque)
sunt ipsius uerba ad Thessalonicenses ἡγεῖσθαι αὐτοὺς
ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ ἐν ἀγάπῃ, διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν.
Cum igitur ad ministerium Euangelij ab inclyto et pietate
ac

ac fortitudine præstanti Rege Daniæ Christiano vocatus Jo-
hannes Machabæus testimonio Ecclesiæ nræ commendari volue-
rit: Cras ornabitur gradu Doctoris. Quare petimus ut Docto-
res, Magistri & Scholastici q ministros Evangelij venerantur
& pedes eorum speciosos esse dicunt hoc est salutare & dul-
cem cursum ac ministerium, conveniant ad eius testimonij publi-
cationem, eaque in re etiam, Viri pietate, & gentis bene-
ficio moveantur. Nam Machabei pietas & eruditio tan-
ta est ut appareat non humano consilio, sed Dei benig-
nitate vocatum esse ad munus docendi Evangelij inter eos de
quibus ad Ephes: iiij dr A Christo dari alios pastores alios
Doctores. Aliquid etiam Scottorum genti debemus. Etsi n.
Apostolorum discipuli statim initio, vagantibus in orbe Apos-
tolis, intulerunt Evangelium in germaniam [. Nam Ma-
ternus Petri auditor docuit Argentinæ, Lucius Cyrenæus
in Augusta Tiberia quæ nunc est Regensburgk, Crescens
Moguntiæ, Clemens Meti, Marcus Pauli comes in Pasra-
ro;] tn postea Ecclesiæ Henetorum & Hunnorum armis de-
letæ sunt. Has Scotti utcunque magno labore instaurarunt.
Quare Machabeo & propter suam virtutem & propter
gentis beneficium favere æquum est. &c.

M Erasmus Benedictus ad
Philippum Melanthonem.

Nunc venio ad quæstionem, ad quam ut M Gigantj &
mihi respondeas vehementer oro. Serunt apud nos qdam
opiniones de spiritu Sancto, meo iudicio non solum pericu-
losas sed et in Deum contumeliosas. Quarum hæc prior
est.

est. Spiritum sanctum non essentialiter mitti in corda credentium, sed effectiue uel secundum dona, uel primitiue, ita enim loquuntur. Altera est, Spiritum sanctum etiam esse efficacem extra Ecclesiam, ut motus heroicos magnorum uirorum, & impetus ad extruendas artes uocant Spiritus sancti opera. Ad confirmandam priorem opinionem his utuntur rationibus. Esse Osiandricum sententiam. Essentiam Spiritus Sancti effundi in corda renatorum. Deinde restare adhuc in nobis reliquias peccati, quod non fieret si essentialiter in nob. habitaret Spiritus Sanctus. Haec nobis absurda uidentur ac semina opinionum, quae possent esse turbandae Ecclesiae. Nam sic sentimus: dari uere & essentialiter spiritum Sanctum renatis, cum textus dicat, effundam de MEO, & maior est consolatio pijs mentibus scire nos esse domicilium Spiritus sancti, & excuti eum posse delictis contra conscientiam. Deinde habitat etiam in nobis secundum dona, quod ita amplector, ne illa prior sententia de essentiali inhabitatione rejciatur. Quod ad alteram quaestionem attinet, sic sentio. Etsi fatendum est, illos motus & impetus esse dona Dei. Nam hoc & illi qui sunt extra Ecclesiam animaduerterunt, sicut Cic. inquit: Nullum magnum uirum extitisse sine afflatu diuino: tamen cum textus dicit: Effundam super domum Dauid. Et Christus inquit. dabit petentibus: Non existimo illos motus illorum qui sunt extra Ecclesiam esse opera Spiritus sancti. Videntur & alia incommoda hinc sequi, nisi uelimus discernere opera. Scio etiam in recitatione causarum continentiae Josephi & Scipionis nihil dici de Spiritu sancto quod ad Scipionem attinet.

De

De hac quaestione ut ad nos scribas, mi charissime praeceptor, valde oro, cum Gigantis et mea causa, tum etiam Ecclesiae nostrae, quae inter hos panicos Germaniae terrores, halcyo,, nia expta est. Petet idem M. Micheas civis meus. Et ego illas opiniones prudentia et silentio potius sopi,, tas velim, quam in vulgus spargi.

RESPONSIO MELANTHONIS.

Sicut aeternitas, omnipotentia, omniscientia sunt proprietates divinae essentiae, patris, filij et Spiritus sancti: Sic adesse ubiq. est proprietas divinae essentiae supra et extra intel,, lectum creaturarum. Et verum est vetus dictum: Enter praesenter Deus hic et ubiq potenter. Postea vero modi praesentiae Dei discernendi sunt iuxta effectiones.

Primus modus praesentiae est praesentia universalis, qua Deus adest ubiq quo ad conservationem substantiarum donec sunt. Sic adest, caelo terrae, plantis, angelis, hominib. bonis et malis, sustentat Pharaonis substantiam donec vult, et osten,, dit in illis poena iudicium et iram suam. De hac univer,, sali praesentia inqt: Caelum et terram ego impleo. Hie,, remiae 23. Ac separabilem esse hanc praesentiam manifes,, tum est quia Deus pt res destruere. Nec est Deus ἐν,, δελέχεια infusa rebus et alligata sicut Stoici somnia,, bant, sed est essentiae alia a creaturis.

Secundus modus praesentiae est quo adest beatis angelis, et alijs beatis, visibiliter. de quo modo dicit Paulus: De,, us erit omnia in omnibus. Hoc modo non tantum con,, servat substantias, sed etiam ostendit se Deus beatis, et est in eis efficax communicatione lucis suae ut agnoscant in,,

immediatè patrem, filium & SS, & sint in beatis simi
les motus, quales Deus in eis præsens ciet. Et hæc præsen-
tia in beatis perpetua est. Sed tamen re ipsa est separabilis,
nec fit beatus & Deus una persona seu unum ὑφιστάμενον.
Tertius modus præsentiæ est quo tantum secunda persona scilicet λό-
γος adsumit humanam naturam unione hypostatica seu per-
sonali, ut nominamus. Hæc præsentia simpliciter est insepara-
bilis quia post assumptam massam postea impossibilis est sepa-
ratio, & ita constatur assumpta massa, ut sit unum ὑφιστά-
μενον. Etsi autem exemplum prorsus simile nullum est,
tamen & uetustas monstrauit hominem. Sicut anima &
corpus sunt unum ὑφιστάμενον: sic λόγος & massa
assumpta sunt unum ὑφιστάμενον
Quartus præsentiæ Dei modus est, præsentia sanctifica-
tionis qualis est in renatis in hac uita. Est autem præ-
sentia non tantum quo ad conseruationem substantiarum sed
quo ad sanctificationem quia pater & filius spirant Spi-
ritum sanctum in cor credentis, quo spiritu sancto imme-
diatè fiunt lætitia in corde & alij boni motus. Quan-
do Dauid arguitur uoce Nathan simul uerbo & Spi-
ritu sancto feritur cor Dauidis, & audita consolatione
λόγος dicit consolationem in corde & effundit Spiritum
sanctum. Et recte dicitur, Spiritus sanctus est in corde
Dauidis essentialiter. Non quod fiat una essentia uel
persona cum Dauide, sed est ibi sicut gubernator in
naui separabiliter. Et tamen adest in ipsa præsens sua
essentia, & est ibi singulari modo efficax ad consolationem.
Sic

Sic non adest Deus impijs. Et aliud est Deum esse ubiq; aliud habitare cum in sanctis. Habitatio dr. cum non solum adest praesentia universali, sed sanctificatione, ut in secundo & quarto modo hic recitavi. Et sic dicimur templa Dei, & huc pertinent dicta. Veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus. Et Rom. 8 & alibi saepe. πνεῦμα θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν.

De heroicis motib. impiorum ut de fortitudine Achillis verum est, esse eos dona creata à Deo in talibus viris. Sicut robur corporis est donum creatum à Deo in Hercule, vel acies oculorum in Lynceo. Sed propter haec dona non dicuntur habere Spiritum Sanctum. Nam hoc proprie de renatis in Ecclesia dr. Nec est facienda confusio Ethnicorum & Ecclesiae. Habens Spiritum intelligitur habens sic moventem, ut simul intelligatur & agnoscatur, diligatur & laetificet Deus. Hi proprij motus attribuuntur immediate Spiritui sancto.

Dem erbarn und weisen Thomas Wasser
radtherrn zue Sagan meinem gunstigen herrn
und freund

Gottes gnad durch seinen eingebornen Sohn Jhesum Christum unsern Heiland zuvor. Erbarer weiser gunstiger herr und freund, wiewol ich geneigt bin herrn lieben von Magistrum Adam in diesem Land zue ehelichen dienst zu furdern, so hab ich jhm doch geradten, dieweil jhm sein Vaterland dienst angetragen hatt, zue euch zu ziehen, dz er zue Prag bekant werde, und da ein ehrliche wonung habe, darzu auch dz euch seinis ge-
gen,

gegen wertigkeit freund bringe, den er ist durch gottes
gnad gutter sinn, verstendig und wol gelart, daz ich hoffe
ehr werde nützlich dienen zur unterweisung der jugent,
und auch ein freund sein, so ehr aber leiber in diesen
landen, sein wolt, will ich ihm gern furderung thun
so viel mir möglich ist, den ich hoffe durch gottes gnad
ehr werde wolich zu gebrauchen sein, und mercke daz
ehr zur tugent und guten geneigt ist und sich ehrlich
gehalten, und wol studirt, derhalben wollet ihr euch als
der vatter freundlich lassen befohlen sein, der allmech-
tig Gott vatter unsers heilands Jesu Christi wolle euch
und die ewern gnediglich bewaren, und sonderlich ewern
Son Magistrum Adam im leben erhalten und regiren
daz sein leben und arbeit ihm und andern zur selig-
keit und zu gottes lobe dienen, Datum Wittberg
am fest Purificationis Mariae. 1546.

Philippus Melanthon

Eruditione et uirtute praestanti Magistro
Adamo Satensi in academia Pragensi
amico suo.

S. D. Cariss. Adame. Semper amaui gentem Boiemi-
cam, quod singularem in ea naturae grauitatem et constantiam
esse animaduerti, magis etiam amaui propter ingenia ali-
quorum qui literis ornant patriae decora, quo in numero
Gullianus noster est, et alij quidem. Horum exemplo spero
te quoque magno ornamento futurum esse patriae, et ut id de-
cus appetas, magnopere te adhortor. mitto paucas pagellas

Non ed.

quae

quae ostendunt, Dei beneficio, hic non prorsus extincta esse literarum studia, quae ut Deus tueatur toto eum pectore oro. Bene uale. Die 26 Feb. 1548. Philippus Melanthon

Eruditione et uirtute praestanti Ma-
gistro Adamo Wassero in academia
pragensi amico suo.

non ed. S. D. Cariss. Adame. Semper iudicaui ut multi norunt, in gente Bohemica eximiam, et natiuam esse grauitatem et constantiam, quam in defensione suarum Ecclesiarum olim quoque illustrib. exemplis declararunt. Quod iter nrae amicitiae non obliuisceris, laudo constantiam et naturae tuae bonitatem e patria dignam gratum mihi fecisti, quod significasti quae in loca uir integerrimus doctor Wenceslaus migrarit. Saepe n. de eo uestros hoies interrogaui. Opto autem ut et Ecclesiae seruetur, et locum ubi docere possit, habeat. pro muneribus uestris gratias uobis ago, ac uicissim pagellas mitto. Bene Vale die Brumae. 1549

Philippus Melanthon

Eruditione et Virtute praestanti D. Adamo
Aquilae, gubernanti studia doctrinae in
Litmeritz, amico suo.

non ed. S. D. Certissimum est primae aetatis institutionem, Ecclesiae Dei maxime necessariam esse, et officium esse Deo gratum. Quare hoc tuo munere, et laboribus docendi, quamquam despiciuntur à Centauris, delectare et hanc tuam Spartam ornato, quam et protegit Deus, ut de coetu illo scriptum est. Angeli eorum semper cernunt faciem patris. Pannonia inter classica

sica Turcica, tamen literas colit & sonat Euangelij uocem. Heri n. accepi κατήχησιν graece editam, & erudite scriptam in ipsa Pannonia. In germania literarum studia impediuntur intestinis tumultibus. Quare cum spes sit Bohemiam tranquillam fore diutius, uestros homines ad doctrinae studia maiore contentione excitate. Nunc castra sunt uicina niti Parthenopoli ad Albim. Sed Dei beneficio adhuc in uicinis Academijs mediocria doctrinae studia sunt. Mitto tibi pagellas meo more. Bene uale. V. Cal. Nouemb. 1550.

Philippus Melanthon

Eruditione & uirtute praestanti Adamo Aquilae gubernanti studia literaria in oppido Litomericiae amico suo.

S. D. Cariss. Adame. Vetus celebritas gentis uestrae & fama uirtutis maiorum uestrorum hospites quosdam nostros mouit, ut uidere Pragam decreuerint. Causam peregrinationis honestam habent & duo quorum alter Italus est, alter Polonus, in familijs nobilibus nati sunt. Italus Lelius Sozinus, natus est patre Sozino, qui nunc praecipuus est Jurisconsultus, & Bononiae magna autoritate docet. Ipse Lelius ad cetera ornamenta etiam eruditionem addidit. Ac inprimis amat ueram Ecclesiae incorruptam. Et est uir integer & prudens. Quare te oro, ut eum amanter complectaris. mitto tibi pagellas recens editas, in quibus fortassis aliquid est uersuum aut narrationum quod iuuabit legere. Adiunxerunt illi nostri hospites sibi comitem hunc Johannem Laurentium

Non ed.

rentium non solum, ut interpretem istic habeant, sed etiam mōsferor à quo ad doctos uiros ducantur. Hunc etiam tibi commendo. Bene Vale. Die 21 Junij 1551.

Philippus Melanthon

Integerrimo uiro eruditione & uirtute praestanti D. Adamo Aquilae gubernanti studia literaria in oppido Bohemiae Litomericia amico suo.

Noted S.D. Cariss. Adame. Eximia est gentis Bohemicae grauitas & constantia quam & olim in suis periculis declarauit, & nunc ostensura esset in repressione Turcicae barbariei, si ducem haberetis. Ac saepe cogito, tristi fato orbis terrarum retineri in Hispania Maximilianum. Sed omitto hanc commemorationem. Quaecunque enim erunt ruinae regnorum, hac nos consolatione sustentemus quae à filio Dei saepe nobis proponitur, qui adfirmat se Ecclesiam sibi aeternam semper collecturum esse. Et huius semina sunt in tuo coetu. Praecipueque ad Ecclesiae conseruationem hi labores necessarij sunt, quos in his agminibus erudiendis sustinemus, quae certum est Deo curae esse. Ut scriptum est. Talium est regnum coelorum. Ac filium Dei oro ut nos in hoc labore regat & adiuuet. Cum autem scribseris ad me de socio huius sanctissimae militiae quaerendo, fui hortator huic Johanni Garceo ut ad te proficisceretur. Valet ingenio & recte eruditus est in in duabus linguis latina & Graeca, Et in mathematum initijs

initijs diu alios exercuit. Etsi autem mediocris in Academia
numerus est talium qui ad docendum idonei sunt, dei beneficio,
tamen propter patrem huius Johannis Garcei iam rationem
eius habendam esse censui. Pater uir integer et doctus est,
et diu Ecclesiae Hamburgensi et alijs fideliter seruiuit. Et
filios quanquam ei res familiaris ualde angusta est, tamen eru-
diri liberaliter curauit. Nunc ingrauescente aetate cum ho-
nestiss: coniuge et paruis liberis discessit ex urbe Hambur-
ga propter dissidium quoddam de quo nec libet iam scribere,
nec opus est. Te uero oro, ut hunc Garceum complectaris.
Etsi utrique adhuc liberum est suo arbitrio statuere de hoc
negocio. Hic Garceus a nobis propter eruditionem et uir-
tutem ornatus est Magisterij gradu, et eruditionis specimen
in docendo praebuit. Te quoque mores et eruditionem ubi
eum introspexeris, probaturum esse non dubito. Bene et
faeliciter uale. Nonis Octobris 1551

Mitto tibi dulcissimos Versiculos — Philippus Melanthon

Clarissimo viro eruditione et uirtute
praestanti D. Adamo Aquilae Lithomericensi
fratri suo carissimo.

Non ed.

S.D. Custodem Ecclesiae suae Filium Dei τὸν λόγον
καὶ εἰκόνα ἀΐδιον ἀϊδίου πατρὸς oro, ut te et multa
bona moenia seruet, et uos protegat in omnibus periculis,
etiam in ~~hac~~ his grassante. Audio et aliam pestem + Pragae

Pragæ grassarj, hypocrisi τοῦ κυνὸς ὄνομα ἔχοντος.
Videbis & aliquanto post Turcicos exercitus propius ac-
cessuros esse. In his tantis ærumnis Ecclesiam in hac mun-
di senecta non sinat filius Dej delerj. Mitto tibi pagellas
in qb. genealogiæ Christi addidj quarundam gentium origi-
nes, Ubi & de Henetis dico, quorum uos posteri estis.
Bene Vale & scribito ad nos sæpius. Pridie Cal. Au-
gusti. Philippus

Clarissimo uiro eruditione &
Virtute præstanti Magistro Ada-
mo Aquilæ amico suo carissimo.

// non ed S.D. Cariss. Aquila. Scis scriptum esse de Deo. Ipse
est uita tua, & longitudo dierum tuorum. Et in Actis ait Paulus.
Ἐν αὐτῷ ζῶμεν καὶ ἔσμεν καὶ κινούμεθα. Oro
ter deum uitæ fontem & custodem Ecclesiæ suæ, ut te &
tuam familiam & tuos auditores seruet incolumes. Et ei
gratias ago quod in lue te & tuos texit. Auditores
spero cito rursus conuenturos esse. Ego cum alijs lectoribus
ter secessi propter luem, semel propter bellum. Sed ta-
men agmina studiosorum filius Dei rursus collegit, quem
oro, ut uos & nos gubernet. Bene Vale, Cal. Martij
Pro caseo mitto pagellas. Philippus.

Clarissimo uiro eruditione & uirtute
præstanti Adamo Aquilæ gubernanti stu-
dia literarum in inclyta urbe Boiemiæ
Litomericia amico suo cariss.

S.D. Cariss.

Cariss. Adame. gratulor uobis Halcyonia & mediocrem tran- quillitatem, & oro filium Dei custodem Ecclesiae, ut mitiget ge- neri humano poenas, & non sinat extingui lucem doctrinarum. In germania nouum bellum subito motum est. Marchio Al- bertus oppida quaedam Noribergensium igni deleuit, occupa- uit Bambergam, & alia quaedam uicinorum Episcoporum oppida. Postea uelut intra pylas adducto exercitu per Tu- ringiam profectus est in ditionem ducis Brunsuicensis, ibi nunc uastationem facit. Reprimere eum dux Mauricius Elector co- natur. Nunc autem conuenerunt aliquot Principes pacifica- tionis causa, quam utinam Deus gubernet. Dei beneficio academiae Vitinae adhuc tranquillae sunt, ut ex paginis quas mitto cognosces. Quod mihi honesti Viri ciues uestri Vi- num miserunt, mallem eos non oneratos esse sumptu, sed bene- uolentia eorum delector, & gratiam eis habeo cum de be- neuolentia, tum super propter munus, teque oro ut eis grati- tudinem meam exponas. Filii uobis curae sunt erunt & oro Deum fontem sapientiae ut nos & ipsos gubernet be- ne Vale. Cal. Julii. Philippus.

Integerrimo uiro eruditione & Virtute praestanti Magistro Adamo Aquilae, ami- co suo.

S. D. Cariss. Adame. Sententia est diuina, sed numeri sunt graeci Poetae, εὐσεβεῦσι παίδεσσι τὰ θεῖα, δυσσεβέων δ' οὔ. Cum igitur & uera inuocatione Deum colas & adolescentiam recte doceas de Deo, & praepares ad Ecclesiae militiam, tibi & tuis adfuturum esse filium Dei spero, & ut te & tuos seruet incolumes, eum oro. Filio quidem recens nato dedit fausta ingenii signa. Natura

erit

non ed.

Non ed

non ed.

erit oratoria, & doctrinarum capax, & lucebit industria in gu-
bernatione. Precor autem filium Dei ut te & tuos regat.
Pro tuo munere & pro perpetua beneuolentia tibi gratiam
habeo. B. & f. uale. Ao 1553 die 25 Martij,
quo ante annos 5516 ut scribitur Adam & Heua
conditi sunt. Philippus.

Egregia pietate & doctrina
predito D. Joanni Cellario,
concionatori Ecclesiae Budissen-
sis suo amico

Non ed. S. D. Mitto tibi literas, ut opinor, a senatu Francofordensi
scriptas. Etsi autem earum argumentum non satis scio, tamen pe-
ti existimo, ut aduentum matures. Mihi scribit D. Michael
Syndicus Northusanus, decretos tibi esse aureos quadraginta
in sumptum itineris. Quantum poteris, facies ut commoditate
tua animos eorum magis tibi deuincias, & augeas beneuo-
lentiam. quod profecto nulla priuata causa faciendum puto.
Sed propter Euangelium Pauli more, omnibus omnia fieri nos
decet. Sed Budissinae Ecclesiae celibem ministrum inuenire
non possum. Jam agitur Conuentus in Ceruetia urbe
nobis uicina. Litigant n. inter se Moguntinus &
noster Princeps de quadam Jurisdictione in Salinis.
Fuit hic Landgrauius, qui secum duxit concionatorem
Dionysium expolitum, ut mihi uidetur, in aula, &
factum moderatiorem illa Philosophia aulica. Ordo
haec coram. B. uale. mitwoch post festum pu-
rificationis 1538 Philippus

Magnifico domino Rectori Acade-
miae d. Matthaeo Aurogallo ami-
co suo.

S. D. Magnifice D. Rector. Reverende D. Doctor Mar-
tinus urget ut dentur tutores liberis relictis à Magistro
Ambrosio. Et ait, nisi dentur tutores, secuturas esse maio-
res difficultates. Ideo rogo, ut convocetis universitatem
& de tutela deliberetis. Aes alienum nemo vult dis-
solvere, nisi facta divisione. Ideo necesse hac de re delibera-
ri. Bene Valete

Philippus Melanthon

non est.

Clarissimo viro eruditione & Virtute
praestanti Thomae Miti Nymburgensi,
civi Pragensi amico suo colendo.

S. D. Clarissime vir & amice colende. Et insita divi-
nitus naturae humanae στοργή, amare te fratrem Mauri-
tium, cum praesertim & Virtus eius amore digna sit, scio.
Et legisse te multa non dubito quae benevolentiam erga
tuos in animo tuo alunt, & confirmant. Nec dulcissi-
mum illud Cyri optimi Regis apud Xenophontem
ignoras qui inquit ἑαυτοῦ γὰρ κήδεται ὁ προνοῶν
ἀδελφοῦ. Quare, quod hactenus fratri liberalitate tua
opitulatus es, gravi iudicio & vera pietate te id fe-
cisse statuo. Ac ipse quidem grata mente beneficenti-
am tuam saepe praedicat. Nunc vero non tam hoc pe-
tit, ut facultatib. tuis iuvetur, quam ut autoritate tua
flectantur Tutores. Orat ut perficias ut nondum à dnae
studiis abducatur. Nam & in exercitiis latinae &
graecae linguae & in philosophiae initiis magna cum lau-
de versatur, & erudite carmen latinum scribit, &
videre plures germaniae Academias cogitat, qa scis for-
mari

non est.

narij iudicia cognitis & collatis multorum eruditorum sen,
tentijs, Vt Homeri uersus monet. πολλῶν ἀνθρώπων
ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω. Cum igr et studia fratris
et consilium probem, te oro ne ei desis. Nam hoc quoq
dulcissime à Cyro dictum est πάντα ἀπάντων κάλλιον
προσφιλὲς τῷ αδελφὸν. Bene & fæliciter Vale.
Anno 1556. die 25 Martij quo die filius Dei
ante annos 1522 in cruce Victima factus est, quo
die & Adam ac Heuam creatos esse scribitur.

Ex autographo. Philippus Melanthon

Venerando Viro, eruditione et uirtute
præstanti D. Jacobo pastori Ecclesiæ Dej
in oppido Boiemiæ Saca, amico suo
colendo.

Non ed. S. D. Venerande Vir. Cum post reditum ex Babylone
inermis multitudo ad ruinas Jerosolymæ conuenisset, nec
aut mœnibus aut præsidijs se aduersus latrocinia tueri
posset: consolatur filius Dei Zachariam ingens: Ego ero
murus igneus. Item non in exercitu nec in robore sed in
spiritu meo, dicit Dominus. Ita & nunc filius Dei suam
ecclesiam, ubicunque est, proteget. Alij minis Monarcharum
mouentur, ut metuant funditus deleri Ecclesiam. Alij
propter ciuitatum artes & hos nouos tumultus, nouas spes
habent. Nihil horum respiciamus sed intueamur illas
diuinas consolationes, & tranquillis mentibus ac bona cum
spe peragemus ueram stratam. Hæc de bello Saxonico
scribenda esse duxi, quod certissima fit historia non libet
scribere

scribere. Neque quicquam gestum est, quod magnum momentum ullam in partem afferat. Miseri rustici trucidati sunt. Et quecunque futura est inclinatio magna barbaries metuenda est eorum qui uincent. Nos uero Ecclesiam Deo commendemus. Bene Vale. Die 24 Octobris.

Reuerendo Viro eruditione S. M.
et Virtute praestanti D. Venceslao
Brodensi Doctori Theologiae fratri suo charissimo in Russia.

S. D. Reuerende uir et chariss. fr. Subito scribere me oportebat. Dabis uero ueniam breuitati. Et ex pagellis quas mitto studia academiae cognosces, quae Dei beneficio mediocria sunt. Gratiam tibi habeo, quod et memoriam nostrae amicitiae non sinis extingui et res dignas cognitione significas. Tuam epistolam in Januaria scriptam accepi, Calendis Julij Ao 1553 quo tempore nouum bellum in Germania motum erat. Marchio Albertus Francorum Noribergensium oppida tota iam perdidit. Bombergam occupauit et alia quaedam Episcoporum Oppida. Nunc uastationem facit in ditione Ducis Henrici Brunsuicensis. Reprimere Albertum Marchionem Dux Mauritius Elector conatur. Nunc autem conuenerunt aliquot Principes pacificationis causa. Imperator Carolus aegrotat. Inter ipsum et Gallicum regem non sunt induciae. Nihil tamen postquam occupauit Gallus urbem Me,

non ed.

Merensem, q̄ fuit imperij Germanicę, insigne actum est. Bene & feliciter Vale & rescribe. Cal. July. 1553.

Testimonium datum Bernhardo G. M. Mullero Hamburgensi.

S. D. Omnibus lecturis has literas. Nihil uirtute amabilius est. Quare sua cuiq; uirtus pcipua commendatio est. Sed tamen ut aditus ad ignotos sit facilior prodest habere testimonia. Et decus est conspici signa beneuolentiæ & coniunctionis cum alijs honestis hominib. Huic igr Bernhardo Mullero Hamburgensi peregre pfecturo dedi hoc testimonium, non solum ne quid suspicionis eig iter haberet, sed etiam ut sit significatio, & iudicij de ipso mei, & beneuolentiæ meæ. Natura Bernhardi doctrinarum capax est, & cum sit moderata & domestica disciplina honesta accesserit. Vera pietate Deum colit & amat iustitiam & cæteras uirtutes. Natus est in familia honesta inclytæ urbis Hamburgæ, quæ non solum ne Massilia ciuilibg uirtutibus excellit, sed etiam domicilium est Ecclesiæ Dei & ciues ad ueram Dej inuocationem & pios mores assuefacit. Deinde uero hic Bernhardus in nostra academia philosophiæ initia didicit, & audiuit uberiorem explicationem dræ Ecclisticæ & ueterum ac mentium controuersiaʒ de qb. amplectitur perpetuum consensum Ecclesia

Catholicae Chri qui et in nostra confessione continetur:
et abhorret ab omnibus fanaticis et seditiosis opinionibus
ac animi pietate ac item inuocatione Dei et honesta morum
gubernatione declarat. In academia Rostochiana ornatus
est gradu magisterii philosophici, ubi familiaris fuit
uiris doctissimis Arnoldo Burenio et Dauidi Chytraeo.
Nunc hanc peregrinationem suscepit ut celebres academias
uideas Cracouiensem et Viennensem et doctorum uirorum iu-
dicia de multis rebus audiat. Cum igitur hic Magister
Bernhardus sit uir honestus et eruditus et causas ha-
beat honestas peregrinationis, commendo eum omnibus bo-
nis uiris, ac peto, ut eum contra iniurias defendant.
Ipse uicissim omnia officia quae ad iura hospitii pertinent
honeste praestabit. Bene uale, candide lector. Die
Augusti duodecimo Anno 1553

P. M.

Eruditione et uirtute praestanti
Viro Sophiano docenti literas et
elementa Doctrinae Christianae in oppido
Satzen amico suo.

S. D. Reuerende uir et amice cariss. Sciebam piis lecto- Non ed.
ribus Viti lucubrationem de dulcissimis sententiis per sese
gratum fore sine aliena praefatione. Inuitus igitur hoc πρό-
ɛ;ɛyor addidi. Sed studio Laurentii deesse non uolui
et tibi nostrum officium placuisse gaudeo: tibique pro Epistola
et munere tuo gratias ago. De rep. nihil fero noui.

Nam

Nam sermones de Synodi Tridentinæ exordio nos audiuisse arbitror. Mense Maio conuenerunt Tridenti pontificius legatus & Imperatoris autor & suo more sacrum fecerunt. postea renunciarunt differri sessiones usque ad Septembrem. Non dubium est ipsum Pontificem à Synodo abhorrere, & Cæsari utcunque umbram Synodi ostendere. Sed certum est filio Dei nos curæ esse qui recte docere studemus. Scripsi etiam repetitionem confessionis harum Ecclesiarum ut si postulabatur exhibeatur Synodo. Bene & feliciter Vale. Die 29 Maij quo ante annos 98 capta est Constantinopolis cuius cladis recordatio nos moueat ut ardentius petamus seruari reliquas Ecclesiæ. Mitto pagellam disputationis Lipsicæ piæ et eruditæ.

Ph. M.

Illustri & Magnifico Baroni Domino
Johanni a Waltstein domino in Ton-
nich patrono suo colendo.

Edita | S. D. Illustris et magnifice domine. Vetustissima praedixit ipsa Dei uox: In hac delira mundi senecta futuras esse maiores regnorum & Ecclesiæ dilacerationes quam fuerunt antea. Et tamen inter has ruinas semper fore aliquem cœtum qui sonet Euangelij uocem & uere inuocet Deum in agnitione Mediatoris. In eo cœtu esse melius est quam esse socium & ministrum crudelitatis eorum qui delere manifestam ueritatem Euangelij conantur. Ut igitur cum filius Dei dominus noster Jesus Christus crucem suam gestabat Simon Cyreneus partem oneris subibat,

382

bat, ita pie faciunt homines nati in illustribus familiis, qui leniunt piis et doctis pastoribus miserias. Spero autem tua authoritate aliquomodo posse reprimi iniustam saevitiam eorum, qui pastori Sacensi minitantur. Legi eius responsionem et iudico pium et modestam esse. Ideo illustrem dominationem tuam oro, ut quantum fieri potest mitigare acerbitatem inimicorum studeat. Dolendum est viros doctos salutaria docentes et modeste viventes pelli, cum tales omni cura propter gloriam Dei et salutem populi retinendi et fovendi essent. Sed agnoscamus nostramque ecclesiae aerumnas et pii lenire eas studeant. Bene et feliciter valeat illustris D. V. die Jacobi 1551.

Illustri dominationi tuae deditus.

Ph. M.

Reverendo viro eruditione et virtute praestanti D. Jacobo Cameniceno pastori ecclesiae Dei in Sacen amico suo.

Non ed.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Aderit tibi filius Dei dominus noster Jesus Christus et te Spiritu sancto reget et confirmabit. Legi responsionem tuam piam et modestam. Nec possum aliud consilium dare, nisi ne simpliciter respondeas te veram, quam doceas et observas in ecclesia tua nequaquam mutaturum esse. Si te prehendent aut pellent iniuria ferenda est. Sed expulsio non valde formidanda est. Sunt usitatissima ecclesiae exilia, poteris nostro hospitio aliquantisper uti. B. et f. vale die Jacobi 1551

Ph. M.

Quæstio a dño M. Iacobo Camenicено Boiemo in promotione Magistrorum publice proposita in scola Vitebergensi 28 die Iunij Aº 1552. Decano M. Martino Simone Brandeb:

non od. Vtrumq; honestum est, et nos reuerenter obtemperare utilib. institutis academiarum et uos pro uestra humanitate boni consulere orationes eorum, qui non arrogantia huc ad dicendum accedunt: sed ut uoluntati præceptorum et consuetudini obædiant. Hæc cum ita sint, peto a uobis ut hanc meam orationem patienter audiatis. In qua hoc quoq; præstabo, ne prolixitas uobis molesta sit. Vt autem usitatum est, quæstionem hic proponere cuius explicatio commonefactionem utilem continet, decreui de hac quæstione disserere: quæ sit sententia dicti Salomonis: Nescit homo amorem et odium omnium coram ipso. Et an Synodus Tridentina recte decreuerit semper manendum esse in dubitatione, an placeamus Deo. Notum est sparsam esse ante multa secula in Ecclesiam et extare in scriptis multorum, hanc perniciosam opinionem, quæ iubet homines manere in dubitatione, an Deo placeant: quia humanæ rationi uidetur arrogantia esse, rem tantam adfirmare, quod Deo placeamus, et argumenta non leuia turbant homines. Iudicium legis naturale est, quod accusat nos cum fateri cogamur, semper aliquid sordium et uitiosorum affectuum in animis hærere. Præterea cum sint multa delicta quæ

quæ ipsi non nouimus. Quæ si possunt in nobis hærere,
quomodo affirmare possumus nos Deo placere? Item quomo-
do scis te placere, cum scire non possis etiam, an sis electus.
Hæc argumenta non leuiter turbant mentes, nec sine magno cer-
tamine eluctari ex dubitatione possumus. Quanquam autem
speciosæ sunt hæ obiectiones: tamen Vox diuina retinen-
da est, quæ toties iubet credere remissionem peccatorum. Si-
cut in actis dicitur: Huic omnes prophetæ testimonium perhibent
remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui
credunt in eum. Et Paul. ad Ephesios ostendit fidem esse
fiduciam accedentem ad Deum in fiducia per fidem in ipsum.
Sicut et ad Rom. inquit: Iustificati fide pacem habemus.
et accessum ad Deum. Denique amittitur discrimen legis
et Euangelij cum docentur homines, manendum esse in dubitatio-
ne. Ideo enim promissio misericordiæ addita est ut certi si-
mus, etiamsi sumus indigni et immundi, recipi nos tamen
à Deo propter mediatorem filium. Hæc promissio uox est Euangelij
propria, quam qui non amplectuntur carcere legis cap-
tiui tenentur, dubitant, fugiunt Deum, nec curant Euangelium
cum Salomon hoc ipsum uelit, de uoluntate Dei et ip-
sius uerbo iudicandum esse, non ex externis spectaculis
rerum secundarum ut aduersarum quæ bonis ac malis simi-
liter accidunt. Dauid non statuat se à Deo abiectum esse
propter exilium, sed de uoluntate Dei iudicet ex pro-
missione. Dominus abstulit peccatum Ieroboam non statu-

at

at se Deo placere ppea qa ad regnum euectus est, et po-
tentia et gloria floret. Sed cum psit non solum ad eru-
diendos alios, sed etiam ad nos ipsos confirmandos pspicue
refutari argumenta, q iubent dubitare, peto ut Reueren-
dg uir et Doctor Forsterus de hac ipsa qstione copio-
sig me et ceteros auditores erudiat.

RESPONSIO AD QVÆSTIONEM.

In Tridentina Synodo monachi utriq factionis duo fuerut.
Catharing et Soto, q cum inter se dissentiunt de hac qstio-
ne: An dubitandum sit utrum sis in gratia: Tamen
ambo ita disputant ut agnoscas uere ita rem agi, ut in
ueteri puerbio dr δυσκώλου δύσκωλος ἐξείρετο.
Ambo hallucinantur et à principali quæstione aberrant.
Necesse est autem extare in Ecclia explicatam hanc consolatione
quæ est ppria uox Euangelij. Omnes agentes pænitentiam
debere certo statuere se accipere remissionem p. et reconcilia-
tionem pp. filium dei gratis. Ita mens promissionem in-
tueatur, non suas qualitates. Et tamen cum in ueris dolo-
rib⁹ erigitur et acqescit in filio Dej hæc ipsa lætitia, testi-
monium est certitudinis. Et in hanc sententiam inqt Pau-
lus ad Epheseos: Audito Eglo credidistis et obsignati
estis Spiritu sancto. Hanc esse simplicem et immotam
ueritatem et ipsam Eclij uocem nequaq dubium est, qua
et celebremg filium Dei et nos consolemur et in quo-
tidiana inuocatione eam exerceamg. Nam donec cor ue-
lit

lūt uentis dubitationum agitutur fugit Deum, fremit aduersus eum, & non inuocat eum. Non sinamq igr nos ab hac luce ueritatis abduci, ullis sophismatum pstigijs, aut cauillationibq. Cum autem temporis angustia non sinat nos integram refutationem instituere, dicam breuiter de dicto Salomonis quod quam falso citetur contra nostram sententiam inde intelligi potest, fit .n. mentio non tantum fauoris diuini, sed etiam irae. An non statuere debent Cain & Saul & similes irasci Deum ipsorum sceleribq? Cur igr dicit Salomon. Nemo scit an odio dignus sit. Sed uera & natura sententia est de uoluntate Dej ex ipso uerbo Dej iudicandum esse, non ex reb. secundis aut aduersis, qb uidemq oes homines ualde moueri. Eodem tempore & Roma uecta Hannibale fuit ornatissima, uirtute Victorijs, potentia, sapientia & modestia Senatus. Et Judaea ab Antiocho uastata est, & crudelissime trucidati st senes, matronae, puerj & puellae, templum pphanatum. Hic si quis interrogasset Scipionem utram gentem putaret curae Deo Romanos an Judaeos: certe Romanos dixisset Deo multo chariores. Et omnes in paenis trepidamq ac metuimq nos a Deo abiectos esse. Reuocat nos igr Salomon ab his externis spectaculis ad patefactiones diuinas & uocem Dej. fmo ita iu dices de deo sicut ipse se patefecit sua uoce. Vere irascitur peccatis & uere recipit confugientes

ad

ad filium. Nec iudices ex secundis uel aduersis rebus
quae Ecclesia est subiecta aerumnis, et cur sit subiecta,
causae diuinitus patefactae sunt, haeret in natura peccatum,
id uult Deus agnosci, et tandem morte aboleri. Ordini
iustitiae congruebat nos perfecte conformes esse uoluntati Dei,
et si essemus tales, florere omnibus rebus bonis, nunc cum
non simus tales ordini iustitiae congruit nos agnoscere nostram
iniustitiam, nosque poenis subiicere et Deo tribuere laudem
iustitiae, agnoscere etiam immensam misericordiam, quod propter
filium nos recipit, qui assumpta natura humana foedus cum
hac nostra massa fecit, nosque sustentat. Hac nos consolati-
one nunc quoque in tantis aerumnis sustentemus et confirme-
mus cum in tantis confusionibus metuimus Ecclesiam totam in-
terituram esse, cogites eam quae humeris gestari aut in si-
nu ab ipso filio Dei, ut suam massam sustentat, ita nos
quoque sustentabit modo cum inuocemus. Te igitur fili Dei
Domine Iesu Christe crucifixe pro nobis et resuscitate oro
ut nos serues et regas. DIXI.

Testimonium D. Ph. M. de M.
Iacobo Camenicено.

non ed. = F. S.D. Omnibus lecturis has literas. Habuit graues caus-
sas Reuerendus uir Dominus Iacobus Camenicenus Boe-
mus, qui pastor fuit Ecclesiae Satzensis, propter quas
testimonium publicum doctrinae petiuit. Cum enim quidam
ipsius inimici doctrinam quam pie et fideliter docuit,

ca-

calumniati sint, cognosci eam à toto Collegio nostro voluit
et iudicium nostrum audire. Itaque postquam eum diligenter au-
divimusque, de omnibus articulis doctrinae Christianae, affirmo eum
recte sentire, et amplecti consensum Catholicae Ecclesiae Dei, quem
et nos uno Spiritu et una voce cum Ecclesia Catholica Dei
profitemur et à falsis et superstitiosis opinionibus Monach-
orum et ab aliis fanaticis furoribus quae recto iudicio in Ecclesiis
nostris improbantur abhorrere. Hanc animi pietatem ve-
ra invocatione Dei et optimis moribus exprimit, et osten-
dit eam antea confessionis constantia in Carcere. Itaque ut
sinceritatem doctrinae et ceteras eius virtutes probare nos osten-
deremque, de collegii sententia publice in academia nostra
gradu magisterii Philosophici ornatus est. Cumque propter
contagia luis quae vagari in oppido, et vicinia coepit
postea discederemque, dedi abeunti hoc iudicii nostri et ho-
noris ipsius testimonium. Ac viros honestos ubique oro, ut
eum et complectantur et tueantur. Ego eo etiam liben-
tius semper Boiemos complexus sum, quia iudico singula-
rem in ea gente gravitatem esse, quam quidem olim
in veritatis confessione declaravit. Oro autem filium
Dei, Dominum N. I. C. crucifixum pro nobis et resuscita-
tum ut faciat hunc Iacobum σκεῦος ἐλέους et
ὄργανον salutare Ecclesiae et suae animae. Bene vale
candide lector. Calendis Julii Aº 1552. Vitebergae.

P. M.

Reuerendo Viro eruditione et uirtute
praestanti Dno Jacobo Cameniceno docen-
ti Ecclesiam Dei in Ecclesia Saccasi. amico suo
colendo.

Non ed. S.D. Reuerende Vir et amice chariss. Et antea breuiter re-
spondi articulos illos Pragae propositos execrandos esse, quia
non dubitaui te tuo iudicio uidere errata, et eo robore fi-
dei praeditum esse, ut tuam sententiam plane expositurus esses
cum opus erit. Et nunc breuiter scribo postquam uidi perspi-
cuam refutationem quam misisti. Mihi non prorsus notae
sunt historiae pactorum gentis Boiemicae et Morauicae. Sed
de ecclesia tantum respondeo. Multi articuli manifesta idola
stabiliunt, ut inuocationem mortuorum, circumgestationem panis,
Missas pro mortuis, Unctiones magnas. Ideo refragari ne-
cesse est. Ac reprehensio plus grauitatis habet cum talia ma-
nifeste absurda recitantur quam cum de ambiguis disputatur.
Nam perspicua ueritas non potest uerbis eludi, et populus iudi-
care manifeste absurda potest. Non est opus longa responsio-
ne in rebus manifestis: ideo sum breuior. Mitto tibi recen-
tem disputationem hic editum. Bene et feliciter Vale Die
15 Junij anno Christi 1550. P. M.

Reuerendo Viro ecclesiae et pietate praestanti
D. Jacobo Decano Ecclesiae Sacensis amico
suo colendo.

Non ed. S.D. Reuerende uir, Spero te tuo iudicio et fidei tuae
robore execrari articulos Pragae propositos, cum manifesta
idola stabiliri praecipiant. Nam multi articuli nulla prorsus
disputatione indigent, ut de Inuocatione mortuorum, de
ado-

adoratione panis in circumgestatione, de applicatione Missæ pro uiuis et mortuis. Non obscura est mediocriter institutis quid reb. tantis sentiendum et faciendum sit. Nolim ppt leues causas fieri disputationes et deseri Ecclesias. Sed illi manifesti errores nullo modo recipi possunt. Meminerimus uero oraculi diuini: fugite Idola, ut oremus filium Dei ut ipse opem ferat Ecclesiæ suæ cuius crescunt pericula. Mitto tibi paxellas in qb. est Psalmus Quam dilecta tabernacula redditus uersibus dulcissimis. Hoc munus pro tuo xenio missum boni consulito. Atque utinam talibus officiis diu certare possimus. Sed scimus Ecclesiam non solum humanis consiliis et præsidiis seruari. Sed a filio Dei magnis certaminibus defendi cui nos commendemus. Bene et feliciter uale die Solstitii æstiui 1550.

P. M.

Eruditione et uirtute præstanti Viro Sophiano docenti literas et elementa doctrinæ Christi in Oppido Satzen, amico suo.

Non ed.

S. D. Sæpe recito de nostro ordine dulcissimum Theocriti uersum: τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ. Consociatio maior est inter illa minuta, quam inter grandes bestias. Ita facilior, dulcior et firmior sit coniunctio in nostro ordine, quam inter Tyrannos. Et plurimum conducunt nostræ amicitiæ studiis et Ecclesiæ. Quare et tuam et tui similium hominum eruditorum amicitias appeto, et libenter alo, uolo etiam eas ad communem Ecclesiæ consensum referri. Volo igitur inter nos perpetuam amicitiam esse, ac à te peto, ut interdum ad nos scribas.

Mitto

Mitto exiguam pagellam, aliud n. iam non habebam ad ma,
num. Bene uale, die 29 May quo ante annos 98. cap,
ta est Constantinopolis, cuius cladis recordatio nos moueat,
ut ardentius petamus seruari reliquias Ecclesiae.

Philippus Melanthon

Clarissimo uiro sapientia et uirtute
praestanti Melchiori Winsio Doctori
Iuris Consiliario inclyti Principis Electo,
ris Marchionis et patrono suo.

Clarissime uir, et amice colende. Singulare et magnum bene,
ficium dei est, Soboles quae habet semina uirtutum, et est
doctrinae capax. Cumque uelit Deus addi culturam, gratum
Deo officium facis, quod filiis et doctrinam de Deo, et
de omnium uirtutum officiis, sine rixis, tradi curas. Et
haec moderata institutio, quae graui iudicio parentum re,
gitur, semper proderit ad honestorum hominum in Eccla
concordiam. Probo etiam consilium de discenda lingua
Heneta, cuius cognitionem mallem, quam Gallicae. Oro au,
tem filium Dei custodem Eclae suae, ut et tuam domesticam
Ecclam, et filios tuos seruet et gubernet. Ad amicos ut
uoluisti, scripsi. Collinio optimo uiro et eruditissimo, qui
docet recte inuocare Deum, Canisius munus docendi ade,
mit. Sed sperat fore, ut Regis Max. Aemiliani au,
toritate restituatur. Scripsi autem et ad alium quendam
uirum doctum et honestum, Simonem proximum, qui
adhuc

adhuc retinet publicum docendi munus. Bene valete. Die aequinoctii autumnalis. Anno 1558.

Philippus Melanthon

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti, Matthaeo Polero, gubernanti studia literarum, in monte Mariano, amico suo.

S.D. Scio te et bonitate naturae et optima doctrina assuefactum, cum ceteras virtutes studiose colere, tum vero maxime praestare pietatem erga senes parentes, fratres et sorores. Itaque iam tua sponte divinitus accensa in pectore tuo, fratrem amanter complecteris et iuvabis, praesertim cum et mores eius sint honesti et eruditione instructus sit et aetas iam sit idonea publicis laboribus. Nec mihi voluntas eum iuvandi deest, ac detuleram ei munus docendi adolescentes nobiles, sed abhorret ab equitum consuetudine, nec utile hanc esse arbitror. Cum autem in Ecclesiis servire malit circumspiceret ubi locus ei tribui possit ad te confugit: Nunc vero hic debet aliquantum, quod ut numeret, tua ei liberalitate opus est. qua in re ut fraterni vim amoris ei declares, valde te oro. Talis est vita, ut aliena ope saepe indigeamus omnes. Hac igitur in re fratri sponte tuo ostendito. Bene et vale et interdum ad me scribito 26 Martii 1552.

Den erbarn weisen und hocnemen E. M.
Herrn Burgermeister und Radt der
loblichen koniglichen stadt Leobergk In
Silesien, meinen gunstigen Herrn.

Vatert gnad durch seinen eingebornen Sohn Jhesum
Christum vnsern heiland vnd warhafftigen helffer zu-
vor, Erbare, weise, fürneme, gunstige herren Euwer
erbarkeiten die ich gantz fleissig alß ein gemei-
ner armer diener, diese meine schrifft gutwillig-
lich zu vernemen, belangendt den Erbaren vnd wol
gelarten Magistrum Caspar Ortman, dem wiewol
ich mich nicht gern in frembde sachen menge, so ist doch
ein ieder der warheit zeugnuß zugeben schuldig, dar-
weil ich dan vernomen, das gedachter Magister Ort-
man angefochten wirdt, alß solt er zur Schulregie-
rung nit zugebrauchen sein, hab ich treuwe wolmei-
nung Euwer erbarkeit diesen meinen warhafftigen
bericht zuschreiben wollen. Gedachter Magister
Ortman, hat in beiden sprachen Lateinisch vnd
Greckisch, prosa vnd vers zuschreiben, solche zu
ueben, das alle verstendige darauß richten kön-
nen, das er in beiden sprachen recht gelert ist,
welches zur vnterweisung vnd vbung der Jugent
hoch nötig ist. So hatt er in Christlicher lehr ein
rechten verstand, vnd ist gotfurchtig, friedliebend
vnd guter sitten. Nu hab ich nicht gezweifelt, Eur
erbarkeit, alß verstendige, christliche, tugend vnd
friedliebende Oberkeit, wolle nicht ein vngelarten
vnwirdigen schulmeister haben, sonder ein solchen der

rechte

rechte fundamenta in christlicher lehr und in sprachen legen
können, und dabey die Jugendt zur christlicher zucht hal-
te, und sie also unterweise, d(as) sie einträchtigkeit und frie-
den lernen gross achten und lieben. Darumb bit ich,
Ewer erbarkeyt wolle ihr gedachten Magistrum Caspar
Ortman günstiglich lassen bevohlen sein, und jtzigen Ewer
Jugent schule bevohlen, Ewer erbarkeit, als die ver-
standigen sehen, d(as) grosse unruge in der welt ist, und
werden die spaltungen itzund nach dem tod des kö-
nigs in Franckreich greiflich grösser werden.
Darumb sollen die oberkeiten des mehr fleiss thun,
gelarte, gottfürchtige und fridliebende personen zur
kirchen und schulregierung zusuchen. Der allmech-
tige Son Gottes Jhesus Christus der ihm greiff-
lich ein ewige kirchen durch Evangelium und nicht
anders samlet, wolle Ewer kirchen, statt, und
E. Erbarkeit und die Ewern alle zeit gnediglich
bewaren und regieren. Datum sexto die Augusti
1559.

Ewer erbarkeit

Williger diener

Philippus Melanthon

Venerabili uiro, eruditione et pietate eximia
predito Domino Wenceslao Kilman pastori
Ecclesiae Custrinensis fideli, amico suo.

S. D.

Heri

Non ed. Heri tuo nuncio literas dedi ac de quaestione respondi, de qua certamina moveri a quibusdam significasti. Nunc ut ad te scribam necessaria quadam officii ratione etiam moveor. Est hic adolescens optima indole preditus qui elegans carmen scribit, et in ceteris disciplinis honestis quae sunt utiles reip. praeclare profecit Valentinus Sustenbrot Cotbusianus, qui intellexit stipendium ab Illustrissimo Principe Marchione Johanne impetrari posse, si pro eo sint petituri amici aut alii quorum testimonio princeps credit. Adfirmo autem hunc Valentinum optimis moribus et excellenti ingenio praeditum esse. quare et ad illustrissimum principem ipse scripsi, et te oro, ut tua commendatione nos adiuves. Recte collocabitur in hoc adolescente beneficium, ac spero eum patriae usui et ornamento fore. Aequum etiam esset, nostras commendationes et intercessiones aliis prodesse cum etiam servitiamque reipublicae et profecto labores non exiguos sustineamque. Oro te, incumbe in hanc causam, ut adolescentem florentem ingenio et virtute adiuvemque. Bene et feliciter Vale. die 18 Novembr.

Philippus Melanthon.

ADAMO AQVILAE

Non ed. S.D. Propter excellentem virtutem tuam libenter ad te Johannes Garreus proficiscitur sed tamen tuo arbitrio permittit, utrum tradere ei munus docendi in Ecclesiis, cum aetas nondum matura videatur, praesertim

cum

cum istic nunc semina doctrinae spargenda sint, qua in re grandior natu plus adferret authoritatis. sed modestia huius iuuenis tanta est ut grauitati senum conferri possit. Est et in philosophia de motib. coelestib. bene doctus et in eo gre doctrinae multos erudijt, quo studio cum delectetur, magis fugitat sodalitia ineruditorum. Sed statues tuo arbitrio. Ex Pannonia accepi recentes literas quae affirmant Tyrannum Turcicum adhuc in Asia esse, et commeatus ex Europa et Asia uersus Syriam mitti, nec formidari hac aestate Turcicas expeditiones in Pannoniam, sed usitata latrocinia metui. Oro autem filium dei Custodem Ecclesiae suae, ut Pannoniae et nobis tribuat salutarem pacem et salutarem gubernationem. Bene et feliciter Vale uir integerrime. In paschate

Viro optimo D. Joanni Ruel Doctori Juris amico suo precipuo.

Etsi ipse cum primum potero decreui uos inuisere [Magno n. dolore afficior propter aduersam ualetudinem Vram] tu nunc has dedi lras ad uos, ut absens aliqua ex parte, si possem, leuarem uestras sollicitudines. Filios uestros optimos adolescentes scitote nobis tam curae futuros esse, quam sunt nri ex nobis nati. D. Doctor Lutherus pollicetur eis habitationem commodissimam in suis aedib. et suae ppriae mensae eos adhibebit. De ualetudine uestra scitis scriptum esse, iacta curam tuam in Deum et ipse te exaudiet. Christus donauit uobis Euangelij sui cognitionem locupletem. Hanc spero uobis solatio esse: scitis n. Deum precipue uel-
le

Non ed.

le, colite fide, ideo erigite animum fiducia misericordiae Christi, et statuite quod uos seruaturus sit ut certe faciet. Est enim Deus saluans et educens ex morte, ut Psalmus ait, nec sinit confundi eos qui confidunt in ipsum. Hoc Sacrificium fiduciae praestate iam Deo. Id enim maxime probat et requirit. Sicut Psalmus ait Sacrificate Sacrificium Iustitiae et sperate in Domino. Facile erit perferre corporis dolores, si animum uestrum hac fide erexeritis. Ex animo uero opto ut Christus sicut dedit uobis Euangelij sui cognitionem, ita uos confortet et corroboret. Et certe non solet esse inane Euangelium. Est enim potentia Dei ad salutem omni credenti. Sed haec spero etiam copiosius ab alijs uobis proponi. Et uos ipsi haec nostis, sed tamen iussit Christus ut suo uerbo nos mutuo cohortemur ad fidem. De pacificatione cum rege adhuc nos nihil certi habemus. Pontanus adhuc abest cum Principe. Deus det faelicem exitum his negotijs. Videtis Landgrauij et animum et successus. Christus det ut ~~profuit~~ prosint Ecclesiae ea quae gerit Landgrauius. BV. P. Melanthon

EIDEM.

Non ed. S. Nondum statuerat certo d. Doctor Ionas se usque in illam Turingiae oram profecturum esse, alioqui adiunxissem me ei; dedi tamen hoc epistolium ut si ad uos ueniret, intelligeretis me non esse oblitum mei promissi. Cum primum potero ad uos expatiabor cum aliquot amicis. Vtinam uos uideamus optimae ualetudini restitutos. Nam animo quidem ita confirmato uos esse spero in Christo, ut etiamsi morbus uos diutius exerceat, tamen hoc sacrificium Deo sciatis praestandum esse, et libenter Dei uoluntati obediatis. Omnia enim sunt

sunt credenti in Chrm facilia. Bene valete.

Cuidam amico. Philippus.

Cum hic venisset D. Doctor Joes statim ab eo requirendum ergo scripsisses, eratq mihi permolestum nihil accipere abs te tratz. Verum excusavit te hospes ipse nr, qd abijsset clam non indicata tibi profectione. Ego neminem hic soleo sine Tris ad te dimittere, quem quem sciam ad vos iturum esse. id tu vicissim ut facias vehementer rogo. Ubi primum libebit per caeli aequitatem ad te expatiabor. Interea tu vide ut pro nra coniunctione des operam, ne tuas Tras diutius desideremq. Saluta meo noie et familiam et Jodocum bop... Max... oov. Vale. Non ed.

Ph. M.

Praescriptae alijs a Philippo.

S. Dedi nuper ad te Tras humanissime pater, quas spero ad te pervenisse, Nec facile dixerim quantum me cruciet expectatio tuarum literarum, ore igr te per summum tuum erga me amorem, primum ut errori meo des veniam. Deinde ut pro tuo more iterum ad me scribas. Quod ut facias plane iterum tibi vitam debebo. Tanti. n. benevolentiam tuam facio, ut non ipsam vitam optandam magis mihi esse statuam, quam ut te habeam aequum ac propicium. Nam secundum Deum in uno te res oes meae positae sunt. Quare maximis me liberabis aerumnis ac miserijs, si mihi placatus rescripseris. Res ut spero declarabit nullam haerere in meis morib. ac vita infamiam. Plura scriberem si prae dolore aj possem quem nulla res levare pts, nisi significatio reintegratae gratiae. Vale.

Alia . ad Ioannem Rinium

Non ed.

Accepi literas tuas ad XVI Cal. Martias quas legi liben-
tissime, plenissimas amoris, humanitatis et officii, Itaque me
plurimum tibi debere iudico quod in tantis occupationibus tuis,
tamen etiam amicitiae nostrae rationem habendam esse ducis, mihique
tam amanter respondes. Feceris autem mihi gratissimum
si crebro ad me scripseris. sentio enim me plurimum ex literis
tuis proficere, quarum elegantia atque puritas tanta est, ut exemplum
[illegible] maxime mihi imitandum putem, et facilius videor mihi
huiusmodi quam vetera effingere. Neque vero tamen ad orationem
prosunt sed moribus etiam conducunt. perscripsisti enim mihi prae-
cepta de omnibus officiis huius aetatis honestissima, in qua pro-
fecto incumbam omni animi cogitatione ac studio, ac mores me-
os summa diligentia regam, et, quantum potero omnibus in-
genii atque animi nervis contendere, dabo operam ut doctrinam
mihi comparem, quae sit usui futura reip. Nam authoritas
tua merito apud me valet plurimum. Quare te quan-
tum possum oro, ut institutum scribendi consuetudinem con-
serves. Etsi enim non possum in hoc genere parem tibi re-
ferre gratiam, seu ut Poeta scribit ἄυλιο ἴω μελέων;
tamen polliceor me si quo officii genere potero, olim decla-
raturum esse hoc tuum beneficium mihi fuisse gratissimum.
Neque committam in te rem, ut in scribendo desiderari in
me officium possit. Vidi hic Bembi quosdam dialogos de

Te-

Terentio, q si tibi ignoti sunt, significes mihi velim. Describam tibi exemplum, Propterea qd cum optimum autorem in delitijs habeas, arbitror te omnes omnium eruditorum siue annotationes siue Disputationes, de eo & studiose inquirere & legere libenter. Quantum autem Bembo tribuant hoc tempore studiosi latinæ linguæ non ignoras. Præter hunc Bembi libellum nihil hic habemus nouorum scriptorum, qd quidem aut videas, aut sine molestia videre posses. Vale

Cuidam Senatuj.

Non ed.

S.D. Non dubito vos pro vra prudentia intelligere quantum ad Ecclæ & reip. gubernationem opus sit literis & doctrina. Vt autem nobis in scholis commendata est literarum propagatio; ita ad vos et cæteros q præsunt ciuitatibus pertinet diligentia iuuandi pauperes Scholasticos, ut doctrina vitæ necessaria conseruarj possit. Nec monerj vos de hoc officio vro a nobis qui scholas gubernamus alienum est. Exposuit autem mihi adolescens quidam Wesaliensis Rudgerus pistor se benigne a vobis adiutum esse hoc anno, viginti talerjs, ut vocant, ac vobis gratias agi meis verbis voluit. Video adolescentem optimo ingenio & singulari modestia morum præditum esse, ac usuj futurum Ecclesiæ aut Scholis si poterit diutius versarj in literis. Sed queritur se a parentibus propter angustiam rei familiaris adiuuarj non posse. Ad vos igitur tanquam publicos parentes confugiendum esse duxit,

Vitam

Vitam sibi acerbam fore adfirmat si literas nunc in medio cursu deserere cogeretur. Ideo propter Christum orat sibi rursus in hunc annum simile munus dari, quod ut faciatis vos etiam atque etiam rogo. Id beneficium optime collocabitis et hæc tempora, ita [illegible] sunt studiosis ac literis ipsis, ut nisi resp. pauperes Scholasticos adiuuent, tristis. barbaries secutura uideatur. Aluntur facultatibus Ecclesiarum homines otiosi, illiterati, quas ad Scholasticorum necessitatem transferri oportebat. Magnopere igitur oro ut huius Vestri ciuis ingeniosi adolescentis rationem habeatis, eique opem feratis in censu optimarum artium amore; pro eo beneficio pollicetur perpetuam gratitudinem, et Deus hanc liberalitatem magni æstimat, ac remuneraturum se largiter pollicetur, Cum ait Amen dico uobis, qui dederit uel poculum aquæ frigidæ uni ex minimis tanquam discipulo [hoc est causa studiorum causa] accipiet mercedem. Et has Eleemosinas præcipue flagitat a gubernatoribus reip. Bene Valete ac literas meas boni consulito Datæ Die 26 Januarij Anno 1540. P. Melanthon

Cuidam amico.

Non ed.

S. D. Quod tam diu non dedi ad te literas, quiduis te suspicari malim, quam me ueteris amicitiæ nostræ oblitum esse. Ego enim tum in alijs officijs omnibus, tum uero in amicitia maxime constantiam probo et retinendam esse statuo. Cum autem ingenij tui suauitatem ita complexus sim, ut nemo mihi iucundior fuerit quam tu, hoc tibi uelim persuadeas me nullo

nullo modo passurum esse unquam, ut mihi memoria tui ex animo effluat. Et facile possem testes meorum sermonum de te producere qui audierint me honorifice de te loquentem quoties tui mentio incidit. Et profecto nunc in me desiderari posset humanitas, si talis amici oblitus essem, qui doctrina, optimis moribus ita excellit ut mihi hortator ad haec studia semper colenda extiterit, cum quo tam multi iucundissimi sermones de literis fuerunt. Ego vero quoties aut scribo aut meditor aliquid, requiro animo tuos doctissimos sermones ac tecum colloqui, teque consulere cupio. Quod autem hactenus nihil ad te scripsi, partim adversa valetudo in causa fuit, qua ita fui consternatus animo, ut facile omnia animi studia de manibus illa maestitia excussisset, partim verebar ne meas ineptas literas hominis acerrimi iudicii aequo animo lecturus esses. Sed nunc confisus tua humanitate et benevolentia erga me pristina, duxi tandem te salutandum esse, ut de mea erga te voluntate te certiorem redderem et renovarem amicitiam nostram, teque ad scribendum provocarem. Nihil enim mihi tua amicitia antiquius aut charius est. Nihil literis tuis gratius mihi esse potest. Vale.

Philippus.

ALIA.

Quod in maximis occupationibus tuis duxisti nobis respondendum esse, magnum specimen singularis benevolentiae erga nos praebuisti. Quare et officium tuum

mihi

mihi iucundiss. est, & literis ipsis cum sint humanitatis plenissi. uehementer delector, easq. tanquam pignus perpetui erga nos amoris mecum in sinu una circumfero & asser-
uo. Itaq. tibi gratias ago quod nos hoc tempore (quod ui-
des plus quam ferreum esse literarum studiosis.) com-
plexus es et significas te studiis nostris non defuturum esse.
Nec uero nobis quicquam optabilius est quam habere patro-
num, cuius et autoritas sit præcipua, & in amicis tuen-
dis fides, aut tibi honestius quam literarum amantes adiu-
uare & prouehere, Maxime enim decet te cum tanta
doctrina præditus intelligas quanta uis & dignitas sit
bonarum artium, dare operam ut quam maxime floreant
literæ. Et cum respublica tibi defensionem omnium orna-
mentorum commendauerit, quibus opus habet, profecto petit
etiam ut has disciplinas in quibus uersamur, tua ope tuearis
et conserues. Quoniam quanta sit utilitas in repub.
tu optime perspicis. Quare te rogo ut quod facis nos in
hæc studia, quadam cum spe ingressos ames, & autori-
tate tua iuuare pergas. Quod enim me adeo amanter hor-
tatus es, ne desim meo officio in discendo, et amore tuo
et autoritate ualde delector, tibiq. polliceor me quan-
tum omnibus ingenii neruis contendere possum, daturum esse ope-
ram ne aut spem patris fefellisse, aut grauiss. admonitio-
nem tuam contempsisse uidear. Hæc rescripsi ad tuas literas
quod uerebar silentium non solum ingratitudinis sed etiam ne-
gligentiæ

quare

gligentiae suspitionem mihi apud te allaturum esse. Et hoc genere tra[illegible] utar saepius ob has ipsas causas, et ut studium erga te meum et diligentiam in discendo agnoscas. Etsi autem literis tuis mihi nihil gratius esse potest, tamen non postulo ut ad me nisi cum uacat et libet scribas. Reliqua officia quibus nobis magis opus est, ut patrocinens nobis apud Principem et patrem spero te non praetermissurum esse, Addas uero etiam literas pro tua summa humanitate si quando uacabit. Vale.

P. M.

Cuidam amico

S. Etsi propter nostram necessitudinem et amicitiam cum praesertim ad te de interitu patris tui Viri optimi scriberem, debebam orationem instituere, quae ad leuandum dolorem tuum uideretur profutura: tamen ita erat animus societate luctus et doloris impeditus, ut ad te consolandum non satis idoneus essem. Magnum enim uulnus accepi amisso tali amico, qui sua autoritate studia measque fortunas omnes regebat. Itaque eius mortem non aliter mihi quam patris mei lugendam esse duco tibique facile ignosco, quem audio orbatum patre charissimo magno in maerore esse. Et accedit ad meum dolorem illud quod te quoque in tanto squallore et luctu uersari intelligo, cuius fortuna non secus ac mea afficior. Te enim propter beneuolentiam patris tui erga me summam et propter meam uirtutem non secus ac fratrem amo.

Non ed.

amo. Sed tn̄ quia in ijs studijs ambo uersati sumꝫ, quæ
in secundis reb. ornamento esse debent, in aduersis solatio, non
alienum esse putaui hoc ipso tempore à lr̄is remedium pe,,
tere, quas ego plus apud te ualere scio q̄a te nr̄a excelso
& forti animo pditum esse cranonij. Etsi .n. tanta uis est
amoris & socrus illius, quem natura nobis insidit ut nō
dolere mortem patris scelus etiam esset; tn̄ ut ratione luct,,
um & mæsticiam moderemur, doctissimi homines magna
autoritate præcipiunt. Etsi .n. auelli à nobis eos quos
charissimos habemꝫ, lugere merito debemꝫ, tn̄ decet nos
colligere illas etiam causas quæ minuunt luctum. Nec il
la tn̄ nos erigant quæ mouent indoctos, quod fata sint im,,
mutabilia, quod & lachrimis & mæsticia flecti non pos,,
sint. Sed nos hæc multo uerior & grauior ratio con,,
soletur, q̄d, cum diuinæ literæ testentur, non occidere casū
homines, sed aliquo certo consilio Dej, decere nos uo,,
luntati diuinæ obtemperare. Meministi .n. nobis scrip,,
tum ēē. Nec passeres sine uoluntate Dei, extingui.
Deinde alia multo uberior est consolatio, q̄d. bonis Vi,,
ris (qualem fuisse patrem tuum egregia erga Deum
pietas in oī uita, & sanctiss. mores testabantur) mors
est aditus ad immortalitatem, ad quam conditos ēē
homines non solum sacræ literæ, sed etiam multa alia
testimonia impressa nr̄æ ostendunt. Audio autem patrem
ipsum cum se summa pietate Deo commendasset tanta

aij

aij presentia, tanta cum spe excessisse ex hac vita, ut dubi-
tare non debeamus quin illa mirabili luce et conspectu
Dei iam fruatur, ad quem fruendum na. homi. praeci-
pue condita est, ubi ut olim una cum ipso legamus et
Deum [illegible] intueamur, studia laboresque nros omnes eo con-
ferre debemus. Longa esset futura oratio si colligere ve-
lim, quae Philosophi ad leuandum luctum scripserunt
sed nobis satisfacere debent ea quae diuinitus tradita de
immortalitate et bonorum praemijs tenemus. Opinor
te etiam Patri tuo gratum facturum, si dolori repug-
nes qui profecto non uult te maerore confici. Quid?
qd ea perturbatio reip. est, ut beati dicendi sint qui-
cunque ex his tumultibus eripiuntur, qd uelut ex saeuiss. tem-
pestatibus in portum auferri uideantur. Quare te adhor-
tor ut magno animo sis, et dolori quem ex morte patris
concepisti repugnes, cum et Dei uoluntati parendu
sit. Et cum patre bene actum esse multa sint signa.
Postremo cum amicitiae nrae pater autor fuerit, eaque
inter nos coaluerit longo iam tempore, etiam socie-
tate studiorum confirmata magnopere te oro, ne unquam
animum tuum a me abalienari sinas. Vale.

Ad D. Albertum Ducem et M.
Brussiae cuidam pscripta.

Illustrissime Princeps, et Domine clementissime Etsi
multo ante specimen aliquod meae gratitudinis et stu-
diorum

Non ed.

diorum ad Celsitudinem tuam mittere debebam, tu hacte-
nus me pudor quidam à scribendo deterruit. Verum
cum nuper à patre meo literas acceperim, in quib. ille mi
praecepit, ut aliquid ad C. T. scribam, non putaui detrectan-
dum esse patris imperium. Itaq. si intempestiue interpello
C. T. rogo mihi ueniam dari, qd ad scribendum non meo
iuditio sed autoritate patris adductus sum. Etsi eas quoq.
meam gratitudinem et obseruantiam erga C. T. tibi no-
tam esse cupio. Nam cum et parentes meos et me singula-
ri beneuolentia complexus sis, intelligo me nulli mortalium
plus debere quam C. T. Ac oi studio enitur ne in me
diligentia in ullo officio desideretur, q gratitudinem meam
erga C. T. declarare possim. Quod aut ad caetera tua
erga nos beneficia illud etiam adiunxisti, qd me doctis
Viris in hac Academia commendasti: Ago C. T. gra-
tias. Quia commendatio tua facit mihi aditum ad
familiaritatem doctissimorum Viror., apud quos tua auto-
ritas pp̄ter excellentem uirtutem tuam est maxima. Spe-
ro illor. consuetudinem mihi in studijs bonar. artium plu-
rimum pfuturam esse. Postremo commendo me C. T.
summa cum reuerentia, Nihil n. honorificentius aut op-
tabilius cuiq. contingere pts quam boni et sapientis
Principis beneuolentia et patrocinium, qualem te esse
grauiss. magnorum principum et tuor. ciuium in di-
cia testantur, et tuas laudes effusiss. in hac urbe Viri
doctiss. praedicant. Ego uero polliceor C. T. me
da-

daturum operam, omnibus ingenij atque animi neruis, ut mea studia tuae expectationi respondeant, ut olim Deo adiuuante usui esse reip. possim. Ac diligentiam in regendis moribus adhibebo, quam et pater meus et tu pro tua excellenti uirtute et grauitate requiritis. Precor ut diu nobis C. T. Deus seruet incolumem ad gloriam Christi et utilitatem reipub. Bene Valeat Celsitudo tua etc.

Praescripta alijs à Philippo

Cum primum huc iterum ex patria ueni, mea prima cura fuit ut de te omnium primo percunctarer, quid ageres, quomodo ualeres. Sed postea accepi ab ijs qui tua consuetudine usi sunt te domum profectum esse, ualde perturbatus fui, et propter non paruam necessitudinem et consuetudinem qua nunc careo, ualde moleste tuli. Etsi autem spero tibi constantiam in conseruanda nostra amicitia etiam absenti non defuturam esse, tamen ad officium utriusque pertinet ut literis mutuum amorem et declaremus et alamus. ut enim animorum coniunctio perpetua esse debet, etiamsi distrahimur locorum interuallis, ita praestare nos decet ut fructum aliquem ex nostra amicitia capiamus. Mihi uero tuae literae non modo uoluptatem, sed etiam utilitatem magnam allaturae sunt, si de studijs et iuditijs doctiss. hominum inter quos uersaris aliquid ad nos scripseris, quod ut facias uehementer rogo, praesertim hoc tempore cum Basileae haeres, ut ex Othone intellexi, Ubi domicilium est celebre omnium optimarum artium. Apud

Basilea

nos

nos Academiae idem status est q erat cum adesses. Assi-
duitatem in Iure unus Lagus praestat, q tractatum actio-
num absoluit. Nunc attexit exceptiones & caetera q sequuntur.
Eadem non summo mihi iudicium de toto genere aut caeteris
professoribus: Sed tu prodesse adolescentib. illa docendi uia ne
Dialectica ro quam Lagus adhibet, uidetur. Me quidem
ut sentio admuasset. Nec ille nihil sustinet inuidiae propter
hanc diligentiam, etsi ea est moderatione, ut nullas receptas
opiniones conuellat, nunq labefaciat aliorum autoritatem.
Tu quos istic audias eruditos homines non tm Iurisconsultos
sultos uelim significes. Faelicem te iudico q. Grinej, Bo-
nifacij, Amarbachij consuetudine & eruditissimis sermoni-
bus frui potes. BV ALIA.

S. Noui quendam ciuem Noribergensem Senem cuius e-
rant ampliss. facultates. Is in diuersorio cum una nobis-
cum esset dicebat se, si fieri posset, dimidia parte suarum
opum empturum esse uel mediocrem cognitionem linguae
latinae, ut intelligere loquentes & interrogatus responde-
re posset. Affirmabatque sibi eam doctrinam maiori uo-
luptati atque honori futuram esse, quam pecuniam, quae
non tam in ipsius quam fortunae potestate esset, Doctri-
na uero non amittitur, quae in secundis reb. ornamento
in aduersis solatio est. Et profecto, mihi crede, ille
Senex non sine magno affectu haec dicens, Vere bona
literarum dignitatem inspexit. Nullum .n. maius esse si
res

res inspiciatur ꝓpi[illegible] neq. nobilius, neq. praestantius in toto mundo est officium quam discere et docere. Etsi autem armis defendere rempub. aliquid magni est et plane aliquid divinum, tamen cedunt arma togae concedat laurea linguae. Certe si alius alium non doceret horribilis barbaries in mundo esset secutura. Quamq. autem his qui paucis annis in studio versati sunt videtur res plena laboris et molestiae, tamen illud cogita virtutem semper sudore parari. Te quoq. necesse est adhuc aliquam diu molestias inde capere. Quare non sinas deterreri te ab honestissimo instituto, ac depelli laboris magnitudine. Sed contra audentior ito. Breve .n. tempus restat quod si bene collocaveris, ingentia commoda et incredibiles voluptates adipisceris. Meministi .n. versiculos.

Quisquis .n. duros casus virtutis amore
Vicerit ille sibi laudem decusq. parabit
At qui desidiam Luxumq. sequitur inertem
Dum fugit appositos incauta mente labores
Turpis inopsq. simul miserabile transiget aevum.

Sed spero te admonitionibus meis daturum locum. Non .n. paenituit adhuc tui fructus, modo perge ut eam doctrinam consequaris. ꝓpter quam ab omnibus ameris. Sed nolo de hac re longior esse. Habes .n. domi philosophos qui te de hac re bene erudiunt. Vale

ALIA

Etsi certo nondum scio utrum patriam attigens an non,

tamen

tamen quia ex literis Christophorj Haun missis ad Josephum intellexi te statim in reditu Franciæ regis ualuisse, spero te incolumem Dei auxilio domum rediisse. Non possum tamen non esse sollicitus de tua ualetudine, donec ipse ad me scripseris de omnibus rebus tuis. Quare literas tuas auide expecto, teque per nostrum mutuum amorem rogo ut quamprimum ad me copiose scribas. Ego ut nihil magis opto quam ut ualetudine optima utaris, ita non desino pro te uota facere, ut Deus te seruet incolumem nobisque concedat, ut mutua beneuolentia quam diutissime fruamur. Nullas enim amicitias fraterno amori anteponendas censeo. Sicut et Hesiodus monet Μηδὲ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον. Academia nostra dei beneficio tranquilla est. Lutherus dies circiter sedecim laborauit dissenteria, sed nunc prorsus conualuit. Lemnius relegatus est publico decreto. Nuper fulmine ictum est culmen alterius turris ad arcem, sed sine insigni detrimento. Tantum enim pauca tegulæ in turri ruptæ sunt, telum fulminis decidens quendam senem pretereuntem interfecit, Ea res pro prodigio accepta est. Et paucos post dies Colhas cœpit renouare suum latrocinium, capto ciue nostro optimo Georgio Reich. De Cæsare silentium est. Sed Ducem Geldriæ aiunt mortuum esse, ac de Ducatu certamen esse inter Burgundos et Juliacenses, qui successor designatus est. Habes nostra omnia. Bene uale, et rescribe. Anno 1537 Mense Junij.

ALIA.

Amanter

Amanter & officiose abs te factum est, quod mihi signifi-
casti quem sis portum nactus post longam errationem,
& qua conditione te sustentes. Nam cum post discessum
tuum mirifico desiderio tui tenerer, magnopere cupiebam
ad te literas dare, sed quo mitterem plane nesciebam. Da
bis igr ueniam meo tam diuturno silentio. Intelligo aut
te scribae munere fungi apud quendam Consiliarium incly-
ti regis Ferdinandi. Hanc fortunam tibi ex animo multis
de causis gratulor. Primum .n. malo te habere occupatio
nem non prorsus illiteratam, quam mercaturam exercere.
Etsi .n. laudant non modo Philosophi, sed etiam nri Iu-
reconsulti mercaturam praesertim τὴν οἰκονομικὴν & ego
uitae hominum necessariam esse iudico, tn dignitas maior
est nri ordinis, cuius consilio res magnae gubernantur. Et
plurimorum mercatorum mores digni sunt odio, quorum
consuetudine te corrumpi nollem. Nam in nullo ordine
aut luxus aut insolentia maior est adeo illos regina om-
nium pecunia infatuat. Deinde in regia aula habes
occasionem discendi pleraq; quae ad politicam prudentiam
pertinent, quae in caeteris minoribg aulis disci non possunt.
Quamq; autem ea te fide & constantia praeditum esse
confido ut non uerear ne tuum animum fortuna mutet:
tn abs te peto ut memoriam nrae amicitiae conserues
ac mihi pergratum facies si quam saepissime ad me
scripseris.

scripseris. Synodum Vicentinam aiunt dissipatam esse, et cardinales Romam reuocatos, Alexandrum uero uen= turum in Germaniam. Et mitti hunc multi suspicantur, ut accendat bellum in nostris regionib. praesertim postquam pax inter Caesarem et Gallum facta est. Sed his de rebus ea mihi significabis quae licet impertire amicis. Nostra Academia tranquilla est Dei beneficio. Et ego in studijs fu= ris ita uersor, ut tamen hanc scribendi exercitationem adiungam, quam uides iam ut existimo etiam magnum usum habere in respub. In Italia aiunt passim pullulare semina pu= rioris doctrinae, qua de re expecto certiora ex tuis literis. Vale.

ALIA

Cum multas a te literas accepissem Iohannes charissime ex quibus tuarum rerum statum percipere potuissem, nescienti mihi et diu cogitanti, quomodo post reditum tuum in pa= triam, quem felicem fuisse scio res tuae sese haberent, ui= sum est ad te scribere. Quapropter tibi tuisq. gratulor quod incolumis domum ueneris, et patris tui familiam saluam salutaris. Spero autem parentib. reditum tuum iucundum fuisse, quibus scio salutem tuam maximae curae esse. Nam bonae natura et virtute praediti praecipue solent esse Philosophi. De Academia etsi frater ad te omnia scri= bit, ego tamen etiam duxi aliquid significandum esse. Lutherus dies XVI laborauit Dyssenteria, sed, Dei

bene,

beneficio eo morbo feliciter liberatus est. Postea ut
saepe accidit fluxus dissipati in corpore, incubuerunt in
latus sinistrum, et partim iuncturam ubi καρπος iungitur
brachio sinistro, partim poplitem occuparunt, sed sine peri-
culo. Nunc pulchre conualescit. Aliquoties enim extra oppi-
dum his dieb. exspaciatus est. Decet autem nos Deo agen-
tes gratias agere, quod in tanta Ecclesiae perturbatione
huic uiro uitam prorogat. Vidimus enim eius autoritate et
eruditione multos phanaticos spiritus repressos esse, et mul-
torum errores obrutos. Quare eo extincto magnum amit-
teret Ecclesia praesidium. Ac fortasse multi passim exori-
rentur turbulenti ac factuosi concionatores, qui aliorum
monitis in uiam reuocari non possent. Commendabis igitur
eius salutem Christo. Vale.

CVIDAM.

Utinam conuentus Noribergensis habeat tranquillam
καταστροφὴν. Nam studiis nostris pace opus est, quae si
quod bellum in Germania hoc tempore incideret prorsus
extinguerentur. Opinor autem eos qui praesunt non
modo sui otii, sed etiam rationem publicorum studiorum
habere debere. Verum nescio quo fato fiat, ut ii quibus
bellum minime erat utile, plus ferant rixarum quam
alii. Multa hic feruntur de apparatu Turcorum,
et de repressis copiis Turcicis in Walachia, quae ar-
bitror

bitror tibi esse nota. Hoc narrant Poloni nri Walachos pacem fecisse cum Polonis, Ac deinde exercitum à Joanne Rege Pannonico conductum esse, ac in Pannoniam traduci, ut firmiora ibi sint præsidia contra Turcos. Hunc consensum Vicinorum regum contra Turcos, si adiuuaret cæteræ nationes, spes esset posse totam Europam liberari à terrore Turcico. Sed ut Claudianus de cæteris regnis dixit, Ita accidet aliquando populis Christiani nominis. Sic enim ait, Quam cætera regna Luxuries uitiis odiisque Superbia uertit. Deus mitiget mala publica & nos seruet. Bene Vale.

Philippus Melanthon

MARCELLO.

Non ed. S. D. Herus tuus honorifica oratione et diligentiam tuam et aequabilitatem mihi predicauit. Ego de diligentia quoniam nunquam in te fidem desideraui non ualde sum miratus. Illa laus tuæ æquabilitatis magis me delectauit. Exposuit enim mihi σοφὴν τῶν τρόπων κρᾶσιν, et operam tuam in posterum etiam promisisse. Quæso igitur te ut quod facis peragas summa fide optimi viri filios docere, quos spes est patris similes fore, si præceptoris diligentia in[...]batis mores formabuntur. Cum à nuptiis Viti nri huc ex Thuringia rediissem, Vienrodensi vehementer consternatus sum ea fama de τῇ ἀσθενείᾳ heri tui quæ

iam

ibi reposita esse sciebam. Tu facies rem mihi gratum si ea de re mihi scripseris quomodo se habeat. De tua et uoluntate & studio me certiorem facito. Vale

Philippus

Amico cuidam

Non ed.

S. Literae tuae perspicuam beneuolentiae erga me tuae significationem habuerunt, quae mihi gratissima est. Nam nihil mihi iucundius est quam nos, qui literas & religionis Doctrinam profitemur recte inter nos cohaerere. Neque quicquam magis displicet mihi quam intestinae nostrorum discordiae, & domestica odia, quasi non sint alij multi hostes. Videmusque quantopere nos odit vulgus. Aduersus haec mala nostrorum consensus aliquid solatij adfert. Sed desino de his rebus declamitare. Literae tuae mihi gratae fuerunt. Pastorem Helperhusensem commendo tibi. Et quantum potes des operam ne per iniuriam opprimatur. Bene & feliciter Vale.

ALTERI.

Philip.

Non ed.

S. Eximie D. Doctor commendo uobis hunc Magistrum Arsacium petentem Ludi literarij administrationem apud uos. Olim Ingolstadij captus est, et crudeliter tractatus à Theologis suis. Id eò scribo ut et Magnoscere hominem facilius possitis, & complectamini familiariusque, cum intelligetis eum singulari Doctrina praeditum esse. Mihi pollicetur se isthic omnia de uestro consilio facturum esse. Quare uos pro Vestra humanitate suscipietis hominem & iuuandum et tuendum. Bene Valete.

EIDEM

Exposuit mihi Arsatius summa humanitate se à uobis exceptum atq. tractatum esse quod fuit mihi gratiss. Existi-mabam .n. partim eius officij ad me pertinere, qd propter meam commendationem uidetur benignius à uobis adiutus esse. Ego si quo genere officij uicissim uobis gratum facere potero, operam dabo ut intelligatis hoc beneficium apud hominem gratum collocatum esse. Nunc iterum uobis commendo Arsacium & iuuandum & tuendum. Hortatusq sum eum accuratissime ut uos & tanquam pastorem & uirum peritum & amantem studiorum nostrorum diligenter & reuerenter colat atq obseruet. Idq. faciat non solum qu uirtuti Vrae hic honos debetur. Sed etiam quae expedit tranquillitati Vrbis concordia uestra. Hoc mandatum spero Arsasium non neglecturum. Nam & literatus est, & non omnino rerum imperitus. Sed erit humanitatis Vrae ostendere ei qb. rationibus, optime & summum publicam concordiam retinere possit. Bene Valete.

Philippus Melan.

ISLEBIO.

Non Ed. Domi tuae heri fui mi fr̃es ut liberos & Vxorem tuam uiserem. Salua erant adhuc oia, precor Christum ut & tu aliqn ad nos incolumis redeas. et familiam inuenias incolumem. Ante triduum hic de motu Franckfordiano certiores facti sumus. ex li-

literis Joannis clam intellexi[mus] autorem illum doctorculum
Vrbe eiectum esse. Ego spero fore ut vrbem c[et]erea paca
tiorem inuenias. Ille blasphemus Spiritus mire iam reue
latur. Ex Losero, (Nam is nobiscum in tuis aedibus
fuit) intellexi comitem Albertum missurum nobis Con
fessionem Munzeri in qua dicit multa extare etc. Id
O mirum iudicium Dei. Profecto xp[ist]um propositum
est q[uo] timor Dei incuteretur nobis, & admoneremur
nomine Dei gloriose uti. Christus custodiat te

Philippus

EIDEM.

Non ed.

Proximis diebus cum domum redissem, ceptum est de
professore Theologico deliberari, qui reliquis lectionib[us]
adijceretur. Mihi id oneris imponi quidam uolunt,
Estq[ue] ea conditione aucta merces annua. Verum me mul
tae causae deterrent, Nec uidetur ei labori sufficere Va
letudo qua ego ut scis pertenui utor. Fit tui ibi
etiam mentio. Neq[ue] dubitare debes, quin, si libeat
redire, honestam conditionem tibi nostri delaturi sint.
Quare nisi nimium amas patriam, et potuisti iam ex
animo ueteres amicos eijcere, uolo te hac de re co
gitare quid sit optimum factu. Nemo tempestiuum
iam putat te isthinc auellere, sed per occasionem ali
quanto post scholae fundamentis iactis, multi boni in
spe sunt, rursus posse fieri, ut nos illo tuo ingenio
fruamur. Erit[que] hac de re ut alias etiam sumbo

νος αἴσιος ὁ χρόνος ut Græci dicunt. Joachimus, Michael, et Jobus Norinbergam commigrabunt ut spero. Nos hic hæremus adhuc, uiduri profecto si adesses. Nam me reliqui amici non permultæ delectant, propter dissimilitudinem studiorum. Vale. EIDEM.

Non ed. Ego his dieb. Torgæ in aula fui, et de commeatu petendo egi. Scis n. me habere iter Norinbergam. Multa ibi cognoui quæ cupio in tuum sinum effundere. Et quia tecum sum breui futurus seruabo ad nostras confabulationes totam historiam. Inter cætera audio Vuolfgangum dimittere Vxorem, sed dicunt morbum Gallicum causari. O quos dabit sermones ea res maleuolis. Quæso te per nostram amicitiam ut hunc Vandelinum in schola germanica petenda adiuues summa ope. Et puto in hominem optimum et integerrimum collocari quicquid in eum confers. Vale Philip: Mel:

Guilhelmo Reifenstein

Non ed. S D Cum Sarmatæ, qui hic aliquandiu uixerunt maxime probarent disciplinam sodalicij liberorum tuorum Vehementissime à me contenderunt ut Nobilem adolescentem gentis suæ illo honestiss. cœtuj adiungi pateremur, Vbi disciplinæ Sanctitate, et exemplis tuorum liberorum retineretur in officio Affirmabat id officium gratiss. fore summis hominibus apud suos. Etsi diu repugnabam, tamen cessi eis tandem morem, sed ita si

tibj

tibi quoque res placeret. Item si mores adolescentuli futuri essent satis commodi. Hanc igitur ad te defero, teque rogo ut humanitatem tuam in consilium adhibeas. Mores adolescentis sunt pleni humanitatis, et praeceptori studiose obtemperat, cum aequalibus in summa concordia vivit. Delectat et filios tuos illa quasi aulae cuiusdam spes. Honorificum etiam tibi et nobis puto, expeti consuetudinem sodalicii liberorum tuorum, a prudentibus et bonis hominibus. Denique si quid incommodi esse iudicassem, non fuisse passus adiungi eum. Sed tu totam rem arbitrio tuo permitto. Etsi rogo ut mea causa etiam aliquid hospitibus et nobilibus hominibus concedas. Quorum nos ut scis studia retinere debemus. Bene et feliciter Vale Lipsiae Die Lunae in mercatu 1535

Egregia doctrina et uirtute praedito D. Ambrosio Moibano doctori theologiae amico carissimo.

S. P. D. Et res literaria et Vestra ciuitas magnam iacturam fecit extincto uiro praestanti pietate ac uirtuti praedito D. Metelero. Quare etsi ipse ex magnis aerumnis ad immortalitatem euocatus est, tamen reip. causa mortem eius merito lugere debemus. Reliquum est autem ut eius amicos tueamur. Commendauit mihi admodum amanter hunc adolescentem Cratonem, qui nunc propter ualetudinem domum redit,

Non ed.

redit, cumque amisso patrono me rogaret ut literas ad te scriberem, teque orarem ut tua autoritate Senatui studia ipsius commendares. Petet sibi prorogari stipendium, Ea in re ut eum adiuues magnopere te rogo. Est enim non ut plerique alij tantum prophanarum literarum cupidus, sed sacrarum ac philosophiae per quam amans. Hoc nomine te complecti eum aequum est. Bene Vale 23 Nouembris. Viteber,
gae Aº 1538. Philippus Melanthon.

Prato

Commeatus siue saluus conductus
(ut uocant) D. Johanni Lasikij
à Duce Saxoniae Electore datus
à P. M. conscriptus.

Dei Gratia Johannes Fridericus Elector Dux Saxoniae Lantgrauius Turingiae et Marchio Mysniae. etc. Petiuit a nobis literas publicae fidei, facturus iter per nostram ditio,
nem et nostra dominia Reuerendus Dominus Johannes à Lasko Praepositus Gnesnensis. Cum igitur uidissemus literas publicae fidei datas ei ab alijs principibus ex quibus intelligi poterat, eum hoc iter non suscepisse ad iuuandas res hostium Caesariae Maiestatis, aut Regis Hungariae et Bohemiae Ferdinandi: Dedimus ei nos quoque per domi,
nia nostra et ditionem nostram comeatum et fidem publi,
cam. Quare mandamus praefectis et questoribus in di,
tione nostra, Ut et ipsum D. Johannem à Lasko et fa,
miliam eius cum equis et Sarcinis, libere per nostra do,
minia

minia iter facere sinant, & si quo in loco nrae ditionis commorarj uolet mandamus etiam praefectis & quaestoribus ut petenti addant deductores, sicut alijs honestis hospitibus. Vicissim Dominus Johannes à Lasko seruesit uita hospitij coia & societati humanae consentanea. Sicut speramus eum facturum esse. Intelligimus enim eum egregia doctrina & uirtute politum esse, propter quam & nos ei studia deesse noluimus Datae Viteberae 6 Die Maij Aº 1537.

Venerabili Viro D. Joannj Kreslingo
Ecclesiae Goltperagensis Concionatorj
amico suo. S. D.

Dominus Georgius mihi duas Quaestiones proposuit: Alteram an arcendi sint à Ceremonijs Baptismi, illj qui de Caena domini secus sentiunt quam uos. Scripsi autem uobis mihi tutissimum uideri, ne illos irritetis publicis uotis. Nec dubito quin irritati talibus censuris plus tumultuum excitaturj sint. Nunc uestra dissimulatione paulatim senescunt. Praeterea Paulus iubet infirmos in fide suscipere. Sed si qui de Baptismo male sentiunt, hos admonitos plane duco arcendos esse, si non resipiscant; quia Anabaptistica factio plena est furoris ac sceleris. Et tota uos respub. aduersus Anabaptistas armare debet. Interrogauit & de Elevatione. Multi ex nostris abrogarunt eam. Nos hic ex ue

Non ed. C

ueteri more retineng. Nec tibi mutandum esse subito morem
censeo; etsi multae quaestiones uitarentur, uno illo more
mutato, sed tamen quia cum signis datur corpus Christi, reueren-
tia illa externa non potest damnari, si mens recte iudi-
cet nec signum adoret, sed intelligat aliud praeter sig-
num ibi dari. Omnibus Ecclesiae temporibus in Mysterij tracta-
tione, ut uocant, Ecclesia abijcit se in terram. Quare
non uideo quomodo morem tollere possis. Sed recte erudien-
di sunt homines. Ego etsi uideo aliquid esse incommodi
tamen non sum tibi autor mutandi, sine ueteris ...
Vestrarum Ecclesiarum. Bene Vale

Philippus Melanthon.

NOBILI CUIDAM.

Non ed. S.D. Delector officio tuo mi N quod de secessu tuo ac stu-
dijs ad me scripsisti. Agnosco enim ea in re tuum erga
me amorem, quem, quia de tuo ingenio bene et amanter
sentio, facio plurimi. Caeterum de migratione leges nul-
lae impositae sunt auditoribus, quare ego quidem facile pa-
tior in ijs locis te uersari, ubi quam poteris commodissi-
me uiuere. Illud tibi etiam opto, ut sodalitium habeas li-
teratum quocum exerceas et oblectes ingenium feli-
cissimum, quod si perges colere polliceri tibi ausim, te et
tibi et patriae ornamento futurum esse. Comparent enim
notae singularis cuiusdam felicitatis in oratione tua. Qua-
re te non desinam hortari tum tua, tum reipublicae causa,
ut

ut in iis artibus in quibus cum expectatione nostra uersa=
ris, omnes magni neruos intendas, ut ad rempub. instructi=
or accedere possis. Ac Mineruam Homericam tibi quoq.
illud dicere putes quod Telemacho adolescenti dicit ad=
χισμος [illegible] ιναλις σε κη ο φιζοναν εν τωη Breui
ut spero eam partem Scholae quae decessit in Tyrigetas
reducturi sumus Deo uolente. Te quoque cum tibi erit
commodum, redire ac nobiscum communia studia tracta=
re & ornare cupio. Vale

Philip: Melanthon

D. BEMFINGER.

S. D. Etsi humanitatis causa decet praesertim nos qui uir= Non ed.
tutis doctrinam profitemur & appetere & colere amici=
tias, tamen has etiam fructuosas esse conuenit. Nec ego
sum Stoicus: fateor me etiam utilitate moueri, ac praeser=
tim publica. Delector tua & tui similium beneuolen=
tia, et quia cum bonis coniungi me uolo, & quia
uos isto loco in repub. quantum possum ascendere cu=
pio, ut haec literarum studia autoritate uestra iuuetis.
Nonnihil consensus eruditorum ad res bonas iuuandas mo=
menti affert. Quare me cupio tibi homini egregia doctri=
na & uirtute praedito quam commendatiss. esse. Tu=
as literas et Μνημοσυνον quod misisti accepi &
iudico pignus esse perpetuae erga me beneuolentiae. Mit=
tam aliquando uicissim aliquod literarium munusculum

Ado,

Adolescentem Andream spero tibi satis commendatum esse. Nam de eius ingenio potes ex ipsius oratione coniecturam facere. Est autem oratio, ut mihi videtur satis nitida. Rogo tamen ut mea causa aliquid addas ad benevolentiam erga ipsum tuam. Et cum ei hortator ut det operam iuri civili. quod si tua sententia cum mea congruet, maiori animi impetu ac studio se ad eam doctrinam conferet. Quare ei tuum consilium scribes. Vale 21 Septem. Ao 1538

Philippus Melanthon

INTIMATIO DECANI.

B. Illustrissimus Princeps voluit adiungi disputationibus consuetudinem declamandi. Nam stylus formari sine hac diligentia nullo modo potest. Stylus autem magnas utilitates affert: non solum ad dicendum prodest. Sed etiam ad formanda iudicia. Nam consilia in bonis scriptis et genus sermonis iudicari non potest nisi ab his qui exercitatione Styli usitati sunt; Deinde qui se accurate ad scribendum assuefaciunt maiore prudentia res aptas eligunt. Quare ad alendam prudentiam stylus etiam magnopere conducit. Quid quod in his nostris declamationibus materias afferimus utiles ad vitam? Quam multas historias cognitione dignas quam multos locos ex praestantissimis artibus illustratas recitarunt studiosi in suis declamationibus, Illud constat puritatem latini sermonis non

posse

posse conseruari. Ut igr renouetur mos declamandi, cras hora nona recitabitur declamatio de Imperatore Friderico I. Cumq decéat scholasticos operam suam conferre ad hunc morem conseruandum, hortor studiosos, ut in eam recitationem frequentes conueniant.

GRATIARVM ACTIO
authore phi: Melanch:

Cum preceptores nostri mandarint mihi, ut in hoc honestissimo cœtu de more agam gratias gaudeo mihi eas partes datas esse, in quibg officium magis q eloquentia spectatur. Spero n. uos pro uestra summa humanitate uoluntatem meam probaturos esse, etiamsi in oratione multa desiderabitis. Quanqz cuig e tantum acumen ingenij, tanta eloquentia, ut ea benefitia qz studiosi a bonis Doctoribg accipiunt pro dignitate predicare atqz ornare possit. Quæ n. benefitia maiora ac meliora conferre homines hoimb: possunt quam hanc rectę Doctrinæ communicationem qua tota uita continetur ac regitur, quam habeng Ducem ad uirtutem & ad immortalitatem. Itaqz semper optaui aliquam mihi occasionem dari significandæ meæ gratitudinis erga preceptores nostros, presertim cum uiderem precipue in hac schola, summa fide summaqz prudentia nobis optimas artes tradi atqz inculcari. Cumqz hi mei colleage testentur se ad eundem modum affectos esse non solum de me, sed etiam de sua uoluntate a me dici uoluerunt, etsi aute

haec

haec commemoratio lenius [?] offitium quam ut magnitudini meritorum uestrorum respondeat, tamen quoniam in ipsis auspitijs nostri honoris et in hoc publico conuentu, Deo et uobis testibus obligamus nos religione quadam ad habendam gratiam perpetuo, plurimum habere ponderis haec commemoratio iudicanda est, agnoscimus itaque nos ijs beneficijs affectos esse quibus cogitari nulla meliora possunt. Nullum enim est maius beneficium quam recta de maximis rebus, de religione, deque omnibus uitae offitijs alios docere, Cumque haec bona uere Dei munera in terris esse statuamus, Sentimus Deum uindicem ingratitudinis fore, si quis maretus fuerit aduersus eos, quorum opera aditus ipsi patefactus est ad has optimas ac diuinas artes, Quare pollicemur nos perpetuo uobis gratiam habituros esse ac daturos operam ut quocunque offitij genere poterimus cumulate per occasionem referamus. DIXI.

GRATIARUM ACTIO
in eadem promotione 1539

B Publica consuetudo quae instituta est propter exercitationem adolescentum excusat nos, qui in hunc locum ipsi ad dicendum prodimus. Ideo mihi quoque ueniam dari spero. Idque ut pro aequalitate et humanitate uestra faciatis rogo. Cum autem huius nostri gradus studia, debeant praecipue eo referri, ut ad Doctrinam relligionis explicandam praeparemur summam quaestionem ex sacris literis. Quae sit sententia descriptionis Fidei quae extat in epistola ad Haebreos, et an

descriptio

descriptio illa comprobanda sit. Prima autem cura esse
dt in omni enarratione de genere sermonis. Ideo initio
uis uocabulorum explicanda est, quo in loco satis apparet gram
maticam & graece linguae cognitionem, prodesse ad scrip
turae tractationem. In Vulgata interpretatione sic legitur.
Fides est substantia rerum sperandarum & argumentum non appa
rentium. Ac de uocabulo substantiae mirae sunt coniecturae
Chrisostomus exponit substantiam pro summa rerum & possessione
ut ditiores substantiam, pro facultatibus. Quasi hoc uelit textus
fidem esse possessionem rerum sperandarum. seu fide ac
cipi res sperandas. Alij postea aliter interpretati sunt.
Sed facile hunc nodum grammatica expedit. Significat
n. ὑπόστασις usitatissime expectationem, nec dicunt faculta
tes ὑποστάσεις sed ὑπαρξεις. Est ergo sententia, fides
est expectatio rerum sperandarum. Hoc quam apte qua
dret postea ostendam. In altera parte dicitur argumen
tum non apparentium, Graece multo illustrius ἔλεγχος
certa & firma notitia, qua animus tanquam conuincitur.
Dixi de uocabulis & grammatica, Nunc an sit apta
definitio uideamus. Quidam aiunt Encomium potius
esse quam Definitionem, quod non improbo, sed tamen En
comia si sunt apta & propria, sumuntur ex Defini
tionibus: certe ab his dissentire non debent. Affirmo
uero esse ueram & commodam Definitionem. Nam
fides de qua hic fit mentio duo complectitur. No
ticiam

ticiam seu assensum: Primum igitur fides est noticia certa non apparentium. Id uocant ἔλεγχον. De fide certo statuimus, Deum esse, Christum esse filium Dei, generis humani redemptorem, iudicaturum esse totum genus humanum. Deinde non solum noticia est sed etiam expectatio promissionum, et fiducia qua statuimus nobis promissa Dei, et quod propter Christum Deus nobis certo ignoscat, exaudiat, curet, iuuet nos et sit nos ab æterna morte liberaturus. Hanc fiduciam qua statuimus Deum nobis propitium esse, nosque Deo curæ esse complectitur cum inquit expectationem. Cum igitur fidei natura declaretur, recte comprobata est definitio, et si dialectica loquendum est recte locum generis obtinet noticia uera et deinde expectatio. Est enim fides primum noticia, deinde et motus cordis quo expectamus promissa et uere nos Deo curæ esse statuimus. Differentiæ sumptæ sunt ab obiectis quæ fides uersatur circa uerbum Dei, quo promittuntur cælestia bona, nondum subiecta sensui, scilicet remissio peccatorum, quod Deus nos exaudiat, curet, et sit donaturus uitam æternam. Hactenus de Definitione, quam ideo recentiores non potuerunt recte exponere, quia uocabulum fidei male intelligebant uidelicet tantum de noticia qualis etiam est in diabolis, in his certe non est expectatio rerum sperandarum. Hæc commemoraui ut hoc exemplum moneat nostros commilitones ad enarrationem doctrinæ relligionis conducere has primas artes in quibus uersamur. Ordine

sim

sim plixior breviter addam genus actionem, ut mihi mandatum est. Cum nullum sit maius beneficium commu-nicatione verae doctrinae, profitemur nos plurimum de-bere huic toti Academiae, in qua recta doctrina relligio-nis et aliarum bonarum artium diligenter traditur. Primum igitur agimus gratias Deo et Domino nostro Jesu Christo, cuius donum est vera doctrina et rogamus ut eam conservet, ne ipsius gloria obscuretur aut extinguatur. Dein-de agimus gratias praeceptoribus nostris et omnibus qui nostris studiis et honori faverint. DIXI.

Oratio habita à M. Mar-cello.

Cum mihi à praeceptoribus nostris mandatum sit, ut in hac Schola publice tradam Elementa Grammatices spero hic non opus esse longiore oratione qua me excusem quod has partes suscepi. Neque dubito plerosque vestrum ea humanitate praeditos, ut qualecunque studium meum quod Dominis et praeceptoribus nostris ita postulantibus recusare nolui, benigne sitis interpretaturi. Itaque non utar hic longiori excusatione, confisus humanitate vestra cuius fiducia peto ut cum praeceptorum voluntati deesse noluerim officium meum boni consulatis, et quia intelligo mi-hi in hac imbecillitate, tum ingenii tum animi mei, opus esse singulari benevolentia vestra (sentio enim me timore nonnihil impediri, quo minus ea alacritate qua debebam ad hoc officium accedere possim) quaeso à

vobis

uobis etiam confirmandi animi mei causa ut maiore studio ac fauore me amplectamini, qua in re et dignum facietis uestra humanitate, et mihi officium praestabitis non solum gratum, uerum etiam necessarium. Quia uero uetus hic mos est nec ut existimari potest, sine graui consilio à maioribus institutus ut cum in Schola artis alicuius professio inchoatur, initio habeatur oratio qua ostendatur et commemorentur utilitates istius artis, quae studiosis proponitur, postulabat fortassis et hic locus à me orationem, qua utilitates uniuersae grammatices adolescentibus copiosius explicarem, ego tamen cum uideam quotidie alios nostros praeceptores, Doctissimos et optimos uiros cum de uniuerso genere studiorum nostrorum, tum etiam de Grammatica summo studio monere adolescentes, Non putaui nunc utilitates grammatices prolixius à me repetendas esse, praesertim cum et, neminem arbitrarer ita imperitum esse, cui istae per se non essent notae ac perspicuae, et non dubitarem plerosque uestrum iamdudum rectissime sentire de toto hoc genere primarium artium et, praecipue de Grammatica. Quis enim non uidet ad comparandam noticiam sermonis quo non solum omnes artes ac disciplinae, uerum etiam omnia negotia continentur grammatica opus esse? Et cum ut Iurisconsultus ait, Principium uniuscuiusque rei principalis pars sit, Grammatica inter reliquas artes facile principalem locum quasi suo iure tenet. Ego itaque omissa hac oratione de necessitate

sitate uniuersæ grammatices, cum ita uisum sit precepto-
ribus nostris ut enarrarem aliquem libellum de faciendis uer-
sibus duxi de una tantum grammatices parte uidelicet de
extrema, [est] scribendi carminis hoc loco breuiter aliquid esse
præfandum. Quare si me benigne ut spero audietis,
exponam breuiter aliquas utilitates, propter quas intelli-
gant adolescentes si uelint dignum suorum studiorum fructum
percipere sibi hanc exercitationem faciendorum uersuum
nequaquam negligendam esse. Ac meo iudicio non parum
momenti afferetur ad inuitandos animos adolescentium
ad hanc exercitationem plenior consideratio utilitatum
quas studium scribendi carminis adfert. Habent aliæ
artes et disciplinæ suas utilitates quas professores ut
inflamment animos ad discendum magnifice prædicare
et tanquam mercatores ostentare solent. Baldus ille nobi-
lis iurisconsultus cum in Titulo de pupillari substitutione
discentium diligentiam acuere studet, præfatur sibi eam
materiam amplius quindecim millibus ducatorum lucri apportas-
se. Ego iam cum hanc consuetudinem minime reprehen-
dam, imo etiam utilem et necessariam esse censeam;
non alienum puto, et nos nostrarum artium utilitates
et præconia colligere adolescentibusque ob oculos ponere,
quas certe aliarum artium utilitatibus non arbitror
inferiores. Nam ut fortassis minus quæstuosæ sint

in-

in immensum tum prodesse possunt, cum præparent adolescentes ad magnarum rerum cognitionem, ad eloquentiam ad conser-uationem religionis et aliarum disciplinarum, quibus in uita non minus opus est quam igni et aqua. Hæ utilitates haud scio an ubeniores sint et generosis animis magis expetendæ uideantur quam ulla alia commoda. Et certe præstan-tes natura pluris faciunt eiusmodi utilitates, quæ aliquam in-genij et uirtutis opinionem afferunt quam questuosas. Decla-rant hoc cum alia multa exempla magnorum uirorum, tum uero in primis hoc Themistoclis q cum aliquando in acie summa uirtute hostem auro insigniter ornatum interfecisset iussit Plebeium militem forte astantem sibi summere et col-ligere aurum ex hostis spolijs Tu. n. inqt non es Themisto-cles; qua uoce uir præstantissimus procul dubio significare uoluit se maiorem fructum uirtutis capere ex laude in-terfecti hostis quam ex ullis alijs commodis Sed quod ad lu-crum pertineret tanquam uirtute sua minus dignum libenter inferioribus hominibus concedere. Spero igitur eas utilita-tes quas promisi me recitaturum aliquid ponderis ha-bituras, Non solum ut inuitent adolescentes ad studium con-dendorum uersuum, uerum etiam ut honorificentius senti-ant de tota hac parte nostrorum studiorum. Primum cum studiosis eloquentiæ inprimis necessaria sit locu-plex uerborum et figurarum copia, qua res obscuræ

et

& difficiles aptæ explicentur, mirabiliter studium scriben-
di carminis in hac re iuuare potest. Cum .n. uersus com-
ponuntur, quia non quæuis uerba omnis sententia recipit cogit
necessitas subinde uariare sententiam alijs atque alijs uerbis. Hæc
ipsa mutatio uerborum itidem suggerit figurarum & sententia-
rum amplissimam syluam, quæ in carmine peculiariter ut res
pro dignitate satis explicetur, requiritur. Videtis Ouidium
tum in alijs multis, tum in ista elegia de Ponto ubi hanc
sententiam tractat, Vulgus præponere utilitatem honestati,
quam uarie eandem extulerit et istum locum non solum
subinde alijs uerbis sed etiam alia atque alia forma red-
diderit, Nec molestum esset non solum ex Ouidio sed &
Virgilio & alijs multis Græcis, latinisque poetis plures
locos & illustres producere quibus hæc demonstrarentur
Nisi præceptores cottidie hæc monere scirem. Illi in quibus
est aliquid benedicendi ac scribendi studium facile expe-
rientur, non solum quantum referat ad mediocrem cau-
sam explicandam instructum esse, magna copia & uarieta-
te uerborum sententiarum, sed etiam quantum ad hanc
rem prosit illa exercitatio scribendi carminis. Neque uero
tantum ad copiam orationis conducit hoc studium Ve-
rumetiam acuit iudicium de omni ratione dicendi. Pri-
mum .n. cum in texendo carmine necessitas cogat
haberi delectum uerborum etiam cum solutam scribunt.

Multum

Multum autem refert adolescentes à primis annis assuefieri ut meminerint cum iuditio singula uerba ponenda esse in oratione. Idem .n. dictum alijs uerbis alia forma orationis non est idem. Deinde in elocutione hi qui sunt assuefacti ad uersus facilius animaduertunt quid in oratione offendat aures et facilius iudicare possunt, quid durius quid mollius sonet. saepe in soluta oratione aures desyderant pleniorem sonum cum uel hiulcum est aliquod membrum, uel iusto breuius, aut uerbum aliquod minus est sonorum. Magnum est .n. discrimen sonorum etiam in uerbis, quos tanquam neruorum (ut Quintil. inquit) exigere non est cuiuslibet auris, Itaque hij qui sunt alieni à uersib., non possunt iudicare de his rebus, cum tamen ad orationis ornatum et aurium uoluptatem, cui interdum necessario inseruiendum est, in primis requiratur. Illi qui habent aliquem usum scribendi carminis, tanquam eruditiores musici, si quid in fidib. discrepat facile deprehendere et notare possunt talia uitia in oratione, quae non solum indecorae sed etiam molesta in quotidianis scriptis quae adolescentes Styli exercendi causa componunt saepe praeceptores coguntur retexere sententias et alijs uerbis explere uerba hiulca, concisa dilatare, uel si quae prauius sonat deprimere. Harum rerum causam adolescentes prorsus perspicere non possunt, nisi uersus faciant multo igitur numerosior et aequabilior est illorum oratio qui attigerunt Poëticen quam

eorum

eorum qui in universum ab ea sunt alieni. Cicero alicubi
scribit sibi Demosthenem interdum non satis explere aures.
Credo quod ipse maiorem usum scribendi carminis habuit quam
Demosthenes scitis enim Ciceronem quam plurima composuisse
scripta non solum latinis sed et graecis versibus et extant
hodie Phaenomena Arati versa a Cicerone in quibus etiam di-
sertissimorum hominum iuditio satis sunt sonantes versus.
Potest igitur et exemplum Ciceronis nos monere plurimum
conducere ad Eloquentiam hoc studium. Nam profecto tan-
tus vir plenus gravissimorum negotiorum nunquam putasset sibi tantum
operae ponendum in hoc arte nisi iudicasset ad omnem ra-
tionem dicendi hanc exercitationem sibi plurimum prodesse.
Nam cum laboriosius sit componere versus quam qualem-
cunque orationem solutam effundere, haec diligentia acuit
iudicia et reddit attentiores in scribenda soluta neque ve-
ro quisquam diligenter unquam solutam scripsit nisi solitus sit
Versus condere, quid quod haec consuetudo mirifice adiu-
vat ingenia in inventione? Cum enim oratio figuris ac
gestibus debeat esse ornata et distincta, plurimum iuva-
buntur in hac parte ii qui exercent se subinde in pan-
gendis versibus. Quia enim carmina frigent nisi elegans
sit inventio varie exercet studiosos haec cura et exci-
tantur ingenia cum quaerenda est materia satis apta
et decora argumento. Non dico nunc de longioribus

poematis

pöematis in quib. haud scio an praecipua laus sit ingeniosae & eruditae inuentionis. Videtis Elegias Epigrammata et alia id genus ludicra argumenta prorsus insulsa esse si acutae inuentiones desit. Neq. uero in carmine desyderantur figurae hilariores & aestus qui pingunt aliquo modo & referant motus & sensus animorum & non requiruntur in Oratione soluta, quae cum ut plurimum serijs argumentis constet uel maxime aestus & similia orationis lumina postulat. Quis n. non fastidiat orationem in qua inuentio sit mere triuialis & de proximo sumpta, denique quum nulla figurarum gratia commendet? Multo aut plura & remissiora ei in mentem ueniunt, q in carmine scribendo aliquando elaborauit. Non ier. mineria & Quintil. Propter hanc causam tantopere pöeticen commendat studiosis: huic n. & ut ipse loquit, & in reb. spetur & in uerbis sublimitatis & in afectib. motus omnis et in personis decor petitur. Testatur et Plinius Orator hac exercitatione facundiam in primis ali, qui & ipse in epla quadam uersib. in hoc editis amicum ad hoc genus studij diligenter hortatur. Porro cum Pöetarum lectione opus sit ad conseruandam eloquentiam ne quidem intelligi possunt Pöetae absq. hac exercitatione. Sine fructu n. legitur scriptum cum animus imitationis cura uacat. format & haec ipsa exercitatio iudicium de numeris & alijs uirtutib. quarum in carmine uis &

dignitas

dignitas neque cerni neque intelligi potest ab eo qui non aliquando
periculum fecit in cudendis uersibus. Itaque nunquam ex lectione
Poetarum dignum fructum uel uoluptatem accipiet is qui nunquam
uersus fecit. Accedit huc quod semper eloquentia simul
perijt. Romanis temporibus postea quam negligentius ceptum
est coli hoc studium sequuta est infinita Barbaries, quae non
solum eloquentiam uerum etiam omnem Latini sermonis
elegantiam & proprietatem oppressit & extinxit. Boe
tius postremus omnium fuit latine scribentium. Is nisi quia
colorauerat orationem suam imitatione aliqua Carmi-
nis nemo par fuit istis temporibus. Quia enim Poeta erat
non solum proprietate et puritate orationis uerum
etiam copia & splendore orationis facile uincebat
caeteros suae aetatis scriptores. Caeterum & bones Gram-
maticos studium Scribendi carminis efficit, & pueri
facilius certam formam struendae orationis assequuntur
& discunt agnoscere figuras hac ratione. Et quia uicia
in carmine sunt magis conspicua, discent adolescentes
commodius uitare perturbatas & ambiguas constructio-
nes, quae uicia ualde sunt odiosa non tantum quod
in oratione officiunt intellectui, uerumetiam quod inter-
dum deprauant & corrumpunt ueras sententias, quae
res in magnis controuersijs saepe non caret periculo.
Est enim omnino ad graues causas tractandas opus
certa & accurata quadam dicendi ratione. Verum

ado-

Verum adolescentes cognoscent aetate et usu rectius quantum mali sit in his uitiis, quae ut in tempore uitare assuescant facile praestabit usus carminis. Non solum autem ad studia pertinet haec exercitatio sed etiam ad mores formandos et corrigendos conducit. Constat n. mores quoque fieri humaniores et uenustiores consuetudine scribendi carminis. Itaque uere Ouid. de hoc artificio dixit. Et facit ad mores. ars quoque nostra bonos. Ac res loquitur ipsa agrestiora esse ingenia, quae tanquam aliena a Musis et Gratiis ab hoc genere studiorum uehementius abhorrent. Decet autem adolescentes literis deditos cum omnibus uirtutibus esse ornatiss. tum uero morum humanitate et elegantia in primis esse praeditos. Quare igitur hoc studium magnam uim habet ad excolendos et perpoliendos mores. maiore cupiditate adolescentes in id incumbere debent, praesertim cum et ingenii non postrema laus sit Styli uarietas. Neque uero generosa ingenia opus habent hic longa cohortatione ad hanc laudem expetendam. Bonae n. naturae per se incensae uirtutis et laudis amore ultro feruntur, ad ea quae sunt praeclara. postremo ne singula persequar, praebet et hoc studium mirificam animi iucunditatem cum in omni genere affectuum uersibus tanquam Musica animi oblectaxentur. Erit igitur hac ratione quo interdum animi causa Ludere possis, animi causa de uariis rebus seriis et iocosis, ac si libet interdum

Stul-

stulticias et insanias populi ridere carmine id bellissime
fieri potest. Neq. n. haec ludendi ratio tanquam bono uiro
in uniuersum improbanda est, si modo uacet petulantia
nec incurret in innocentes et inquit si careat nigro
illo momissale et recipiat candidum istum, qualem Grae
ci tribuunt Mercurio. Quare ut finem faciam omnes
tot utilitates continet haec exercitatio componendi uer
sus dignam est in quam adolescentes quantum possunt
incumbant. Haec. n. cum ad gratiam nostrorum stu
diorum comparandam et retinendam initium sit uiri ad
eloquentiam et acuat judicium de omni ratione docendi mo
res etiam reddit uirtutes, et si propter alias commen
dationes per se digna laude haec facultas magno studio
colenda et amplectenda est. Neque patiemini opinor
uos quorundam imperitorum ineptijs auditus ab hac
ratione absterreri, cum non omnes uim ac dignitatem
huius studij perspiciant. Scytha quidam dixisse
malle equum hinnientem audire quam bonum Mu
sicum, Non minus autem Scythice facit quisquis
contemnit studium Poetices, cuius oratio non debet
mouere illos qui ad aliquam uirtutis et magnij lau
dem aspirare contendunt. Atque hac in re non debent
successus desperare etiamsi qui ingenio minus apti
esse uidentur. Neque erit sine fructu etiam in prosa

et

& ipsa diligentia et assiduitas per se cottidie multum proficiet ad acuendum ingenium id quod monere potest græcus versiculus. κοιλαίνει δὲ πέτρην ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείῃ. Quem versum Ouidius optime sic expressit. Gutta cauat lapidem non vi sed sæpe cadendo. Hæc autem ideo libentius pueros moneo, quod cum meminissem me initio ab hac facultate territum opinione difficultatis, cum animaduertere me ingenio esse tenuiore existimabam non defuturos qui & ipsi minus essent firmo animo hoc studium tentaturi, propterea quod desperarent se propter ingenii tenuitatem operæ aliquod precium in eo facturos esse. Quod superest & ad me attinet præstabo sedulo ut quantum possum meo officio satisfaciam diligentia & fide. Nam de doctrina spero me vobis fore eo excusationem quod ut Quintil. grauiss. & prudentiss. author ait etiam inter virtutes Grammatici numerandum esse quædam ignorare. Adolescentum vicissim erit, præstare, ne et ipsorum diligentia desyderetur, alioqui .n. ut Poëta ait difficile est inuitos canes venatum ducere. Quod si diligentiam adhibuerint facient non solum operæprecium sed etiam deo gratum, qui mandauit omnibus ut suum quisque diligenter faciat officium, & ego spero eos suo officio non defuturos. Ego ut orationem & porro operam meam boni consulatis etiam atque etiam oro. Dixi.

CVIDAM.

S. D. Mihi neutiquam uidetur esse opus ut moneatis apud nostrum Principem eum rem de qua scribitis. Nam Princeps noster non usque adeo inclementer interpretatur consilium eorum qui subscripserunt decreto Senatus imperij. Articuli enim ibi facti non grauant nos, imo plus tuentur, quam superiores conuentus decretum. Si statim Argentinenses condemnassemus, haud dubie ex nostra sententia fuisset factum decretum. Protestatio hic edita est uerbis modestis. nec ullius nomen ciuitatis ascriptum est, nihil est melius hac in re quam dissimulare etiamsi quid haberet incommodi decretum conuentus. Contemnere etiam iudicia quorundam debetis, qui sunt cupidi tumultus, et nihil probat nisi uiolenter et uehementer factum. Date operam potius ut Euangelij gloriam augeatis moderatis et tranquillis consilijs. Valete.

Philip.

Non ed.

CVIDAM conscripta

S. D. Tuas literas magna cum uoluptate legi, tibique gratulor quod breui tempore tantum promouisti in literis et bonarum artium studio. Hortor autem te ut ita pergas et omnibus ingenij atque animi viribus incumbas in hac inchoata studia, quia nemo potest consequi solidam eruditionem sine magno labore et diligentia, quia Deus res bonas non aliter tribuit hominibus, nisi per laborem

B.

rem, sicut Horatius ait. Nihil sine magno uitæ labore dedit mortalibus. Hæc libenter ad te scripsi, præsertim hortante tuo patre meo auunculo charissimo, quia prodest nobis exercitium styli, et hoc officium scribendi auget mutuam beneuolentiam.

Præfatio in disputationem de Cometa. Authore Philippo

Ridetur chorda quæ semper oberrat eadem inquit Horatius. Quare cum toties de utilitate disputationum hic dictum sit, merito reprehendar si idem argumentum repetere uelim. Tantum vero a uobis petam ut in hac disputatione bona cum uenia me audiatis, mihique ignoscatis, si non satis apte uidebor personam meam tueri. Etsi enim meo me pede metior, et agnosco me non posse præsertim tam grauem controuersiam explicare, quæ sæpe exercuit Ecclesiam, tamen cum mihi hoc munus a præceptoribus imponeretur, nolui eorum authoritatem detrectare, maloque in me eruditionem quam officium desiderari, maxime in adiuuandis disputationibus quæ ad communem utilitatem totius Ecclesiæ reipub. ac posteritatis pertinet. Et quamquam has tam utiles materias prorsus explicare non possumus, tamen elaborare in hoc genere utile et honestum est. Quam erudita est quæstio de Cometis quæ bonos et pios multa monet.

Cometæ prodigia

Cum enim Cometæ sint prodigia, denunciant iram Dei, ac eo denunciant ut nos ad officium redeamus ac precemur ut Deus mitiget calamitates. Non sunt contemnenda

nenda prodigia nec frustra minantur Tyrannis ac impijs,
sed Deus Ecclesiae parcit si ueris uotis petat ueniam ut
Christus diserte testatur inquiens apud Lucam Orantes
ut haec effugere possitis. Ergo pietate nostra ac precibus
impetramus paenarum mitigationem. Idq. testatur euentus
in Ecclesia, et de Peloponesiaco bello dictum est χρῆναι
δωριακὸς πόλεμος καὶ λιμὸς ἅμ' αὐτῷ. Doriacis
Una uenient bellumq. famesq. Ita hoc anno metuebamus
horribiliter grassatura haec mala simul, bellum
et famem; portenderunt Eclipses, Cometae et alia signa
quae ingentia mala portenderunt. Sed Tyrannos et pontifices
impios nihil terrent minae caelestis. Hi bellum
ciuile mouere constituerunt, et annona erat difficilis
uerum Deus admiranda bonitate pepercit Ecclesiae, et haec
mala partim impediuit, partim mitigauit. Nec dubium est
quin Ecclesiae, et nobis h.e. Iuuentuti pepercerit. Non possunt
praesertim in bellis ciuilibus Ecclesiae institui ac erudiri, non
potest iuuentus ad pietatem disciplinam et literas assuefieri
inter caedes, incendia, uastationes. Itaque gratias
Deo agimus ac petimus ut deinceps Ecclesiam et nos
seruet, ac gubernet propter gloriam filij sui Domini nostri
Iesu Christi. Haec uenire in mentem studiosis decet de Cometis
disputantibus. Ideo in caelo accenduntur. Ideo famem
et alia mala denunciunt, etiam ex physicis causis

ut hominum mentes ad curam et sollicitudinem excitent, ut de Dei voluntate cogitemus. Etsi enim sunt aliquas physicas causas tamen significant caelestem iram. Accenduntur enim hi ignis divinitus etsi materia est halitus. Et siderum constitutio interdum materiam contrahit ac praeparat, ut hoc anno Saturni et Martis oppositio et secuta Eclipsis causas praebuerunt proximo Cometae. Sed postea in disputatione haec copiosius dicentur. Haec eo tantum praefatus sum ut meminerit is hac disputatione nos etiam ad pietatem incitari, cogitantes de Caelestibus prodigiis ac minis. Illud unum adiiciam cum Cometa existimetur esse triste prodigium, sicut et Homerus vocat οὔλιον ἀστέρα mirari quosdam quid fuerit stella quae Magis praeluxit ac praeivit ad Bethleem. De hac mihi maxime placet quod scribit Chrysostomus eam stellam fuisse angelum. Continet et altera materia doctrinam vitae necessariam. Multi enim hoc tempore partim veteres haereses renovant, partim nova deliramenta invehunt in Ecclesiam: Alius tollit peccatum originis alius defendit Stoicas ineptias, disputat omnia peccata paria esse, alius tollit discrimen peccati mortalis ac venialis, denique ut error foecundus est, ita ex his ineptiis aliae oriuntur. Prodest igitur in scholis has materias agitari, ut simplex et firma doctrina retineatur necessaria ad pietatem. Tollere hanc doctrinam, est caliginem inducere religioni et nervos solvere disciplinae. Ideo prodest habere praemunitos animos vera sententia divinitus

unitus tradita et quae in Ecclesia uera authoritate recepta est.

Joanni Pfefinger et Balthasaro Lej
concionatoribus et gubernatoribus Ecclesiae
Lipsensis Caspar Cruciger.

F.

Existimo uos ex literis uestratium intellexisse, quid hactenus actum sit, Detinemur iam duos menses et amplius, nec adhuc inchoatum est colloquium cuius causa hic conuentus indictus est. At ne spes quidem relinquitur fore ut rite instituatur collocutio. Quare speramus breui solutum iri hunc conuentum et nos domum reuersuros, Quod Deus faciat ut feliciter et cum fructu fiat Nam cum aduersarijs frustra agimus, qui nihil nisi technas ex technis inueniunt et uelut lucifugae omnes cuniculos quaerunt ne ueritas patefiat et proferatur. Et tamen Deus adhuc eorum consilia dissipat. Primum inter se collocuti sunt aduersarij ut suae partis sententias coniunctas haberent, nec liceret illis ab eo quod prius pronunciassent dissentire, et composuerunt Articulos de peccato Originali et Justificatione postea nobis proponendos; sed hi tales fuerunt ut statim initio trium legati Principum Palatini, Brandeburgensis Electoris et Juliacensis eos repudiarint. Hos ita seiunctos et reiectos postea tamen miris artibus ad se retrahere conati sunt. Verum illi beneficio Dei constanter in fuga perstiterunt. Quae spes nobis esse possit, cum illis constituendae concordiae cum in illis primis minime obscuris

ris confessionis articulis pugnet de qb. trium Principum le-
gati uereunde et modestissime responderunt petentes ut ue-
lint de sua illa iampridem explosa sophistica decedere, postea
cum uideret sua consilia non procedere nouas artes commen-
titi sunt, et ad illos trium Principum legatos prorsus amo-
uendos et suffragationes impediendas uolunt tm rem agi inter
paucissimos utrinque: qui componerent Articulos qbus ceteri
deinde cogerentur assentiri ut ita qualiscunque fucosa conci-
liatio fieret. Sed qa desperarunt id obtineri posse iterum
mutata sunt consilia. Nri .n. imposuerunt querelam de
mora qd frustra hic detineatur, et significarunt se non ac-
cepturos esse articulos Sophisticos ab aduersariis, qui habita
deliberatione heri responderunt se ita accipere sententiam
Hagonaensis recessus, ut etsi utrinque delecti sint undecim
q colloquantur, tamen duas tm esse debere personas collo-
quentes. Ita contra expressa uerba illius recessus q nomina-
tim undecim uoces eu suffragia constituit reiiciunt istos
trium principum Legatos, et a nra etiam parte uolut
impedire q minus suam qsq sententiam libere dicat, Hoc
etiam adiecerunt si q alii in altera parte a reliqs dissen-
tient se eorum sententias asseruaturo, et Caesari indican-
das propposituros, sed eas palam non uelint proferri, postea
nobis conditionem obtulerant si sic placeat negotium iam
inchoandum esse) et Catholicos (sic uocant q sunt ab
aduersaria parte) iam composuisse articulos qs uelint no-
bis

bis exhibere. Hæc oia à nobis repudianse et certum est colloquium his conditionibus non processurum esse. Hæc ferè summa est omnium quæ hactenus hic acta sunt. Bene Valete. Wormatiæ die Joannis Euangelistæ 1541.

Oratio D. Nicolaj peronoti De Granuella Cæsariæ Maiestatis ad conuentum Wormacensem Commissarij ex ore dicentis excepta

Sacra Cæsarea Maiestas Imperator Augustus Princeps nr supremus Dominus meus clementissimus vrē uobis per me salutem dicit et mihi has tras ad Dominationes vras dedit. Post lectas tras et mandatum hæc dixit. Reuerendi, Illustres, circumspecti etc. Scio uobis notam esse causam, quare huc ueneritis. Videtis ut in hoc cœtu om̄u ordinum et statuum congregatorum de sarcienda Concordia in causa relligionis, et de pace publica agatur. Et cum iam negotium in manib. habeatis, temperandum mihi arbitror à superflua oratione. Audistis Cæsariæ Maiestatis tras quas per me uobis misit. qb. scribendi hæc q̄q̄ causa fuit quod uoluit ut ab omnibus qui interessent huic conuentui, ad conferendum de controuersijs Relligionis tollendis, ut res ad Christianam et catholicam concordiam redigantur. Vbi uero satis deliberatum esset, postea quicqd hic gestum fuerit ad suam Maiestatem

in

in proximum conventum referatur. Et sane sua Maiestas admodum libens priori conventuj interfuisset, Nam et hoc anno ex Hispanijs solverat, relictis liberis, et reb. omnibus posthabitis, Non sine magno rex suarum incommodo in Germaniam reb. ruentibus, ne dicam lapsis, ope latura, Attamen ingentibus negotior fluctibus et procellis impeditus, suo noie Regiæ Maiestati (quæ eodem animo et voluntate est) negotium dedit, ut ei conventuj interesset Quemadmodum et interfuit. Nec minori desiderio tenebatur C.M. et huius conventus sua præsentia decorandi, maxime qa ex fratre intellexit omnium animos et studia ad hunc conventum propensiss. fuisse. Sed cum id hoc tempore nullo modo fierj potuerit, daturus esset operam, ut proxime futuris comitijs ipse intersit. Quamobrem mihj commisit ut suam Cæsaream Maiestatem vobis excusarem et ipsius nomine et vice in hoc incumberem, et eo omnes nervos intenderem ut id omne qd ad tam præclarum piumq opus dirigendum et conficiendum profuturum esse Videretur procurarem. Et quamvis huius operis magnitudo supra meas vires sit tamen mandatum C.M. non licuit detrectare. Cuj magis parere me voluit, quia non obscure intellexit ordines Germanicos mihj propensiores esse. Et sane eaquam hæc voluntates me quoq commovit, ut ad hoc promptius alacriusq accederem

cederem: Quippe q nihil prius in uotis habuerim, ni-
hil antiquius duxerim, quam huiusmodi concordiam, pro
qua constituenda, hactenus studiose oia quae ad eam per-
ficiendam pertinerent semper apud C. M. egi, ut si res
posset, bona cum beneuolentia conficeretur et aliquando
Vniuersa Germania Christo conciliata, germano uero[q]
amore inter se coiret, sublatis omnib[us] dissidijs, quae nullo
alio nomine nisi intestinae discordiae appellarj possunt.
Caeterum hoc constantissime mihi persuadeo neminem hic
adesse q non ipse melius uideat, q in statu sit respubli-
ca Christiana et in quib[us] discriminib[us], quib. procellis
fluctitet omnis Germania, Quib[us] malis nisi succurratur,
timendum est, ne multo maiora sequantur. Quare in hoc
omnib[us] uiribus incumbendum nobis erit, ut uiam et ra-
tionem qb. hae discordiae tollantur inueniatis, Ad qd uos
primum pietas in Deum (cui id totum qd sumus debemus)
incitare debet. Deinde Zelus sanctae fidej et Relligio-
nis et charitas in rempub. Christianam pene desola-
tam inflammare, ut taceam quid obseruantia in Caesa-
rem requirat, Quid poscat miserabilis Germaniae status,
quae nunc in his discordijs quasi compage soluta fatetur,
ct dissoluitur, Deniq quid postulet officium in patriam,
parentes, affines, Vicinas, Quae si oia conferantur sa-
tis superq non solum commouere sed et compellere

uos

uos debent ut communi opera hoc incendium extinguatis.
Cogitate in animis uestris et diligenter expendite quan-
ta haec natio Germanica imo et totus orbis Christianus iam
mala perpessus sit, quod clades et funera iam uident et Vita-
ra sit concussam et profligatam religionem exulantem pie-
tatem, charitatem extinctam, animumque omnium abiectam cu-
ram, et serpit malum latius contagione. Neque quisque est
tam foelici ingenio et sagaci praeditus, qui enumerare ualeat
quantas confusiones tenebras et fidei et relligionis offun-
dat, et fides ipsa suis debilitata malis fugans nihil
nisi ultima suspiria ducit, et respub: Christiana usque ad
ultimum relapsa iacet, et horum omnium malorum Vniuer-
sae aliae prouinciae Vni Germaniae adscribunt ac Origi-
nem et occasionem eo omnes referunt, Et ipsa Germania
olim fide, relligione, deuotione pietate cultuque diuino lau-
datiss. Justicia et concordia celebris, et Germano amo-
re coniunctissima, eo propemodum redacta est, ut ueren-
dum sit nisi nunc obuiam eatur, ne ut sicceas nubes
attrahit, sic ex his malis plura oriantur et longe priora
non in relligione solum, sed etiam in alijs. Itaque ad olim
usitatum recursum est, perfugium cum de relligione con-
trouersiae fuerunt, ut conuentu congregato animo sincero
pio et in proprijs opinionibus non pertinaci, sed solum
Christum crucifixum respiciente hae causae tractentur,
oia

ria agantur quæ ad communem concordiam restituendam operæpretium sit. Addo quod Christus crucifixus expansis & extensis brachijs ab omnibus ordinibus hoc petit, petit hoc pontifex Max: hoc C. M. summis uotis expetit, hoc rex Romanorum, hoc omnes qui ueræ pij & Christiani sunt postulant. Hoc denique ipsius Germaniæ communis calamitas & impendens exilium flagitat, ut à lapsu interituque per uos reuocetur.

Quare Reuerendi uiri per uiscera misericordiæ Christi per eius passionem uos obtestor, admoneo, & uice ac nomine Serenissimi Imperatoris requiro, ut postea quam ad hanc consultationem electi estis, in hoc omnes ingeniorum neruos intendatis, ut Christi Jesu indissolubilem tunicam tam misere laniatam, laceratam, discissam, resarciatis & restauretis, memores illius nominis quod in Sacrosancto Baptismi lauacro Christo dedistis, memores inclitæ nationis Germaniæ uirtutisque maiorum. Considerate totius omnes orbis Christiani oculos intentos auresque erectas, ut uideant, audiant, & intelligant, quid in hoc conuentu agatur. Quid si (quod Deus clementer auertat) hæc abominanda controuersia fidei & relligionis per uos non componatur mala quæcunque eueniant, utcunque res habeat, uobis adscribentur. Si uero uestra diligentia composita fuerit perpetuo celebrabitur prudentia uestra, & à Deo sempiternum præmium, ab hominibus

minib9 immortalem gloriam consequemini. Delectabit itaq; uos hu9 rei feliciter confectæ conscientia & recorda-
tio, & uniuersam Germaniam uobis deiunctione perpetua ob-
ligabitis. Quare utimini tam commoda occasione, Habetis
Cæsarem (ut ceteras illi9 dotes taceam) summa benignitate
paterno & uere in nos animo q nihil magis optet quam
hanc concordiam, quietem & tranquillitatem Germanæ na-
tionis, cuiq omnib9 posthabitis ideo ex Hispania soluit
& in proximo conuentu ipse adfuturg est, ut huic negotio
supremam manum imponat, Et faxit Deg optimg Max:
ut Spus Sancti afflatu adiutj suæ Cæsariæ Maiestati
& omnium piorum expectationi satisfaciatis, et ut Christi-
ana respub. ab omnib9 hostib. internis & externis sal-
ua fiat. Reliqua mihi à Cæsarea Maiestate commis-
sa de sua intentione & uoluntate remitto uobis de-
claranda secundum processum & successum negotior.

Amico cuidam PHIL. Mel.

Non ed. S. D. Francofordiæ cum essem in conuentu Principum
proximo uere, narrabat mihi Andreas Dnj Lascij minister,
commendatum mihi esse Lascij tris adolescentem Amsterdamen-
sem magnopere pdicans eius ingenium. Postea cum domum
redijssem etsi Lascij træ non erant allatæ, tu ad me ue-
nit Arnoldus et exposuit studium suum erga me, simulq
narrauit Lascium fuisse ad me scripturum. Etsi autem
eius

eius uiri iudicium facio maximi, tu audita oratione adolescen-
tis nullam flagitaui aliam commendationem. Nihil est ipsa
efficacius ad conciliandam beneuolentiam. Detuli igr ei mea
studia atq. officia liberaliter, recepissem etiam in ædes meas,
nisi ipse militari more uiuerem extra meas ædes. Nec gra-
uatim eum ad mensam admittam cum primum ei locus erit.
De studijs sum hortator ut ad Eloquentiæ exercitationem
adiungat Philosophiam, digna est n. ipsius uia quæ ex-
poliatur solida et perfecta doctrina, Et ut audio constituit
se aliqn dedere arti medicæ, quæ est quasi fastigium
Philosophiæ. Cum igr optima cum spe uersetur in ijs
literis atq. artibus, quæ cum ipsi erunt ornamento tum
etiam utiles cæteris, magnopere te adhortor ut flagran-
tem honestiss. cupiditate discendi adiuues. Suauitas in-
genij et morum tanta est, ut ipsum qq tris magno de-
cori futurum esse sperem. Nactus est facultatem non
tm discendi Vulgarem Aristotelis Philosophiam sed
etiam Mathemata, Ideo sibi prorogari tempus discendi
in ijs locis rogat in quib. cum cæteris artibg ac græ-
cis literis mathemata traduntur. Postea Medicæ ar-
tis causa Italiam petere decreuit. Facies autem hu-
manissime si filio incitato rectorum studiorum amore gra-
tificaberis. Idq. ut facias te etiam atq. etiam adhortor.
Mea ei officia non defutura sunt ulla in re, quantum
quidem præstare potero. Et si erit tranquilla germa-
nia

nia spero meam assiduitatem in Schola huic quoque profuturam esse. Bene uale. P. M.

ALIA.

Non ed. Difficile est etiam bonis uiris in hac tanta maesticia temporum et in bello ingenti de ciuilibus ornamentis et de studijs literarum cogitare. Sed tamen prudentes consolationem hanc, quae diuinitus proposita est tenere debent. Ecclesiam Dei inter haec pericula non interituram esse, et hac spe quantum fieri potest, studia literarum tuenda et iuuanda esse. Semper Ecclesiae seu turbulentis seu tranquillis temporibus doctrina opus est. Et aliquanto post emersuram esse ex ijs bellis quib. nunc concutitur non dubito. Haec cum existimem uos quoque cogitare non deponenda esse cura rei literariae. Cum igitur auxilium a uobis cognatus uester Christophorus petat, magnopere uos oro ut eum adiuuetis. Magna enim spes est si fuerit adiutus Ecclesiae Dei utiliter seruiturum esse. Multis enim nae dotibus ornatus est, quae in Ecclesiastico doctore requiruntur, prudentia, facundia modestia, Canora uoce. Ad has accedit uoluntas et inductio animi ut maxime cupiat Deo in docenda caelesti doctrina seruire. Recte enim iudicat hoc officium Deo gratissimum esse, et inter humana omnia praecipuum. Ad hoc igitur munus se mediocriter praeparauit, didicit artes utiles ad illustrandam doctrinam cae-

cælestem. Sed magna omnino res est, complecti aio omnia Ecclesiæ tempora, cognoscere oia doctrinæ certamina, confirmare iudicium de ueris sententijs. Ideo uersari diutius in studio literarum audire doctos, et confirmare oim ætatum sententias cupit, ut ad munus difficillimum melius instructus accedat. Hunc talem animum probare uos decet, et propter publicam Ecclesiæ utilitatem, et quia uirtus Christopheri meretur laudem. Quare etiam atque etiam uos oro, ut cum tanta spes sit fore ut hoc uestrum beneficium præclare collocetur, sumptus et studiorum ei suppedites. Nec deterreamini temporibus. Etiam in medijs bellis necesse est inuocare nomen filij Dei. Non igitur tunc deponenda sunt studia, sicut Jeremias in urbe cincta obsidione, tamen suas conciones scribebat profuturas pijs qui tunc aderant, et posteris. Spero etiam Deum citius depulsurum esse Turcica arma, si nos ad ipsum confugiemus, et studia cælestis doctrinæ diligentius curabimus.

Hieronimi Schreiber publicum Testimonium

Vixit in Academia nostra cum magna modestiæ laude, et diligentia in omni officio Hieronimus Schreiber Noribergensis. Cumque eas artes quæ initio traduntur adolescentiæ ad latinam linguam discendam recte percepisset, ut aditum ad philosophiæ haberet addidit Græcæ linguæ studium. Deinde ut est ingenua natura

tura incensus amore veræ [illegible] dedidit se philosophiæ, nec umbram solam eius aut particulam aliquam arripuit sed totam complecti studet, et præcipue in illa dulcissima parte elaborat, quæ doctrinam de motibus et viribus syderum continet, quæ cum propter alias multas in vita utilitates appetenda est, tum vero quod (ut Plato inquit) grata de Deo fama in his ipsis artibus sparsa est. Testantur n. clarissime hunc mundum non casu ortum esse, sed ab aliqua æterna mente architectatrice conditum esse, et providentia divina genus humanum gubernari. Hæc autem sententia ut verissima est, ita ad virtutem et ad vitæ gubernationem utilissima est. quare et hic Hieronimus ad hanc honestissimam doctrinam optimos mores adiungit, et cum admonitus ab hac doctrina cælestium motuum et mirandi ordinis in natura Deum spectatorem esse et iudicem rerum humanarum statuat probare ei vitam et actiones suas studet. Quare etiam de religione amplectitur consensum Catholicæ Ecclesiæ Christi, et abhorret ab omnibus fanaticis opinionibus. Commendo igitur eum omnibus bonis viris, quos quidem non dubito huic meo testimonio suffragaturos esse, cum studia et mores eius cognoverint.

Testimonium Hieronimi
Geiss. W.

Vixit in Academia nostra cum magna laude virtutis et diligentiæ in omni officio Hieronimus Geiss. Wirtenburgensis. Cumque in Academia Heidelburgensi adolescens di-

didicisset linguam latinam, & eas philosophiæ partes, quæ tū adminicula sunt, tum semina superiorum artium, quibus uita humana regitur, postea se his doctrinæ Jurisconsultorum dedidit, in qua ut est ingenij dexteritate eximia præditus fœliciter profecit. Et quia uidet illas eruditas legum disputationes iusticiæ & uirtutis doctrinam esse, sumptam ab illa æterna luce mentis humanæ quæ uere a Deo nobis insita est, ut sit immota uitæ norma discernens honesta & turpia, & metas omnium actionum constituens ad hunc finem refert studium suum, non solum ut controuersias forenses diiudicare & regere consilia aliorum in gubernatione discat, sed etiam ut cognita hac iusticiæ & uirtutis forma, suos mores ad honestissimam normam dirigat. Adhibet igitur & antiquitatis ueterum Imperiorum & exemplorum cognitionem quæ legibus multum lucis affert & sæpe in Rep. consilium monstrat, & priuatim in animis amorem uirtutis accendit & confirmat. Quare & iudicij grauitate magna præditus est, & ea est in moribus integritas, ea omnium actionum moderatio, ut sine fuco natiua & ingenua humanitas, ut uita eius exemplum cæteris sit uirtutis. De religione etiam consensum Catholicæ Ecclesiæ Christi amplectitur, & ab omnibus fanaticis & seditiosis opinionibus abhorret. Etsi autem uirtus ipsa sine præconio eum commendat. Lucet enim in consuetudine uitæ: tamen hoc ei testimonium dedi, ut eo si casus aliquis foret, apud eos quibus nondum notus est utatur. Postea mores introspexi maxime bonorum fauorem per sese merebuntur.

Data

Datæ literæ Witenbergæ. Anno 1543.

phil. Mel.

manu propria.

Magnifico Viro sapientia & uirtute
præstanti dno Joanni à Werden
Equiti aurato. Consuli Dantiscano patrono suo cum obseruantia colendo.

Magnifice domine, Etsi in tantis tumultibus Europæ gubernatores Reip. occupati ingentibus curis minus respicere nostrum ordinem qui literas profitetur possunt, tamen scio uos ea sapientia & uirtute præditos esse, ut interea tamen uestris conseruari tras & honestas artes. Hanc cum de uobis opinionem haberem speraui uos meam Epistolam non grauatim lecturos esse. Audio ab Asuero Brant commendatum uobis esse scholasticum Joannem Schliebensem honestum & ingeniosum Juuenem, qui ad uos profecturus a me testimonium petijt, quod ei, quia & mores & ingenium eius uideo probari multis bonis & prudentibus uiris libenter impertiui. Scio autem uos sapientissime & grauissime de cuiusq natura iudicare. Ideo scribo uerecundius. Sed tamen qa mores eius sunt honesti, & singularis est ingenij dexteritas & doctrina, comendandum uobis ipse duxi. Et rogo ut si qua est occasio eum adiuuetis. Si amplissimi Senatus Dantiscani libertate iuuaretur, seruire aliquando

quando eius industria uti ipsum Reip. posset, Et promittit fidem & diligentiam. Certe tali est ingenio, ut iudicem dignum esse qui proueheatur. Etsi autem hanc petitionem adolescentis peregrini fortassis aliqui nouam & inusitatam esse iudicare possent, tamen uos pro u̅ra excellentia prudentia boni consuletis hanc interpellationem. Arbitratur se adolescens ab Asuero uobis commendatum esse, & sperat se non frustra ad uos cuius uirtutis in multis regionibus celebratae, confugere. Non. n. dubitamus uos bonis ingenijs fauere. Quare oro ut hunc adolescentem, cui in o̅es in uobis spes positae sunt benigne iuuetis. Bene & feliciter Valete. Die 8 octobris Anno 1543.

CVIDAM AMICO.

Hieronimum nostrum initio propter tuam commendatione̅ libenter complexus sum. Nam cum te propter eximiam prudentiam & humanitatem tuam plurimi facerem (saepe. n. cum de nostro congressu cogito tuas laudes hoc Homeri uersiculo describere soleo. ὦ ξεῖνος μάλα μοι ἐδοκ ἀπεπνυμένος εἶναι) cupiebam tibi in tuendo a̅ico tuo uoluntatem & studium erga te meu̅ probari. Postea cognoui, singularem esse prudentiam Hieronimi & fidem ac morum sanctitatem egregiam, ad quam adiunxit optimarum artium doctrinam & uerae philosophiae studium. Quare et tuum iudicium in amicis deligendis ualde laudaui, & tibi me debere multum iudicaui, quod talem ad me hospitem misisses, facileq̃ eu̅ in intimam familiaritatem admisi, nec cum ullo libentius de multis magnis reb., de optimis ar-

tibus

tibus de Rep. de priuatis consiliis colloqui solitus sum quam cum
ipso. Itaq. cum magnae mihi uoluptati eius consuetudo fuerit
inuitus eum à me auelli passus sum. Sed tamen cum uide-
rem eum magis tui desiderio quem tot iam annis non uidit,
quam ulla cupiditate alia incensum esse, tandem hoc iter susci-
pere & hunc animum ipsius probaui & profectionem dissuadere
nolui. Precor itaq. ut ipsi iter faustum & felix sit, &
ut mutuo amore nobis feliciter frui contingat. Non arbi-
trabar autem ambitiosa ipsi commendatione ad te opus esse.
Nam & uetus amicus est, & tibi fides eius & in omni of-
ficio moderatio perspecta est. Scio autem utrumq. magnam
uim apud te habere, quem in amicitia grauitatem & con-
stantiam in primis animaduerto praestare, & in amicis deli-
gendis solam uirtutem spectare. Illud tamen te oro ut pro
testimonium meum, ad beneuolentiam erga ipsum tuam addas
aliquid studii. Hactenus ita amanter de me sentire uisus
es, ut mihi persuaserim meas literas magnum apud te pon-
dus habere. Quod si extaret aliquid illustre specimen
mei erga te amoris liceret mihi audatius uelut reposcere
officium. Sed tamen ut Hieronimus testis est meae erga
te uoluntatis: & si erunt nobis meliora tempora efficiam:
ut extet testimonium mei de tua uirtute iudicii. Itaq. te
oro ut Hieronimum & propter humanitatem tuam, & prop-
ter ipsius uirtutem, addo & propter nostram commenda-
tionem complecti & tueri uelis. Bene uale.

Studiosis adolescentibus
Guilhelmi filiis. &

Christus

Christus faciat ut hic annus faustus et felix uobis om-
nibus et uniuersae Reip. sit et concedat ocium ac tranqui-
litatem et uestris et publicis studijs optimarum artium. Con-
suetudinem uero uestram opto uoluptati esse parentibus. At
nos quidem decet omnibus uiribus anniti et ut studia uestra
et mores grauissimi patris iudicio probentur, quod profecto facie-
tis, si eas literas in quibus uersamini, et quarum nos tradimus
initia quandam existimabitis humanitatis ac uirtutis doctrinam
esse, eamque ad officia uitae uelut ex umbra in lucem proferen-
dam. Tota uobis domestica consuetudo condienda est, ea
suauitate quam animi ex literis haurire debent. Nam ea de-
mum est uirtus uere ἠθικὰ. Cum prudentia et suauitas
in officio lucent. Meministis enim illius Menandri uersi-
culum ὡς ἡδὺ σύνεσις χρηστοῖς κεκραμένη. Mi-
ror uos non significare nobis in quibus studijs uersemini.
Etsi enim audio uos operam dare Homero, tamen cum hoc
etiam aliquid coniungi uelim μεθοδικὰ ex aliqua phi-
losophiae parte, propterea quod ad recte iudicandum
et solidam doctrinam comparandam opus est integra artium
cognitione, quas cum ad Homerum adhibebitis, tum uero
uidebitis uim in uita officiorum omnium magnarum rerum
in eo imagines quasdam esse. Velim uos etiam inter-
dum aliqua ex historijs controuersiam tractare quod
illa locorum communium agitatio deducit ad artes. Sed
habetis domi monitores non solum praeceptorem sed eti-
am patrem eruditione singulari et acerrimo iudicio

p-

præfatum. Doctiss. Viro D. Jano Cornario meis verbis salu-
tem dicite cuius eruditissime ac amantiss. scripta Epistolæ nunc
non vacabat respondere. Librum de Anima propemodum
absolui, ubi absoluero ipsum faciam Aristarchum operis. Mul-
ta enim insunt à Galeno sumpta, et spero libenter illum ali-
quid operæ sumpturum esse ad illa perpolienda. Nos enim propter
publica studia et quidem præcipue vestra causa illa Elemen-
ta congessimus, ut ad veram et γνησίαν Philosophiam stu-
dia iuventutis mutaremus ac traduceremus.

Nobili Juveni Frid. N. ex
Equestri ordine amico suo.

Ita utrique nostrum mi Friderice propitiæ sunt Musæ, ut mihi
literæ gratæ fuerunt, gaudeo enim me errore liberari. Etsi
de tota re nihil plane statuere volui, cum non satis haberem ex-
ploratum. Postridie mane afferebant ad me filiam in chorea
nescio quomodo tractatam esse, ancilla enim fortasse matri narra-
uit durius. Quanquam autem existimabam aliquem vel casu
vel quodam mei studio vocatum liberius, tamen quid sta-
tuerem non habebam. Itaque totam rem facile eieci ex
animo. Dicam vere quod res est, suspicatus sed te propter
tuam erga me beneuolentiam cum filia saltasse. Nunc cum
ex tuis literis rem rescisam in optimam partem accipio.
est enim mihi nota tua erga me beneuolentia, deinde eti-
am humanitas literato homine digna. Quare ita velim
statuas me tibi amicissimum esse meque hoc tuum scriptum
existimare ab optimo animo profectum esse. Sciebam

neminem

neminem ingenuj & liberali natura præditum etiam me uellet lædere contumelia miseram puellam assecuturum esse. Itaque statues me boni consulere id quod accidit, & de te amanter atque honorifice sentire. Atque hac de re coram copiosius loquemur. Tuum ingenium dignum est quod non solum in illa forensi doctrina, sed etiam in alijs laudatissimis artibus uersetur. Ad quas utinam & hortator & dux esse possim. Bene uale & boni consulas subitam responsionem, quæ quidem hoc plus debet habere ponderis, quia iam effudi statim lectis tuis literis nihil meditatus. Amo .n. ingenium tuum. Iterum uale.

Academiæ Lipsensi.

S.D. Cum magnopere ad Remp. pertineat Academiarum nostrarum consensus & coniunctio pars est ut eam utrinque omni officij genere alamus, qua quidem in re nusquam defutura est opera mea, si quid modo præstare possum. Nihil .n. Ecclesiæ, nihil uniuersæ hominum uitæ salubrius est quam eruditorum concordia, & quasi ipsarum doctrinarum consensus atque consensio. Quare cum literas uestras accepissem, exhibui eas doctorib. Academiæ nostræ præcipuis qui sacras literas & iuris doctrinam apud nos profitentur. atque rogaui ut de uestra quæstione deliberaret. Etsi .n. statuebant non deesse uobis consilium, tamen in hac re, quæ nonnihil ad Academiæ nostræ celebritatem pertinet, officium suum desiderari noluerunt: Cum propter alias causas, tum uero etiam quia nostros

præ-

praecipue debere Academiae uestrae iudicant, quod ex ea de-
ducta sit tanquam Colonia haec nostra schola. Perscripta
est igitur deliberatio multis pagellis, quas adieci a meis lite-
ris seiunctas, ut non in meam unius, sed aliorum multorum
sententiam uobis mitti intelligeretis. de qua tamen ut non acer-
be iudicetis petimus. Nam quid esset expeditissimum si nulla
Reip. mutatio facta esset non est obscurum. Nunc autem post-
quam non mutatio Religionis sed tyrannis & crudelitas ad-
uersariorum peperit discordiam non potest fieri ut ubique illorum
leges qui in nos iniusticiam crudelitatem exercent, & quasi
harmoniam Reip. conturbant exactissime seruemus. Tempo-
ribus igitur alicubi parendum est. Et tamen doctis & mode-
ratis conuenit arte usitatos mores propter utilitatem
communem quantum fieri potest retinere. Ad hanc ratio-
nem accommodata est nostra deliberatio, de qua tota iu-
dicium uobis permittitur. Nostri enim ut uobis gratifi-
centur non ut leges ferrent, haec disputauerunt. quod
si ἀκριβολογίαν quaerent illi, qui gradus in Scholis
calumniabuntur, quam multa recte contra eos dici possunt.
Sic nobis persuasum est, ut esse debet nos piam ac neces-
sariam Ecclesiae causam defendere & propugnari nos
iniuste. Haec quia uobis notissima sunt, non nimium aut
formidanda aut spectanda sunt aduersariorum iudicia.
Sed satis in Reliquis pagellis disputatum est. quare
hic ero breuior. Ego mea studia atque officia omnibus uo-
bis defero, quos & Reip. causa & priuatim propter
egre-

egregiam doctrinam & uirtutem ex aio diligo ac ueneror.
Bene ualete. Clarissimo Viro D. Andreæ Franck
Camiciano Iurisconsulto dno & amico
suo obseruando. Lipsiæ.

S.D. Si quid a me est cessatum frequentesq. non accepisti li-
teras, Non est certe mea uoluntate factum, Sed quandoq.
podagra uiolenta, quandoq. negotiorum undæ me impediue-
runt, Iam etiam noua molestia accessit, Munus Senatori-
um, de quo mihi gratularis, optima queq. precatus. Ag-
nosco amicum animum tuum qui mihi atq. tris optime cupit.
Sed mi Camiciane nescis in quod sim detrusus pistrinum.
Alia est nostræ atq. urae reip. ratio. Habetis uos Senatum
triplicem nos unum, qui non modo urbana curat, uerum
etiam in duob. ducatib. regio fungitur munere. Nunc mihi
ex solis reditibus meis (nam resp nihil suppeditat)
est uiuendum causæq. deserendæ omnes, ut nunc plane mihi
dicere liceat, non me mihi atq. amicis natum & uiuere
amplius, Sed soli reip. Id qa mutari nequit æquo fe-
ram aio præsertim si id ita rem sensero ut tu diuinas
molestias istes meas ad existimationem tuam ualituras.
Noui quod te scire referat nihil habeo. Ignosces iam
breuitati quam me amplecti in præsentiarum etiam cogit
conuetus Principum. Vale optime cum Vxore & libe-
ris ex Vuratislauia 15 Aprilis A° 32 I. Metzlerus
iud

Philippus Melanthon Scholasti-
cis nomine Rectoris.

Utinam Deus depellat morbos qui iam grassantur et F N ...
ser.

seruet studiosam Juuentutem quae seminarium est Ecclesiae Christi. Cum autem et nostram diligentiam in curandis aegrotis flagitet, duximus admonendos esse scholasticos de re necessaria. Audimusque quibusdam decumbentibus deesse officia contubernalium aut familiarium, qua ex re accidit ut nec remedia eis nec cibi adferantur. Concurrunt et multa pericula, si in paroxysmis relinquantur aegroti soli, cum uidet aut auidius bibunt aut accidant λυποθυμίαι. Etsi autem scimusque quosdam praestare ea in re fidem et pietatem dignam bonis et humanis ingenijs, tamen caeteri negligentes merito reprehenduntur. Qualis est enim ἀστοργία tali tempore deesse amicis, quos patriam communem, aut ius hospitij, aut familiaritatem arctius complexi istis et amare debetis. In acie scelus est periclitantem manupularem, seu ut Artes uocat παραστάτην non tueri quanto turpius est uobis in Schola pietatis uestros commilitones deserere. Quam multos possemque magnos ducis recitare, qui ipsi militibus uulnera obligarunt. Et uidetis hic non deesse ullis medicorum optimorum Virorum et doctissimorum auxilia, uos interea negligitis eos qui multis uinculis honestis uobis deuincti sunt. Hoc quid aliud est quam quod inquit Cain. Ego ne custos sum fratris mei. Ac si quid esset contagij excusaremque uos ipsi, sed cum nihil sit periculi, inhumanitas iure reprehenditur. Itaque mandamus primum magistris quibus priuatim Scholastici commendati sunt, ut quisque suis curet adiungi ministros qui possent.

pstent assiduitatem, Deinde omnibus Scholasticis, ut suo quisq. contubernali aut familiari ubi opus est, hoc tempore seruiant. Haec pietas Deo grata erit qui nos uult affici cura salutis aliorum & ut speramus seruabit plerosque qui militia Ecclesiae aliquando profutura est. 15 Augusti 1540 Viteberae.

Optimo Viro D. Guielmo Reiffen,
Item amico summo.

S. Quod faustum faelixq., proficiscitur istuc Juuenis, cum quo egimus, ut suscipiat curam docendorum liberorum tuorum, tu de eo pro iuditio statues. Nam mihi quidem probatur ingenium, Et spero non defuturum ei suscepto negotio fidem. Genus orationis habet amabile, id sum secutus nunc quoque, cum eum ad Alberti Comitis Mansfeldii filium mitterem. Multum enim refert quo genere orationis initio pueriles aures personent. Quod cogitas liberos tuos hoc tempore huc mittere, malim te eos domum retinere donec Vires erunt firmiores. Et praeceptor ipse quamquam est Scholae cupidus, tamen iudicat debere rationem habere aetatis tenerae, quae nondum uel aerem peregrinum uel culinam nostro instructam more commode tollerare potest. ad haec prius te praeceptoris ingenium ac rationem docendi domestica consuetudine uelim explorare. Habes meum consilium. Ego ex animo opto ut Deus filiorum tuorum studia fortunet eosque seruet. Vale. Vitebergae.

Philippus.

Nimc d.

Oratio Legati Pontificis Epi. Veltrensis habita die viij De=cembris ad uerbum ex ore dicentis excepta.

Dominus et seruator Jesus Christus Illustrissime Doe, Re=uerendi, Magnifici et nobiles uiri fres et maiores ob=seruandissimi, Dominus inquam et seruator nr Jesus Christus ob immensam erga nos charitatem Deus homo factus cum ad patrem omnipotentem oraret, ne dum pro iis qui credide=rant sed etiam pro iis qui credituri forent precatus est ut omnes unum essent, sicut ipse in patre et pater in eo. Man=datumque hoc nouum dedit discipulis suis ut inuicem dilige=rent, ita esse omnes cognosciturus quod esset discipuli eius. Nihilque frequentius eorundem aurib. inculcauit quam mu=tuam beneuolentiam mutuam charitatem, Vas item electio=nis Paulus docuit nos ante oia habere charitatem, quod illa sit uinculum perfectionis, diligere proximum sicut seipsum, et quidem hac omnis lex compleate, et qdem in quib. non exerceatur charitas illi oberrantes in Va=niloquium conuertantur et tanquam aes sonans ad omne opus bonum inutiles reddante. Huius praecepti Doi et fra=tres amantissimi si memores fuissemus profecto non tot dissensiones, tot contentiones et offensiones inter nos ex=ortae essent, Eo autem res processit ut a mutua cha=ritate et mutua beneuolentia discedentes in apertis=simi

inimicitias & acerbissimas contenciones inciderimq, mox
bella sæuissima suborta, detestandæq. clades, nec non tot an-
norum Christianorum dissidia, nobilissimam hanc prouinci-
am in eum statum deduxerunt, ut uix illam agnoscam qua
ante XX annos uiderim. Cuius calamitati opem fer-
re, cupientes nonnulli Romani Pontifices nullis occasio-
nibus nullis precibus nullis ad Conuentum Germaniæ
missis legationibus hoc efficere potuerunt ut hæ dissidiæ
religionis tollerentur. Paulus etiam Tertius Pontifex
Maximus indicto ad Vicentiam libero & Christiano conci-
lio, illucq. missis legatis nihil efficere potuit. Cum enim illi
duos illic menses expectassent, Concilium in aliud tempus
& locum reijcere coactus est, ea tamen mente ut illud
præsente Cæsarea Maiestate celebraretur. Nuperrime
uero Carolus V Imperator inuictissimus, hoc Christianum
colloquium uelut præcursorem quendam deinde Ratispo-
nensem conuentum instituit ut salutare aliquod remedi-
um nimis inueterato morbo afferret. Et is ut sacræ
Romanæ Ecclesiæ primogenitus & obediens filius &
præterea ipsius protector uocatus, maxime optans hanc
nobilissimam prouinciam pacatam, ut pientissimam matrem su-
am agnosceret, uoluit, mandante & iubente summo
Pontifice ut uobiscum hic adessem, utque ad ea quæ pa-
cis & reconciliationis essent, hortator essem, ut qui
etiam peculiari quadam beneuolentia et amore uos

ues

des prosecutus sim & prosequor. quamobrem Domini fratres amantissimi, iam satis perspectum esse uobis existimo, quantum oneris nobis incumbat, quantumque consilijs uestris maximarum rerum momenta pendeant, propterea hortor fraterneque moneo per æternam illam salutem quam propitiatore Domino nostro Jesu Christo post hanc mortalem & miseram uitam consequemur, ut quæ reconciliationis sunt, ea ratione curetis quam prudentiss. Viros ad hoc negotium delectos adhibere decet. Ego uicissim polliceor omnem operam omne studium omnem diligentiam & charitatem quam summus Pontifex pro Ecclesiæ sanctæ conseruatione salua pietate impertiri poterit. Vos itaque operam datæ ut demandatum uobis prouinciam solum Deum præ oculis habentes, ita administretis ut omnibus constet uos communionis Sanctæ Ecclesiæ & Uniuersalis pacis & tranquillitatis rationem habuisse. Deus sapientiæ & bonitatis dirigat congressus ut unanimes uno ore collaudetis communem patrem Domini nostri Jesu Christi & pax Christi quæ exuperat omnem sensum custodiat sensus & intelligentias uestras.

Responsio data per Doctorem
Jacobum Reuter scribam moguntinj.

Reuerendissime Domine Jllustris & Magnifici Sacratissimæ Cæsariæ Maiestatis orator & commissarius & Re-

Reuerendi Generosi Nobiles, spectabiles & clariss. Electoris
Virorumq. principum Consiliarij hic praesentes, Audiuerunt
Xmae D. Vrae orationem sane grauem piam & Christiana
Et libenter audiuerunt etiam ob eam causam quod exhorta-
ti sunt ut ne desint officio suo, Ipsi uicissim pollicentur
et se exhibebunt ut uideantur quaesiuisse gloriam Dei, &
ea q faciunt ad pacem & tranquillitatem Christianum, & ita
se exhibebunt ut uideantur defuisse officio.

INTIMATIO PHILIPPI.

Die Mercurij mane horam sextam hac aestate (deo dante)
tribuemus quinto Ethicorum Sed pomeridianam horam ter-
tiam tribuam Enarrationi orationis Ciceronis pro Marcello roga-
tus a quibusdam studiosis, ac, Deo dante, cras eam enarra-
tionem incipiam & interpretabor pauciores uersus singulis
lectionib., ut si qui non habent excusos libellos scribant
ipsi. Nam id quoq. exercitium prodest. Demosthenes fer-
tur octies descripsisse Thucididem. Ego ipse Pauli ad
Romanos epistolam ter descripsi. Ac memini me ex Cap-
nione audire quondam eo fuisse solidius homines, quia cer-
tos authores & in qualibet arte praecipuos cum manu sua
singuli describerent, penitus ediscebant, Nunc distrahi
studia nec immorari ingenia certis authoribus uel legen-
do uel Scribendo. Quantum autem conducat Lectio huius
orationis studiosis inde aestimare potest quod Cicero ait
tantam in ea eloquentiam esse quantum includi in animis
hominum potest. Et ut spero interpretatio mea aliquid
lucis afferet, saepe. n. eam relegi.

Epistola Consulis Geneuensium
scripta duodecima Maij ad D.
Hottomannum

S. Si quæris quis sit rerum nostrarum status sic accipe. Allo-
brox, qui iam dudum huic urbi inhiat, hactenus nihil non
tentauit, ut ea poteretur. Ac illud quidem iure tentare ui-
sus est, arbitris ad hoc delectis Heluetijs, quos pro se pronun-
ciaturos sperabat. Postquam uero se id frustra sperare ani-
maduertit iudicium subire noluit. Interea tamen dum hæc
aguntur, per cauponem quendam suæ hospitem publicum
urbis iuuentutem pecunia corrumpere aggressus est, ita ut
aliquot ad suas partes traxerit, qui fidem suam ei adstrinx-
erunt. Pactionum hæc capita fuerunt: Ducem principem
suum urbisq. agnoscebant: Illi urbem tributariam uolebant
4 000 coronat. annuorum. Religionem intactam cu-
piebant, nisi quod duci in urbem uenienti cum paucis suis sa-
cra papistica celebrare fas erat. Illi sontes dimittendi po-
testas erat: Jus monetæ illi permittebant: Judicia et ma-
gistratuum legendorum libertas intacta manebant, præside
tamen aliquo a duce constituto. Idq. tamdiu donec beneficen-
tia sua dux ciuium animos ita sibi deuinciret (quod ip-
sum facturum caupo pollicebatur) ut sese totos ei tra-
derent. Si qui uero id facere renuerent, armis expelle-
rentur. Id quidem inter eos ita statutum erat. Postquam
uero ciuitas fœdus quoddam cum Gallo et aliquot Helue-
tiorum pagis iniit, mortuo etiam caupone, ac tandem ip-
so duce, ea omnia in fumum abiere: ciues tamen pau-

ci

ei quidem illi, qui nomina sua dederant, hactenus latuere.
Postquam id minus succedere visum est, aliam viam tentavit
Dux Junior, modum ei suggerente arcis cuiusdam urbi vici-
næ præfecto. Is perditum quendam hominem robustissimum,
cui animus non defuit, subornavit, persuasitque ut in urbem
habitatum veniret: ædes propè portam urbis conduceret, ibique
exploraret qua ratione urbs occupari posset. Id ipse gnavi-
ter aggressus est. In urbem receptus, quod olim maiores
cives fuissent, iure civitatis donatus est: Ædes ea pecunia
quam ab arcis præfecto acceperat comparavit, quas instituto
suo accommodatissimas iudicavit esse: capaces scilicet
in quib. plurimos suæ factionis homines occultare poterat,
portæ vallóque adiacentes, imò contiguas, ita ut ad portam
nil fieret, quod ipse non perciperet. Ex postico etiam
ad speculam ad lacum spectantem facilimus ei accessus erat
ita ut a Vigilum cohorte, quæ proxima est, non percipere-
tur. Ubi sedes ibi fixit, vinum venale habuit, hederam
suspendit, viriles singulis noctibus inde vinum petebant.
Ipse etiam quoties illum ordo tetigit, excubias cum illis
egit, adeoque ipsis familiaris fuit ut eorum aliquot sin-
gulis noctibus commessatum ad se traxerit: Nemini tamen
consilium suum aperuit. His iactis fundamentis cum
Dux ex Italia ad Allobroges venisset, accersitus est
ab eo in eam arcem, cui præfectus ille, de quo actum
est præerat, ibique consilium inierunt. Dux noctu rem
aggrediendam esse aiebat: Præfectus interdiu facilius
expediri posse contendebat; Proditor in utrumque

paratus

paratus erat: iussum expectabat, si noctu id patrare sta-
tuissent, hoc modo id absoluere decreuerant: Proditor ad
20 aut plures coniuratos in aedes suas recepturus erat, sub
specie uini uenalis: Si postea uigiles uinum ab eo petiis-
sent, Opium mixturus erat aut ὑπνωτικὸν aliquod φάρ-
μακον ut eos sopitos facilius aggredi possent: Sin minus
id succederet ui eos opprimerent. Quo admisso porta sta-
tim potiti essent, signorum dato suos qui extra ad diem datam
futuri erant aduocaturi. Interdiu autem hac arte rem ag-
gredi statuerant: Agazo aut Mulio machinam puluere
tormentario plenam in uase silicibus pleno comprehensam vecturus
erat, cumque ad portam accessisset uincula soluturus, ita ut
ipsa decideret. Illa uero ita aptata fuisset ut paulo post
αὐτομάτως sine cuiusquam ope incenderetur. Inde euenis-
set ut custodes omnes accurrerent, et circa machinam illam
conglobarentur. Simularet interim Agazo se alios ad-
uocatum ire, qui eum ad sarcinam mulo imponendam iu-
uarent. Tum uero accenso puluere, machina quae in omnes
partes disrupta quotquot adfuissent necasset, signo dato
ii, qui in proditoris aedibus latebant, portam occupassent,
tamdiuque eam detinuissent, donec copiae, quae Agazonem
e propinquo sequuturae erant aduenissent. Haec quidem
omnia perbelle se habere uidebantur et factu facillima esse,
ut certe erant, nisi Deus admirabili sua prouidentia ad-
fuisset. Quia uero parum erat portam aut urbem occu-
pare,

pare, si non adfuissent copiæ, quibus illa retineretur, cum bel-
lum ingens inde nasciturum provideret. Allobrux, copias tum
ex Delphinatu, tum ex Gallia Narbonensi clam Tauri-
num et in vicina loca ultra Alpes evocavit easq. paulo
post inermes ac in exiguas turmas distributas per Vale-
sios ad præfectum illum de quo actum est transmisit.
Est in vicinia arcis illius, cui præest præfectus ille, mo-
nasterium olim à Felice Allobroge Romanorum Ponti-
fice extructum capacissimum: cui etiam adiacet sylua mu-
ro cincta, cuius ambitus duo fere milliaria æquat; eo sese
milites receperunt. Licet autem quantum potuerunt, quin
à nostris clam profecti sint et noctu tantum, non ta-
men ita latere potuerunt, quin à nostris nautis percep-
ti fuerint. Qui n. ex ipsis ad extremum lacum Le-
manum, ad ligna in urbem convehenda navigarunt, ali-
quot ex ipsis navib. vectos deprehenderunt. Ut autem
nobis omnia semper suspecta sunt, audito eiusmodi ho-
minum transitu aures statim arreximus. At quo
magis latere voluerunt, eo magis nobis de ipsis in-
quirendi desiderium iniecerant. Facta igitur diligenti
inquisitione didicimus magnum militum numerum in
monasterium illud congregari: Naves etiam in vina-
rio aut sylua illa muro cincta, quæ ad lacum adia-
cet extrui, quodq. nobis rem maximè detexit, rela-
tum nobis est præfectum illum arcem et monasterium

undiq.

undiq. conquisitis cibarijs, et supellectile munire. Ar=
ma etiam et scalas plicabiles ex funibus aptatas multis
gestarj. Ea oia nobis coniurationis alicuig in urbem nostrã
certissima argumenta fuere: Quorsum .n. illa alio tende=
re potuissent? Iam itaq. nobis & prefectus ille, et nostri
q cum illo uersari solebant, suspecti esse ceperunt. Omni=
um autem maxime proditor noster ei consanguineg. Aduer=
sus autem eum hæc indicia habuimg: Sciuimus eum pa=
trimonium suum ita dilapidasse, ut paucis ante mensibg ad
extremam inopiam redactus esset. Iam uero loculos ple=
nos habebat, ædes emerat, otiosus uiuebat & laute.
Imminens præterea periculum oculos nobis ita aperuit, ut
loci quem occupabat ad tale facing patrandum commo=
ditas fermè nobis consilium eig aperuerit. Itaq. acti=
onum ipsius obseruatores ei adiunximg, de quibg tamen
nihil ipse suspicari poterat. Excidit uerò illi ut
diceret, se ad præfectum illum breui profecturum.
Cum uero nobis iam ex illis indicijs ita suspectus esset,
ut de ipsius dolo non dubitaremg, illum comprehen=
di curauimg. Timebamg .n. ne nobis elaberetur.
Patefacto .n. illorum militum transitũ, q se clam adue=
nire posse putabant, aucto uigilum et custodum
numero urbem munieramg apud uicinos etiam de
hac re conquesti eramg, ita ut iam ex insidijs no
non facile nobiscum agi posset, unde putauimg eum eia=
bi

bi uelle. Comphensus igr primum oia negauit etiam
ea, quæ uerissima esse sciebamus. Inter cætera qdam ex
nostris paucis ante dieb. Italos duos equis Vectos ex ipsig
ædibg prodeuntes uiderunt. De ipsis interrogatus negauit
ullos adfuisse. Testes q uiderant, cum ea de re conuincut:
pergit negare: Adhibetur quæstio unica, oia fateri inci
pit. Ait Italos illos speculatores fuisse, q ædes ipsig
contemplatum uenisent, easq. tanquam aptissimas ad id,
quod uolebant, agendum laudasse. Consilia ptereà oia
quæ cum duce et pfecto inierat aperit: coniuratorum
etiam aliquot, qb. pfecti iussu pecuniam dederat, noia
pandit. Illi, qa ex Bernensium Vicinorum ditione
erant, à suo Magistratu nuncio accepto a nobis comp-
henduntur: Huc naui aduehuntur. Ille constantissime illis
id ita esse adserit: Ipsi pecuniam se accepisse fatentur, sibi
debitam non fuisse, non negant, sed proditionis causa ac-
cepisse negant. Quorsum uero ? id dicere non possunt.
Ii adhuc in carcere seruantur. Ille uero post primam
confessionem sæpe interrogatus perstat, quoq. supplicio,
quod de eo sumtum est propior est, eo plura de suo
consilio explicat: oia ad extremum usq. confirmat.
Hæc una est uia, quæ eis Dei Opt. Max. benefi-
cio præclusa fuit. Vt autem hostes nostri technam
technæ nectere solent, alias eis superesse non dubita
uimg, cæptumq. est in mores ciuium et aliorum, q
urbem incolunt animaduerti diligentig. Ciuis est in-

ni

uicinia, q cum propter multa à se patrata facinora ur-
bem ingredi non audeat, ei se hostem apertum ab aliquot
annis profitetur. Si q igr ex nostris illi familiares fue-
re, nobis statim in suspicionem uenerunt. Unus prae caeteris
notatus fuit, miles quidem strenuus, sed ociosus et inops.
Putauimq eum, q cum hoste frequenter uersaretur, nec
quicquam de eius consiliis patefaceret, non bonum esse ciuem.
Comprehensus igr, et interrogatus prioris illius cum caupone
conspirationis se conscium esse fassus est: Tres praeterea ali-
os ciues, coniuratos nominauit. Iis manus statim iniectae
sunt. Illi oes omnia quae initio dixi de conditionibus quibus
ducem admittere uolebant aperuerunt. Ac de duobus
quidem ingenuosissimis, sed partim luxu, partim superbia
perditis sumtum est supplicium. Primus uero ille, qui
eos prodidit de tertia coniuratione fassus est. Cum enim a
perduellione illo cum quo illi familiaritas erat in nobi-
lis cuiusdam Vin huis urbi inimici quius nuper ad
ducem huius rei causa Taurini fuerat, et munera accepe-
rat, notitiam adscitus esset coepit cum illo de urbe occupan-
da deliberare. Habebat miser ille affinem in urbe non
procul a muro, qua parte murus depressissimus erat. De-
creuerat igr artificij, quod ille affinis exercebat spe-
cie multos milites in aedes illius introducere quorum ope
scalis admotis hostem in urbem se recipere posse puta-
bat, eamq de causa pecunias ab eo nobili acceperat. Ea
uero coniuratio non bene matura erat, ita ut nihil am-
plius ab eo extorqueri potuerit: Oia tamen uera
esse,

esse, ad extremum usq. spiritum affirmauit. Deo Opt. Max. gratias agimus, qui nos custodit. Certum est Romanum Pontificem haec omnia moliri. Fuit enim per multos menses urbis Romae praefectus Taurini, qui cum Anshelmo quodam centurione egregio technarum fabricatore haec omnia in ueram Ecclesiae perniciem struxit. Certum enim est idque optimis argumentis compertum habemus si eis res successisset eos multa maiora in Ecclesiam exequuturos fuisse, ita ut uniuersalis sit haec causa. Nec tamen adhuc quiescit Sathan, cumque rem dolo absolui non posse uidet aperta ui eum adgredi non dubitat. Cingimur quotidie magnis Allobrogum et aliorum qui ipsi fauent, religionemque nostram funditus euertere conantur copijs. Nos Domini solius ope freti adhuc uiuimus, innumeros labores et uigilias sustinemus: alacriter tamen quia bonam causam defendimus. Alij interim quos res non minus quam nos continget securi dormiunt. Deus nobis aderit, nec suos unquam deseret. Utinam nos in suorum numero semper habeat.

Paullo Melisso, Poetae nostrae aetatis celeberrimo
atque eruditissimo | Michael Brutus.

S D Enimuero tu uere Melissus, a quo tam suaues edita | concinnae litterae, et carmina tam bella. tam bella autem modo? immo tam grandia, luminum, ornamentorum sententiarum plena. Sed heus tu: qui me ais, quasi ex ape lucam bouem, facere Pindarum e Melisso; in me migrasse Liuij, et Salustij manes.

Te

Te quidem Multa Dircæum leuat aura cycnum, Tendis e terris quoties in altos Nubium tractus (Vides quam belle tibi quadrant eius carmina, qui negat quemquam posse Pindarum imitari) In me vero, ut illi cocant; quorum alter adeo iniquus alteri fuerit, ut uiuus cum mortuo gesserit bellum? Nam si pugnatum in meho, rum manes: ubi ego tam nobilem arenam? Scilicet conciliabit dissidentes, acrisque iudicium ex contrariis uirtu,, tibus, sed uirtutibus illis tamen, stilum temperantis. Equi,, dem uellem, siue id ex hac manium migratione, siue ex cœli benignitate accidit, adesset facultas par studio animi, ut esset, quo tibi pro tam graui, atque heroico carmine, gratiam referrem, quo me fers in cælum. Quantum uero ab eo distat mea epistola? tibi quidem parum forte uidentur, quod totum tuæ modestiæ re,, fero acceptum, mihi δὶς διὰ πασῶν. Apud regem (modo speres me religiosum, testem tuæ uirtutis fore) id quod uideo tibi satis esse, prædicatore non indigebis tuarum laudum. Ipsa elegantia et maiestas tuorum carminum hoc assequetur. Itaque si quid habes in manibus, absolue inchoatum, itaque statuas, non te gratiæ, sed tuæ religioni daturum ubi tanti regis uires, animumque moresque Aureos educis in astra. De meis epistolis quod tam honorifice sentias, est quod tibi maximas gratias agam; certe si idem doctorum hominum iudicium erit, et cumulate et ue,, re adeo a me laudatus discedes. Vale et ad tuum

in-

in me amorem, constantiam adde, quâ quidem in maxi-
marum uirtutum choro desiderari non potest. Da-
tum e Cracouiæ ingra. Ch. I). XXCII. X. Kal.
Julias.

ABRAHAMUS BUCHOLZERUS
JOHANNI CRATONI.

S. Magnifice & clariss. D. Doctor, & patrone
reuerenter colende: Gratissima semper munera
sunt autor quæ preciosa facit: ita sanè M. T.
munus mihi ter quaterque gratum fuit, quod à TE
daretur, hoc est, dextra uirtutum & fidei laudib.
præstanti, & præterea mei studiosa ac amante.
Ego uerò quas Gratias tibi domum remittam?
In hac certè rerum mearum tenuitate ac difficul-
tate nihil reddo, præter PRECES pias, quib.
uenerandam canitiem tuam quotidiè bonitati diui-
næ commendo, tuumque cor in manus Domini nostri
Jesu Christi trado diligendum, complectendum
tuendum, consolatione adimplendum & exhilaran-
dum: Illius GRATIA & benedictio sit cho-
rus ille Gratiarum, quas ego ad te mitto, quarum
aduentu aut præsentia scio te magis lætari, quàm
si oratione operosè scripta prolixè tibi grati-
as agerem. Ornabunt tamen & nomen Cra-
tonis qualiacunque scripta nostra Chronologica:
imò,

imò, ut rectius dicam, ornabit illius nomen lucubra-
tiones nostras, et Epistola eius cana (Ut ueteres lo-
cuti sunt) scientiæ et sapientiæ plena intexetur
telæ nostræ historicæ, atque à multis legetur, non solum
ut quis, quantusque Crato sit (id enim ex scriptis
illius didicêre dudum) perspiciant: Verum etiam
ut intelligant, Bucholcerum esse in tanti uiri amo-
ribus, et clientulo aliquid lucis ex patroni sole
accedere. Verè id adfirmo, uix quidquam mihi
toto illo anno accidisse gratius tua Epistola, tam
doctè, sapienter et amanter Scripta: Ac si om-
nino fatendum quod res est, puduit me rescribe-
re tibi, quod orationis meæ maciem probè nos-
sem, et ad diuinam tuam Eloquentiam uox mea
obstupescens conticesceret ac obmutesceret. Qua in
re, ut uerecundiæ meæ ignoscas reuerenter peto.
Legi pias preces tuas Versibus inclusas: obortæ sunt
mihi aliquoties lachrymæ repetenti eas, ut qui
manu Domini sæpè multumque percutiar, et horren-
dis illis doloribus Colicis adfligar: nec rarò cum
ipsa morte luctatus sim, cuius rei testes locupletes
facere possum amicos nostros qui me ante bienni-
um Vratislauiæ decumbentem inuisere sunt soliti.
Cum itaque in una eademque naui uehamur, satis
intelligo, quid Versus tui precantes uelint, quid
de-

desiderent, quid optent. Nihil dabo tuis auribus,
nihil dicam quod non ipsa rei ueritas mihi dictet:
Versus tui non in ore aut calamo, sed in corde na-
ti sunt, & non tam labiorum, quam interiore ani-
mi motu constant: quales scimus fuisse ardentes il-
las ac felices, addo etiam celebres, Hannæ preces.
Ego quoties canticum illud tuum repetiturus sum
(id quod fiet quotidie) addam illud Epiphone-
ma, quod Hannæ doloribus, pietate, fide & Spi-
ritus Sancti donis ebriæ respondit Eli Pontifex:
Sancte Senex, & Deo dilecte Crato, qui ex mul-
titudine mæroris tui; tam piè clamas ad Deum
& coram Redemptore tuo Jesu Christo dolores tu-
os Hannæ beatis lachrymis effundis: Vade ua-
de in pace, Deus Israel præstet tibi petitionem
tuam AMEN. Bene uale ter Maxime Crato
& me mancipiolum tuum amare perge. 20 Junij.

RESPONSIO.

S. Satis multa in literis tuis grata mihi fuerunt,
neque ut ex oratione ulla accessio fieret, necesse
erat. Nullos enim homines uel melius Vitam insti-
tuere, uel in omni officio, uerum atque rectum ma-
gis spectare, quam eos puto, qui de sua in his
terris mortalitate sæpe cogitant atque unam hanc
sapientiam esse statuunt, scire atque intelligere nos

quo

quo propius ad mortem accedimus, eo vitæ veræ
viciniores esse. Itaque cum scribendi recte sapere
sit principium et fons, ac tu imprimis huius sapi-
entiæ studio deditus, nihil miror, cum epistolas il-
lius plenas facis. Gratiam vero tibi habeo cum eam
ad me mittere non dubitasti, teque oro si quid vale-
tudinem tuam consilio vel re me iuvare posse, aut
rationibus tuis prodesse existimas, ne parcendum ope-
ræ meæ putes. Valetudo, Christo gratia, pau-
lo melior est; sed exacta ætate et decurso vitæ
spacio, firmam sperare non debeo, neque diuturna
sunt quæ fluunt. Quodcunque vero superest reliqui, ut ad
DEUM referam et veram migrandi ex hac rerum
novissima vita, rationem discam, operam daturus
sum. In hoc conatu si me subiectionibus tuis adiu-
veris, atque de iis, quæ tibi vere consolationi sunt,
monueris, gratissimum mihi erit. Commendatus
est mihi superioribus diebus libellus Chytræi de
morte et vita æterna. Cum attente legi, Ini-
tio pauca quæ animum vere fulciunt, monet, Mul-
tus deinde est in iis, quæ nec auris audivit, nec
oculus vidit nec in cor hominis penetrarunt.
Certe mentis nostræ angustia æterna atque infinita non
capit, nec lætitiæ modum vere percipit, cum ad
ex-

exiguum pœnarum gustum concidat. Et ubi Diuinus
Spiritus silet atque suam lucem continet, quam, obse-
cro, mens humana spargere potest, quæ alijs uere
præluceat? Cardanus homo Italus et haud scio quam
probus, inter notas probi Viri hanc ponit; Ut ani-
mi immortalitatem non neget. Cum igitur illud in men-
tem uenit, quas Chytræus nostro seculo turbas dede-
rit, cum in Virum innocentissimum Philippum Me-
lanthonem designarit, quo artificio ueritatem in
religione oppugnauerit, quam contra conscientiam
malarum potius quam bonarum partium esse malue-
rit, minime probitatis laudem, cum dissimulare men-
tiri sit, et a probo Viro, qui hoc facit maxime
absit, animo quidem meo tueri potest. Velim
igitur me Cardani sententia confirmari, atque ut illius
potius recte factis confirmer opto. Bene Vale.
Et a me dictatam epistolam, nec præmeditatam sa-
tis boni consule. Nolim ea quæ animi quodam
impetu prolata sunt emanare. Scis enim quam ir-
ritabiles sint isti Religiosi et quam acerba ue-
ritas. Itaque epistolam continebis. Iterum Vale.
Vratislauiæ 28 Junij 1582 etc.

Tuus Crato

Quod spiro et spero, quod hoc quoque tempore viuus
Attigerim, munus Christe benigne tuum est
Amplius hoc etiam si vis seruare Cadauer
Opto. Sed ut laudi seruiat opto tuæ

Crato

Nobilitate, Virtute, et doctrina
præstantissimo Viro D. Nicolao
Redingero, patritio Vratislaui=
ensi domino & amico singulari

Nobilissime D. Redingere, Sauromannus noster sta=
tum Heluetiæ & Geneuæ commode tibi exponet.
Meo tamen erga te studio atq. officio deesse non
possum. Summa hæc est: Papa duos Cardinales,
legatos à latere, misit Sabaudo Duci, qui ei
huius expeditionis Comites & consiliarij semper
præsto esse possint. In sumptum belli binas ei de=
cimas ex singulis Italiæ Episcopatib. attribuit. Quo=
tidie numerus eorum qui prope Geneuam in præ=
sidijs sunt, augetur. Hi Geneuensium Ciuium fru=
ges, qui in ditione Sabaudi agros possident, quoti=
die colligunt, & matura frumenta demetunt: Vil=
las depopulantur, in his, Villam Henrici Stepha=
ni, hospitis quondam tui, qui iam hic apud
nos est, & heri à Villico literas ea de re
accepit. Heluetij omnes, uno consensu, in Comi=
tijs Badensibus nuper Cursore per equos disposi=
tos ad ducem miserunt, cum literis, quib. ei
denuntiant. Vt præsidiarios illos missos faciat

quam,

quamprimum. alioqui fore, ut ipsi eos depellant. Cursor in diem crastinum expectatur. Bernenses sensim aliquot Vexilla proxime Geneuam mittunt: et sua tormenta parata in Vrbe habent. Tres reliqui Cantones religionis nostrae, illis non deerunt. Catholici quoque polliciti sunt subsidij quantum opus erit. His se adiungent Valesianni et Rheti, quos optime animatos esse confidimus. Ad has nostras calamitates accessit pestilentia, quae sensim hic apud nos ingrauescit. Ego tuas literas de Aug. Comitijs expectabo. Interea Deum oro, ut te Nobilissime et praestantiss. Vir singulari sua beneuolentia complectatur. Vale et amplissimum Virum d. parentem tuum, et reliquos amicos meis Verbis honorifice saluta. Basil. 16 Julij 82.

Totus et animo et studio tuus

J. Hotomanus.

SERENISSIMO REGI ROMANO-
RVM FERDINANDO,
nomine Principis Elect.

ed.
3,1.

Serenissime Rex. Postquam Romanus Pontifex Paulus tertius generalem Synodum Mantuae celebrandam di-e XXIII. Maij, indixit, misit ad me Inuictissimus Cae-sar & Imperator Carolus, Clementiss. Dominus noster, O-ratorem suum, ut indictionem illam Concilij nobis indi-caret, ac peteret, ut ad eam synodum uel ipsi ueniamus, uel procuratores nostros mittamus. Etsi autem nos exa-nimo semper optauimus, ut synodus, rebus deliberatis, e-mendationem abusuum, atque errorum, qui iam diu in Ec-clesia haerent, institueret, etiam aduersus illos ipsos Pon-tifices & praelatos, quorum partim negligentia, partim cu-piditatibus, uitia illa in Ecclesiam irrepserunt: tamen bulla, in qua Paulus Pontifex concilium indicit, non ob-scure testatur, Pontificem, cum suis coniunctis, nequaquam passurum esse, ut in synodo de restituenda uera doctrina, & de corrigendis abusibus, atque erroribus, agatur. Sed quem-admodum ab ipso & quibusdam suis antecessoribus do-ctrina, quam confessi sumus, sine ulla cognitione aut exa-minatione, in generali, libera & Christiana synodo, teme-re & cum contumelia Euangelij damnata est: ita se o-stendit Paulus Pontifex, haec praeiudicia, praetextu sy-nodi confirmaturum esse, & conatur sibi obligare omnes Reges & Potestates, ut ipsa receptione bullae, ipsi quoque as-sentiantur illis praeiudicijs & omissa cognitione se ad pi-am & catholicam doctrinam, & in Euangelio clare tradi-tam, quam profitemur, exstirpandam, & armis delendam

coniun

coniungant. In hanc indictionem, si consensissemus, nisi essemus haec praeiudicia confirmare, & doctrinam Ecclesiarum nostrarum, testimonio nostro condemnare. Itaque Oratori Caesareae Maiestatis uerè & bona fide commemorauimus, quare nobis illa indictio concilij iniqua, & perniciosa Ecclesiae uideatur. ac petiuimus, ut C.M. excusationem nostram, etiam consentaneam iuri scripto & naturali. Quare in illam indictionem non consentiamus exponat. Non dubitabamus autem, quin Romanus Pontifex, & si quos habet coniunctos, se excusaturi essent apud Regiam dignitatem uestram, tanquam Pontifex fecerit suum officium, ac ostenderit, se uoluisse rectè consulere Ecclesiae. Nos uerò oneraturi inuidia, quasi communi utilitati deesse uelimus. Necessarium igitur nobis uisum est causas, propter quas indictionem illam iniquissimam, & insidiarum ac periculorum plenam recusauimus, Regiae D. V. & coeteris Regibus, & Principibus significare: ut aduersariorum calumnijs & aliorum suspicionibus occurreremus. Itaque ut R. D. V. causas illas uerè & integrè intelligere possit, rogamus per gloriam Christi ut R. D. V. nostram excusationem, quam publicatam his literis adiecimus praelegat, & consideret, qua in re non solum caueatur periculo multorum in Germania populorum, quibus R. D. V. optimè uelle speramus: sed etiam cogitet, hanc nostram causam, ad commune Ecclesiae salutem pertinere, in qua cum disciplinam multis in rebus collapsam esse constet, & paulatim receptos esse abusus non dissimulandos, multi ma-

gni

gni & præstantes uiri, emendationem seriò optauerunt, & flagitarunt. Non dubitamus autem, quin R. D. V etiam ex animo cupiat Ecclesiæ, quemadmodum Deus præcipuè hoc officium à summis principibus requirit; omni ope & omnibus uiribus consulere: proinde & communem Ecclesiæ causam, & nos ipsos diligenter commendamus R. D. V. & nostra officia cum summa obseruantia Regiæ Dignitati uestræ deferimus: Benè & feliciter ualeat R. D. V. P. M.

P. ad Collinum

Non ed. // F

S. Nuper ex quodam bono viro audivi, veteres Romanos in militiam profecturos solitos obstringi iuramento grauj ad haec duo potissimum, Vt quod non ratione te ... depredaturi, & quod ratione ... ... & ... patriae portaturi, nec ulla rone eos violaturi. Quod ideo tibi duxi significandum, si quid scriptoris de vestra gente ... id quod per occasionem inseras, si tibi videbitur. ... ... dignum esse memoria videtur. ...

*

F. //

Sed tacitus pasci si posset corvus, haberet
Plus dapis, & rixæ multo minus inuidiaeque.

Ioach. Cam. ad Vitonum ... dehortantem a gestione totius sermonis

Ioannes Sommerus Michaëlo Petræo Danti-
scano.

S. D. ὡς γλυκὺ τὸ ὄμμα φιλτάτου φωτὸς βλέπειν, ait illa apud Tragicum. Mihi uerò, Michael Petræe, tuæ literæ totū te quantus es, non in cera cubantem, ut Plautinus seruus ait, sed erudita admodum phrasi descriptum expresserunt adeò, ut nullus Apelles potuerit uiuidius, quæ eò etiam maiorem mihi attulerunt uoluptatem, quo certius ante uitam & salutem in desperatis posueram sæpissimè, quando turbatis Moldauicis rebus cæso despota Principe optimo, & omnis eruditionis ornatissimo, inter intentatos Sospitum mucrones, uitam per acerbissima oīa traherem, idq; quatuor totis mensibus, ubi si non aliud, temporis certè diuturnitas constantem etiam animum deijcere poterat, cum tuta quoq; oīa teneremus. Nunc postquam respirare Dei benignitate contigit, quam existimas me exilire, cum ut nomen eorum audio, quibus cum antea uixi coniunctissimè? Quod eò scribo, ut certius apud te statuere possis, quo animo acceperim tuam epistolam, eruditam illam quidem, sed tamen nimis mei amantem, si modo amare est, supra fidem ueri amicum tollere, quod si de meliore nota commendatus non esses, adeò ut ne suspicioni quidem obnoxius sis minime, planè in eam adducerer sententiam, ut crederem te culicem exornandum cœpisse, atq; in argumento παραδόξῳ ingenium ostentare uoluisse, postquam scriptionis materiam Sommeri commendationem fecisti. Sed quando totus prolixam beneuolentiam spiras, accipio omnia in eam partem, in quam scio te uelle, ut ūtt testificationem illam constantissimi amoris, quo apud Dantiscanos coniungebar arctissimè, grato aīo amplectar. Odyssæam texere de meis erro rebus ut cum magna uoluptate possim, ita epi

stolæ modus non patitur. Erit aliquando tempus, erit, cum Petræo ora commemorare coram prolixe licebit, nisi mea consilia invertantur ζυγὸς μεγάλην διὰ ἑλλάδα κ. χάλον ἐστὶ μέγιστον. Acerba sane fuerunt, quæ de motibus Hispanicis adieceras. Ac utinam intra hos terminos coniuratio se contineat. Corporum iactura quantumuis deploranda, ferenda tamen. Illud longe calamitosissimum, miseris mortalibus passim animæ periculum strui, cum tot fanaticis opinionibus & quouis monstro monstrosioribus Ecclesiæ Christi admixtis, cuiuis quiduis docendi potestas datur. Nos hic Arrium, & Seruetum illo propemodum improbiorem refodimus & in Christo supra hominem iam nihil agnoscimus, quippe qui hoc ipsum, quod Dei filius appellatur, Patri acceptum ferre cogitur, æque ac Petrus Apostoli, David Prophetæ cognomen. Adduntur picturæ, dignus sane Diabolo fœtus, ubi coronato Geryonis tricipite uertice, Trinitas, Iani imagine ~~trinæ~~ in Christo ~~nta~~ distinctæ ὑποστάσεις, tribus sacerdotibus simul ad mensam epulantibus, exprimuntur, & alia huius generis multa, ad quæ inuenias etiam qui suauiter arrideant. Et nos tamen in utrumque oculum dormimus, ac leuiter curare uidemur, quo figmenta cadant, & somnia Pythagoræa. H. Molleri præceptoris mei carissimi, uiri ac Poetæ optimi, mortem acerbissime lugeo: quæso te, mi Petræe, de rebus patriis aliquid ad nos perscribito. Audio D. Iohannem Brand decessisse, filiis ubi poteris per orationem, dices salutem meis uerbis. Cupio uehementer scire, ubi uiuus Guilhelmus Bohemus & Matthæus Domini mei scriba, animæ quales neque candidiores terra tulit, claro nec Phœbus uidit Olympo. Georgio Lysemanno salutem asscriptam nunciabis, eique ostendes, me

gratum

gratum habere, quod ad me scribere noluerit. Matthæo Hec
cero, Johanni Frisch, ubicunque sunt, & animo preceris bene.
Scripsi nuper Regum Ungaricorum historiam Elegiaco ver-
su, ad Sabini imitationem, Musca Elephantum, aut si ma-
uis Rana bouem æmulatus, quam ad te mitterem, nisi mo-
lestum esset, libellis eiusmodi onerari, quibus perferendi ne-
gocium datur. Aliquid tamen interim leges. Bene uale mi
suauissime Petræe, & Sommerum, ut facis, ama. Didicimus
iam tandem nonnihil sapere, postquam cornua abiecimus,
& prior ille iuuentæ feruor deperijt. Salutem dic omnibus,
quos mihi amicos esse nouisti. Coronæ transyluanorum
Cal. Jun. anni 1568, quem tibi faustum & felicem ex
animo precor. Vale iterum.

Johan. Sommer.

Idem ad Christophorum Hanisium.

Cum epithalamion carmen ad me misisses, Christophore frater &
amice carissime, gauisus sum sane pro eo ac debui, amici res tandem
collocatas esse in tuto. Ac ne desiderares operam, addidi & ipse quae
Transyluanis nobis dictabat Apollo. Verum intellexi interce-
ptas esse epistolas, nisi quid fefellit tabellarius, qui exutum se
uestibus simul ac fortunis omnibus, fasciculum literarum apud
Harpyias illas reliquisse deierauit. Etsi autem facile cogito, te
inter tuas illas occupationes, literarum officium uix à me req-
rere, tamen cum è discipulis meis quidam isthac irent, non
debui facere, quin meas legeres. Scito itaque incolumem me
esse, & cum mediocri existimatione literas hic doceam, rem
tamen facere nondum addidicisse. Erat animus hoc tempore
ad uos redeundi: sed uineæ cœlo tactæ parum responderunt
nostræ spei. Ita autem hic comparata est uiuendi ratio, ut si
Bacchum habeamus propitium, reliquos ut minutos Deos flocci

facere

facere non debeamus. Stipendia nobis è uini prouentu, Hercula-
nia scilicet pars, persoluuntur, quod cum in herba perierit, non est
cur mireris, te nihil à me accipere uersuum: Scis n. illud uetus: οἶ-
νος μέγας ἵππος ἀοιδῷ. Si incolumis fuero, ultra annum
hunc 69. in Transyluania non morabor. Nam tot sunt hic facti-
ones hæresecon, ut uehementer mirer, Augustinum & alios è ue-
teribus quiritari, multum ubiq́ errorum suppullulare per orbem
Christianum, cum hæc angusta sane prouincia, & quam decempeda
ferme semel metiri possis, omnium exempla instauret, ita quidem,
ut si circumferas oculos, pene tot opiniones reperias, quot homines.
Hi tamen regnant iam, qui commentitia personarum, essentiarū,
κοινωνίας ἰδιωμάτων, & alia eiusmodi uocabula repudiant, ni-
hil professi præter unum Patrem Christi, quem Deum nominat
scriptura: & eius Filium hominem Jesum Chrm (nam æternum
esse cum scriptura, ut ipsi quidem indicant, pernegant) & utrius-
que Sp. sanctum, quem Virtutem, digitum, potentiam Dei nōiant.
Quæcunq́ autem de Christi diuinitate loquuntur testimonia,
sic accipiunt, ut ideò dici contendant Deum, qui Pater ipsum un-
xerit plenitudine Sp. sancti. Vaticinia autem Prophetarum o-
mnia huc reuocant, ut ad futurum uel nasciturum Filium
trahant: ut semen mulieris, Filius natus, Chrs crucifixus, Ho-
mo Jesus Christus: & alia eiusmodi, quæ cum admodum plau-
sibiliter è sententijs scripturæ coaceruentur, trahunt scilicet
multos, ducitur ut neruis alienis mobile lignum. Disputatum
est acriter Rege præsente. Extant eius δόξας ξενας exempla.
Ego non habeo quod iudicem, nisi quod uideo, eos non uiolentas
quærere interpretationes, qualibus nos in naturarum distin-
ctione, dum alteram quiescere, aut non exerere potentiam di-
cere cogimur, & in multis alijs locis utimur. Sumus hactenus
in ea spe, à Vuitebergen aliquid profecturum, quod solidius

aliquid

aliquid opponat huic dogmati, quam factum est etiam à Caluino
qui tamen magno animo, summa eruditione, ac acerrimo iudi=
cio, in eam cum Serueto palaestram descendit: Verum nihil ad-
huc uidemus. Omnino eius generis est hoc malum, quod non
contrectari tutius esse putem, si modo sine pudore tacere pos=
simus: Ventilando magnas hic uires sumsit incendium: non
habent arietem robustiorem, quo simplicium aīos labefactant,
quam quod assiduè inculcant, Deum Tritheitarum (sic n.
nos appellant) instar Gerionis esse tricorporem: Religionem
nostram ne ab ijs quidem intelligi, qui operae precium in ea
discenda fecisse uideri possint. Addunt infames picturas.
Autores sectae faciunt Erasmum Roterodamum, cui certè nō
faciunt iniuriam, Seruatum, Bernardum Ochinum, Coelium
Curionem, Laelium Sozinum, Gentilem Blandratum, qui ad-
huc apud nos docet (Regius medicus est) & Philippum ipsum,
qui in prima editione in Iohannem interpraetatus sit: Ver=
bum factum est caro ÷ uile & abiectum, quae tamen uerba p̄=
ter consilium, conscientiam ipsi expressisse affirmant, ut ut de
inde incarnatum Deum tueatur. Arrium & ipsi damnant,
ut immodicè adhuc superstitiosum: nec recipiunt quidquā
nisi quod in sacris literis disertè expressum sit. Haec etsi
iam typis excusa dudum ad uos perlata esse arbitror: ta=
men malui ad te perscribere, quam alijs leuioribus nugis
chartam explere. Quod si tibi ignota sit, aestimato inde meā
fortunam, cui nonnunquam et digladiandum sit contra
θεοσοφίστας. Habebis quod amicis de nrīs rebus com=
munices. Bene uale mi carissime frater. Salutem ascribo
tuae uxori: Deinde & socero: nam tunica tibi pallio propi=
or est: Martino Mylio, Martino Rosae, Christophoro Mā=
lio, quem ego lego ἐπιθαλάμιον scripsisse tibi, nisi nomen

fallit

fallit, opinor illum esse, qui ad ripam Nissæ habitabat, ex homun cione pene Gigas factus, ut ego quidem carmen uideo. Vale iterum. Bistricio Transylvanorum, die Andreæ Apostoli. 1568.

Ex autographo.

Viro clarissimo atq optimo Dn. Ieremiæ
Veneto etc. scribæ Iudiciorum ciuitatis
Vrat. amico suo summo Bonauentura
Roslerus.

Mitto ex cauea mea psittaros aliquot: namq oes mittere nolui, ne cauea tota uacua mihi relinqueretur. Hi afferent solemne illud & anniuersarium Χαῖρε. Facio id inuitatu tuo, quod ita intelligere uisus sum, te molestijs his delectari: quod si ita est (neq tamen dubito quin sit) Deum Opt. Max. assiduis precibus flagitare non desinam, ut copiose te abundare his molestijs faciat. Sed ut ad meos psitaros redeam, facies quicqd uolueris. Sed tamen si me audire uis, quam minimum in eos sumtuosæ liberalitatis conferri per te uelim. Contenti enim & erunt, & esse debent, micibus: & cæteris quæ 2dis mensis apponi solent. Malis eos onustos cur ad me remittas nihil, magna enim hoc anno penuria est, & absq eo tamen domi magis quam uelim, malis plurimis abundo. Tibi uir optime, mihiq cariss. annum hunc ineuntem & iam uertentem quam feliciss. & auspicatiss. uotis, omnibus tuisq exopto, meq & meos amori & beneuolentiæ tuæ commendo. V. ex latebris caniculis ipso trium (nisi forte plures fuerint) magorum. 1567.

Valentini Fridlandi Trocendorffij
epla ad furem suum.

Miror sane N. quis furor te impulerit, ut facinus tam tetrum designares, idq in præceptorem tuum, qui rationibus tuis semper honestiss. consuluit. Flagitium, cum per se turpe

& atrox

& atrox est, tum quia in praeceptorem est commissum, etiam impium est. Vide verò quorsum te stultitia tua impulerit, nisi pater etiam iram suam saluti tuae posthabuisset. Nam cum esses deprehensus, nisi pater tibi praesidio fuisset, ac te periculo exemisset, iam pro fure in cruce penderes. Euasisti supplicium furis, crimen & nomen furis non euasisti. Hoc te comitatur, hoc tibi adhaeret, in quamcunque terram ueneris. Qui verò aegrè tibi facere uolet, infame nomen furis iure tibi exprobabit. Quid nunc tibi animi est? qua fronte audes intueri homines? cum flagitium tuum etiam Vitebergae, ubi nunc agis, innotuerit, & iuuenes atque senes tanti facinoris tibi conscij sint. Tellurem tibi dehiscere optares, si quid haberes: Commisisti n. turpissimum dedecus in te, in famam tuam, in parentes, in cognatos, in honestissimam familiam tuam, teque eiusmodi macula contaminasti, quam nec Albis nec Rhenus tibi unquam eluet. Quis tibi nunc sensus erit, quis animus? quando uulgo in te digitum intendent, ac dicent: Hic est iste trifurcifer, qui suo praeceptori furatus est magnam uim pecuniae, marsupium emunxit, equum furtim abegit. Itaque hoc facto tuo apud omnes bonos uiros omnem fidem amisisti, nemo tibi porrò credet, nemo te familiarem habere uolet. Sic n. quisque sentiet: si patri hoc fecit, quid tibi faciet. Itaque quisquis te nouit, illud Horatianum tibi occinet: Hic etenim niger est, hunc tu Frommanne caueto. Iam uerò pater quo in te sit animo, facilè aestimare potes. Matri uerò honestissimae matronae ita dolet hoc dedecus, quo familiam aspersisti, ut à te sit prorsus alienior, neque nomen tuum aequis auribus audire possit, nec te filium agnoscit, cum te non geras dignum parentibus tuis. Vide nunc, in quas angustias res tuas redegeris stultitia tua. Viuis extra obaedientiam tuorum, quam Deus mandauit, & promisit benedictionem o-

boedien-

boedientibus. Viuis in summo dedecore & probro. Hæc scripsi ut te tibi ostenderem, & ut ista tua pulcra facta agnosceres. Sed cum te semper amaui, amorem tui nondum deposui, etsi amore minimè sis dignus. Ac si intelligerem te seriò resipiscentem conuertere animum ad recta studia & honestos mores, ac dedecus istud Virtute tegere, darem operam, ut iram parentum placarem, teq; in gratiam restituerem, & istius facinoris ueniam tibi impetrarem. Nam uiros authoritate præstantes rogaturus essem, qui pro te intercederent apud parentem tuum. Itaq; quæ tua sit sententia, hoc tabellario ad me perscribito. Vale. Deus det tibi mentem meliorem.

Georg. S. Seldius Casparo Peucero.

Receptis libris & literis tuis, eruditissime Peucere, superiori mense ad me missis, dum uideo te ex singulari quadam affectione, quam erga me geris, nomen meum inter illustres antiquæ græciæ oratores æternitati consecrare uoluisse, ago tibi quidē ut debeo, immortales gratias, eoq; noīe me planè in ære tuo esse profiteor. Cæterum quod in illa epistola nuncupatoria tot me laudibus (quas ego agnoscere nec debeo nec possum) oneras uerius, quam ornas; de eo tibi, mi Peucere, ut ueritatem fatear, nonnihil subirascor. Videris n. eadem opera non solum te & alios, uerum etiam meipsum propemodum uelle decipere idq; agere, ut magnificentius aliqd deinceps de meipso sentiam; & sic uitium aliquod φιλαυτίας incurram, cuius parx abest, quin tute autorem præbeas. Mihi uerò abundè sufficiebat candidissimus iste animus tuus, quo de me, plus quām in me sit, sentire soles, etiamsi in eo palam efferendo moderatiori aliquo stylo usus fuisses: Non n. immemor sum senarij illius Tragici: Quisquis fauoris gloriam ueri petit,
Animo magis quàm uoce laudari uolet.
Opus Chronicon tuum, quoties mihi tantum ocij datur, non sine

magna

magna animi uoluptate percurrere soleo. Video te filium soceri tui immortalis memoriæ Viri ubiq́ & diligentissimè esse secutum, adeò ut si quis fortè in ipsum medium librum incideret, non attento eiusdem frontispicio, is ppt similitudinem tam phrasis, quam uniuersæ dispositionis, deieraret illum ab eodem autore fuisse profectum. In hoc tamen proculdubio maiorem laudem mereberis, quam ipse Philippus, quod cum utriq́ uestrum scopus fuerit propositus ex uniuersali historia, quæ aliâs latissimè patet, succum duntaxat ipsum, gratissima breuitate extrahere, tibi in hac parte longè durior, quam illi prouincia obtigit. Habuit n. ille propositos autores antiquos illos Herodotos, Thucydides, Xenophontes, Liuios, Plutarchos, Tacitos: qui non solum accuratè, uerum etiam prudenter historias scribunt. Tu uerò ut plurimum solis Germanicis nostris scriptoribus niti debuisti, qui plærumq́ nudis rerum narrationib. contenti, quo ad coeteras historiæ dignitates, planè sunt steriles ac ieiuni. Distuli hoc responsum meum per aliquot dies, ne literæ meæ omnino uacuæ ad te redirent. Mitto ergo tibi id, q petebas: Genealogiam uidt communem utriusq́ familiæ Brunsuicensis & Ferrariensis, succinctius hic ac horis à me concinnatam. Folia quidem sunt dissoluta, (neq́ n. aliter commodè literarum fasciculo includi poterant) tu uerò ea conglutinare poteris ad formam hic in margine appositam.

	A			
	B	C		
D	E	F		G
H	J	K		L.

Miraberis autem, ubi ad infimos gradus aspexeris rerum ordinem adeò pulcrè inter se conuenire, ut Julius Dux Brunsuicensis, una cum Vuilhelmo Duce Luneburgensi, post tot seculorum seriem cum Alfonso II. Duce Ferrariensi hodiè regnante in eandem omnino lineam incidant: qui Principes oes

ætate

ætate (ut reor) propemodum sunt pares. È conuerso, ubi ad ori-
ginem totius familiæ (quatenus hic depicta est) oculos conieceris,
uidebis (sat scio) uanam adulationem eorum literatorum, q
fumos aulicos captantes non sat hnt Principum suorum an-
tiquitatem eam demonstrare, quæ ex probatis monumentis
percipi potest: nisi eandem usq ad priscos (si diis placet) Ro-
manos, utputa ad nescio quos, Caios, Titos, Lucios, & Mar-
cos extendant. Quasi uerò ignari sumus eo tempore, deq
isti loquuntur, uidelicet anno à natiuitate Christi 400. & 500.
ac deinceps, imò & dudum antea, uetusta illa Romanorum
prænomina omnino ab aula recessisse. Scilicet persuade-
bunt nobis hi belli homunculi huiusmodi fabulas eadem fa-
cilitate, qua quidam ex nostratibus nobis persuadent: Austri-
acorum Principum stemma à Merouæo usq Francorum
Rege, Bauaricorum uerò à Carolo magno, & Pipino, imò (ne
mentiendi ullus sit finis) à nescio quo Anchise descendere. Po-
test esse, quòd uel Ferrariæ, uel in loco uicino repertus fue-
rit antiquus aliqs lapis Atio inscriptus. Inde proculdubio ar-
gumentum sumsere egregij hi diuinatores, quoniam nomen
Azonum huic familiæ apparet multum fuisse familiare:
Caium illum Atium caput eiusdem fuisse: tanquam si ego, q
à progenitoribus meis, plebeis, attamen honestis, hominib.
Seldius uocor, originem meam uel ad Celsum Iureconsultum
uel ad Syluium Ascanij filium referre conarer. Tu uerò
mi Peurere, quod ad hanc familiam attinet, ita habeto, eius-
dem antiquorem patrem apud probatos historicos non facilè
reperiri, quam Sigefridum illum, seu Sigebertum, patrem
Azonis, Sigifridi seu Gerardi, genere & natione (ut perscri-
bent) Longobardum. Quæ autem (malum) esset hæc huiq
familiæ Metamorphosis, quòd à Romanis in Longobardos
degenerasset, cum nusquam (ut arbitror) constet, Romanos in
ditione Longobardorum fixisse sedes, sed è conuerso tantum:

Et noia

Et nomina ipsa huius prosapiæ post primos illos (si displacet) Caios, Titos ac Lucios, planè Longobardica & Germanica sunt non Romana. Imò ex oībus antiqs historijs colligimus cum ipsa inclinatione imperij Romani, paulatim oēm Romanorum nobilitatem funditus interijsse: ita ut planè ridiculi sint, qui alios se fumos oculis hominum offundere posse sperant. Est apud Venetos nobilis & q. primaria familia eorum, qui ta à plebe in hodiernum usq́ diem, quam à prioris seculi scriptoribus, passim Cornarij appellantur. Nunc uerò nisi quis paulò elegantior, non Cornarios sed Cornelios illos, tanquam descedentes à Romanis illis Cornelijs (incertum tamen utrum à Scipionib. an à Syllis, uel à Lentulis) nō citaret, is (ut opinor) actione iniuriarum ab illis connemretur. Et cū ego olim Bonomiæ legib. operam darem, erat in contubernio nostro, quidam studiosus Siculus, noīe Tullinus, corpore & ingenio uastus. Is cum nihil planè Ciceroniani haberet præter exiguam illam conformitatem nominis, quod tamen assumptiuum censeri poterat, & insignem quantum faciei maculam quam in modum ciceris formatam uideri uolebat, tamen tanta contentione se iactabat à Cicerone originem ducere, ut si qs ex reliquo sodalitio nostro de eo subditare præ se tulisset, eum ipse ad monomachiam fuisset prouocaturus. Libet hæc prolixius tecum garrire, ut scias huiusmodi uigilantium somnia, quæ ex melancholicis quibusdam humoribus proculdubiò proficiscuntur, mihi, tametsi illis utrinq́ locum aliquem in collectaneis meis dem, nequaquam tamen probari. Quod autem hæc genealogia ultra illum (quem dixi) Sigifridum fabulosa censenda sit, id uel eo quoq́ argto colligi potest, quod auus illius Sigifridi Henricus fingitur anno Domini 780. esse ortus. Et tamen paulò post de filio ipsius Ottone Sigifridi patre dicitur, quod anno 888. obierit. Quod si uerum est, oportet q

Otto

Otto ille etiamsi extremo anno uitæ patris sui natus sit: tamen ad centesimum, octauum Vitæ suæ annum peruenerit: idq. presertim in huiusmodi Magnatib. qui delitijs plus quam plebeij diffluere solent, creditu admodum difficile est. Verum de his hactenus (ut opinor) plus satis. Vbi uerò te aridis hisce genealogiarum nomenclaturis delectari sensero, dabo operam, ut tibi deinceps integrum quoq. stemma Bauaricum, quod certè ualdè magnificum & copiosum est, in ordinem redigam: nisi tamen tu ipse id antea habueris: Desunt autem mihi ultimi duntaxat quidam gradus, utpùta liberi Electoris Friderici Palatini nunc regnantis, & Ruperti ac Wolffgangi Ducum (ut appellantur) de Zweibrucken, quos tamen tu ex conuersatione eorum Palatinorum, qui uel in Academia, ut in aula uestra nonnunquam degunt, facilè supplere poteris. Bene uale. Pragæ. 23. Aprilis Anno. 1562.

Martinus Lutherus.

Gnade undt friede in Christo. Durchlauchtiger H. G. Herr, mir hat Magister N. angezaigt, wie E. F. G. etwz schwach gewest, aber doch nu, Gott lob, widerumb zu passen worden. Mir folt aber offtmals ein, wie E. F. G. gantzer Stam fast eingezogen, still, loblich wesen gesucht, dz ich zuweilen gedencke, es möcht auch woll die Melancholia undt schwere gemutt offt ursach sein, zue solchen schwachheiten. Darumb wolt ich E. F. G. als einem Jungen Man lieber vermanen, immer frölich zue sein, zue reitten, Jagen, undt ander gutten gesellschafft zuschleissen, die sich göttlich undt ehrlich mit E. F. G. frewen können. Den es ist doch ie die einsamkeitt oder schwermutt allen menschen eitell gifft undt todt, sonderlich einem Jungen menschen. So hat auch gott gebotten, dz man sollt frölich fur ihm sein, undt will kein traurigs opffer haben, wie das offt im Mose geschrieben steht, undt

Ecclesia.

Ecclesiaster sagt cap. 9. Freue dich iunglich in deiner Ju-
gendt, vndt las dein Hertz gutter dinge sein. Es glau-
bett niemand, wes schaden es thutt einem Jungen menschen
freude wehren, vndt zur einsamkeit oder schwermutt
weisen. E. f. G. haben Magister N. vndt andere mehr,
mit denen sein sie frölich. Denn freude vnd gutter
mutt (in Ehren vndt Zuchten) ist die beste artzney einem
Jungen menschen, Ja allen menschen. Ich der ich mein Le-
ben mit trawren vndt saursehen habe zubracht, suche
itzt, vndt nehme freude an wo ich kan. Ist doch itzt, Gott
Lob, so vill erkentnus, das wir mit guttem gewissen kön-
nen frölich sein, vndt mit danksagung seiner gaben
brauchen, darzu er sie geschaffen, vndt wollgefallen dran
hatt. Hab ichs nit troffen, vndt hiemit E. f. G. möch-
ten zu blöde sein, frölich sich halten, als were es sunde,
wie mir offt geschehen, vndt noch woll zuweilen geschicht.
War ists, freude in Sunden ist der teuffell: aber freu-
de mit gutten fromen Leutten (in Gotts furcht, Zucht, vnd
Ehren) ob gleich ein wort oder Zöttlin zu vill ist, gefellt
Gott woll. E. f. G. sein nur Immer frölich, beide inwen-
dig in Christo selbs, vndt auswendig in seinen gaben vnd
guttern. Er wills so haben, ist darumb da, vndt gibt da-
rumb vns seine gutter, sie zugebrauchen, das wir sol-
len frölich sein, vndt ihn loben, lieben, vndt danken Im-
mer vndt ewiglich. Schwermutt vndt Melancholia
wirdt das alter vndt andere sachen selbs woll vberflus-
sig bringen. Christus sorgett fur vns, vndt will vns
nicht lassen: Dem befehl ich E. f. G. ewiglich. Amen.
Am freytag nach Johannis Baptistae. 1534.

Clariss. Viro incomparabili Dno Pdito Dn. Philippo

Melan.

Melanchthoni, parenti meo Venerando
Fr. Hotomannus S.D.

Hunc libellum anno superiore commisi cuidam, ut tibi cum meo nomine offerret: uerum ex eo tempore hominem illum uidi nusquam. Itaque cum adhuc noui nihil quod tibi offerrem, meae erga te obseruantiae & pietatis testimonium haberem, hic autem ad te iret Do. Timotheus Gersonius, iterum illi committere hunc libellum uolui, cum hac epistola, quam tibi cupio esse pignus eius animi, quo tuas Virtutes colo ac ueneror: sperans fore, ut, si Deus mihi facultatem dederit, sub huius aestatis fine te coram conueniam ac salutem, nam hic Do. Timotheus Principis sui mandato ac nomine, luculenta sane proposita conditione, me Regiomontem euocat. Quid tamen facturus sim, ualde incertus sum. Semper octo ab hinc annis uixi cum Do. Caluino, ex quo millies de te apud multos sane insignes uiros audiui. Hac tamen aestate propter patris mei obitum, & Geneuae urbis odium mirificum, Argentinam ueni. Ubi cum ex Do. Grempio, & Do. Sleidano amicissimis meis audirem, te unum omnium optime scire posse, qua in parte Germaniae Hotomannorum familia sit, rogare te uolui, ut si qua ratione id possis explores: nam auus meus Lutetiam uenit adolescens nobilis ob leuitatem quandam amatoriam a patris iracundia profugus: illic uiduam iuuenem duxit, ex qua XVIII. liberos susceptit, in his patrem meum, qui, dum uixit, senatoris Parisiensis munere ita functus est, ut amplius mille Christianos martyrio afferrerit, neque si diutius illic fuissem, manus impias a me prohibiturus putabatur: Adhuc tamen me Deus in Ecclesia sua conseruauit, in qua spero, me quod reliquum est uitae confecturum. Vale clarissime uir & pater ueneránde. Argentinae IX. Cal. Junias. Villicii nomen ne te offendat, scire te uolui, praedii siue fundi mei nomen esse. Nam aliud propter mei patrimonii periculum, cui multi insidiantur

tur, usurpare ausus non sum. Iterum uale uir praestantiss.
& me ama.

Viro Doctissimo Philip. Melan. amico cariss.o

Quae causa sit, mi Philippe, cur adeo uel dubitas uel differs
ad me uenire, ego quidem nescio: uerum q semper metui, ne
re diuulgata exorirentur, qui & contra me garrirent, &
de te nostris mali persuaderent, id euenisse, arbitror te iam
ex uicinia tua satis cognouisse. Quod ad me attinet, neq.
opinionem meam de te, neq. desiderium tui mutaui, neq.
quid quis blateret, curo: dum iam & summo Pontifici, & Sum-
mis Cardinalib. ratio consilij mei non solum constat: sed et
honestissimo diplomate approbatur, concessa mihi amplissi-
ma facultate ad dignitatem et studia tua in tuto collo-
canda. Vnde quanti sis apud summates illos, colligere po-
tes, neq. id postremo felicitatis loco reputare debes. Qua-
re mi Philippe etiam atq. etiam cogita, quam recte istic
haereas in haereseos damnatos, ubi nihil quam honoris &
studiorum tuorum iacturam sis consecuturus. Qui aliud
non sunt, quo mundo innotescant, & qui magnae malunt
esse famae quam bonae, hi eum imitentur, qui Dianae te-
plum incendit: uerum enimuero tuum ingenium tuaq.
eruditio, ut immortali laude digna sunt: ita dolendum es-
set tuum nomen, tuasq. perdoctas lucubrationes nunc et
in posterum damnari, & a quibuslibet dilapidari posse.
Habes, mi Philippe, nunc eam occasionem, qua nescio an
maior unquam continget, te ex fluctibus istis in tranquil-
lum portum reducendi, tuaeq. famae, ac tuis studijs quam
optime consulendi, si & sectis illis ualedices, & ad me com-
migrabis. Catastrophen quam speras, mea quidem sen-
tentia frustra speras, si uetera exempla, si scenam istam

Germa-

Germaniæ uestræ spectes. Tragicus potius exitus, quam Comi=
cum plaudite, expectandus est: Tu quicquid facturus sis, nos
tandem certiores reddas. Vale: ex arce nostra Polthouien de=
cima January. Ao. M. D. XXXV.

Tuus ex animo Critius Episcopus
ex autographo.

Clarissimo eruditione & pietate Viro Do=
mino Phil. Melanth. fratri hon. Lypsiæ.

Scripsi ad te ante aliquot menses Lælium socinum diem suum obijsse,
ita ad me nonnulli fratres ex Italia, at falso illi quidem. nam amicus
ille & frater nr̃ uiuit, & ita uiuit, ut nunquam melius se habuerit.
nuper Geneuam se contulit, & spero eum breui ad me uenturum. Li=
benter arripui hanc occasionem ad te scribendi, & retractandi, quod de=
ceptus scripseram. Placebat mihi Rhætia, in qua ferè quadriennium
ministrum egi Verbi DEI. Nam inde opportunè poteram AntiChristum
oppugnare, at sæuus ille, & adhuc nimis potens ita ursit, ita anxi
è me ad necem quæsiuit, ut coactus fuerim retrahere me longius ab
Italiæ finibus. Quare nunc Tubingæ uiuo sub tutela huius bo=
ni Principis, & noctes diesq; toto pectore incumbo in sacra studia. Spe=
ro n. fore, ut breui paulo liberior futura sit mea Italia, cui theatro
ego seruio: paro itaq; me ut possim meas partes agere. Princeps is il=
lustrissimus pollicetur, se suministraturum omnem sumptum, si ag=
grediar prouinciam de uertendo nouo testamento in linguam illyri=
cam, quod uehementissimè pt Eglij cursum promouere. Ego tamet,
si possum garrire illyricè, aut Sclauicè: tamen sum adhuc impar ta=
to oneri. Si igr Deus faret, ut istuc aliunde uir aliqs in ea lingua
exercitatus adueniret, qui apud me aliquandiu esse uellet, & tu ad
me scriberes, curarem illi uiaticum, quo huc posset. Quod negocium
commendo tibi maiorem in modum, Philippe Melanchthon. Prin=
ceps te amat, possum hoc sanctè affirmare, sæpè n. de te honori=
ficè loquitur. Vale & salue. D. Iesus benedicat tuis sanctis labo=
ribus, Amen. Tubingæ X. Martij. 1554.

Vergerius.

Ornatiss.

Ornatiss. Viro D. Caspari Peucero Vuitebergensis scholæ professori clariss. Dno & fratri suo cariss.

S. P. D. Post discessum nostrum ita multa inciderunt, quæ Academiam nram perturbarunt, mi optime atq; ornatiss. D. Peucere, ut animus etiam à cogitatione quarundam rerum abhorreat. Et ne cætera commemorem, unius Mycilli obitus tantum mihi dolorem attulit, quantum mens hominis capere maximum potest. Obijt correptus uehementiss. anginæ, cum is febrem qua affligebatur negligeret, nec ullum è nobis audire posset. Scripsi in eius obitum, siue effudi potius elegiam, eo statim die, quo sepultus fuit, quam ad uos mitto. Tu ut eam patienter legas, & apud alios defendas, uehementer à te peto. Hupertum nrm meo noie plurimum saluta. De cæteris scribam ad te proximè. Fatalis pfecto huic scholæ impendet calamitas. Iam uenit et Erastus. Sed desino. B. uale. Heydelberga Cal. Feb. M D. LVIII.

I. P. Lotichius.

Præstantiss. uiro Ioanni Trogero medicinæ Doctori, Domino & patrono obseruando.

De rebus Turcicis nostroq; in Pannonia exercitu frequentibus nuncijs ad nos alia super alia afferuntur. sed ita uaria & incerta, ut multi sint, qui oia pariter, quæ illinc nunciantur, uana esse arbitrentur. Mihi etiamsi oia incredibilia nequaquam uideri solent, tamen qd potissimum amplectendum sit, non facile est eligere. Qua de caa non opinor te postulare, ut ijs de rebus aliqd ad te scribam: nec pfecto fabulæ eiusmodi tibi iucundæ esse possunt: nec ego sanè libenter, quæ incomperta mihi sunt, apud alios enuncio. De bello autem Brunsuicen, quod propemodum in Ducatu Electoris geritur, haud ingratum me tibi facturum existimaui, si quæ certa sunt probeq; explorata, ad te breuiter perscriberem. Occasionē ei bello duæ præbuere urbes, Goslaria & Brunsuiga, quarum altera uetustate, & fodinis metallarijs, altera magnitudine & nobilitate, utraq; diuitijs claræ celebresq; per Germaniam habitæ sunt. Eæ diutinis iniurijs, ab Henrico Duce Saxoniæ, atrociter

uexatæ

uexatæ sæpè rogarunt à nostris Principibus, uti se contra impotentē
uicini hostis libidinem pro coniunctione religionis fæderisq́, priuati
defenderent, memorantes omnia ciues s. ab eo perpessos, quibus ne
ab externo hoste quicquam potuissent tolerare crudelius, ultimam si-
bi seruitutem, nisi maturè Henrici occurratur cupiditatibus, esse ex-
timescendam. Talia sæpè querentes, etsi iustum uidebantur petere,
tamen nostros ad bellum commouere non potuerunt: quippe si qua-
uis alia ratione, quam bello & ui aperta deterrere eum ab iniurijs
malebant. Itaq́ primum rogare eum amicè cœperunt: Deinde ubi pre
ces parum proficerent, interminari: demum in ius uocare, accusare
ad Cæsarem & Ferdinandum, & ut semel dicam, omnia alia ex-
periri, dummodo arma subterfugerent. Verum enimuero cum il-
le non modo desisteret nocere, sed etiam augeret iniurias, edicta Im-
peratorum superbè contemnens, innocentes ciues spoliaret, pulsaret
tabellarios interciperet, impediret commeatus, adacti sunt nostri ad
eam necessitatem, ut aut ui ipsis reprimendus Henricus esset, aut
urbes sociæ amicæq́ turpiter deserendæ. Quibus de caūs bellum
illi post longam deliberationem indictum, habitus delectus per ma-
gnam Germaniæ partem: numerus militum q. quinquaginta
millia scripta: qui exercitus diuisus ita, ut Elector uicena quina
totidem ferè Landgrauius sub signis habeat, in Henrici ducatē
deportatus est. Res dudum geri cœpta. Oppida quæ ipsi parebant, par-
tim ui partim uoluntate inhabitantium capta sunt. Reliqua castella
uici, prædia, sine ulla rusticorum iniuria præterita. Facilesq́
sic finiri oīa potuissent, si quam cito oppida, tam cito etiam ar-
ces potuissent expugnari. Hæ non natura modo, sed etiam opere
arteq́ & præsidijs probè firmatæ, plus laboris & periculi & fe-
cerunt iam, & porrò facturæ existimantur. Ipse Henricus sub
aduentum exercitus, ducatu suo fremens dolensq́ excessit, relin-
quens oīa filio s. tutanda, quem ἀγέλαστον per oēm uitam habi-
tum, primum tum effusè risisse perhibent. Aiunt autem in Ba
uaria cum paucis comitibus, ut ibi militem colligat, profugisse.
Quod si uerum est, serpet malum latius & plures inuoluet eius
belli contagio: ita timendum, ne ex paruis initijs, ingens & luctuo-

sum

sum bellum cooriatur, & quod principio, sedari haud difficulter potuisset: id si duratur exitium finemq; nisi pernitie alterius partis non reperiat. Vale præstantissime D. Doctor. Vuitebergæ VII. Augusti. Anno. 1542.

E IIII. Tuscul. Quæst.

Ubi uerba Ciceronis hæc:

Sic beati illi, quos nulli metus terrent, nullæ ægritudines exedunt, nullæ libidines incitant: nullæ futiles lætitiæ exultantes languidis liquefaciunt uoluptatibus.

Felices animi beata corda,
Quæ non exagitant leues timores,
Et forti facere impetrant pudenda.
Quæ nullus dolor, ægritudo nulla
Depascit cruciatibus peræuum:
Nec uero extimulans adurit intus,
Vesaneq; furens amoris æstus.
Quæ non lætitiæ trahunt inertes,
Eneruansq; animum uiri uoluptas.
Sola hæc ante diem beata summum.

Hos uersiculos in honorem tuum ex illa Ciceronis sntia feci, in quam cum incidissem post has literas scriptas existimaui, id quod est, me tibi imaginem contemplari animi ingenijq; tui. Itaq; uolui adscribere, tametsi & subito sint & indiligenter facti.

Si natura negat, facit indignatio Versum
Qualemcunq; potest &c. sic
fortassis amor etiam multoq; magis

Tui obseruantissimus

Georg. Otomannus.

Epistola inuitans Musicos.

Cœnam in canicularibus domi meæ daturus sum hodie hora 23. Musicæ amatoribus ijs, qui præclaræ societati nræ sunt adscripti, tempestiuam & ut spero legibus nris sumptuarijs maxime consentaneam. Ad quam oes, quos cursor nr hoc noie

conue-

conuenerit, inuitatos esse & cupio & uehementer uolo: maiorem in modum petens, uelint præfinito tempore, mora omni & cunctatio ne præcisa frequentes aduolare atq́ adesse, & quamuis pro fru galitate u[est]ra cibos nobis necessarios non defuturos arbitror: con dimenta tamen ea secum afferat quisq́ uelim, quibus & ipse de lectetur, & alios delectare possit: iocos festiuos, facetè dicta, libe rales & sine dente sales. Hæc n. maximè sunt præter symphoni arum dulcedinem, stomachi nostri oblectamenta. Sed hæc hactenus. Data in canicularibus ad septem Tyrones, ipso festo Nidificationis. Anno Domini. M.D.LXV. Societatis nostræ communi sub sigillo.

Bonauentura Röslerus.

Ieremiæ Veneto.

Ornatiss. D[omi]ne Venete, amice obseruandiss. Nuper tetra illa Solis in Ariete Eclipsis, metuebam, ne o[mn]em boni arietis fruendi usuram atq́ spem ante autumnum nobis sustulisset, cum præter opinionem abs te non contemnendi, ut uidetur, uelleris, & satis cornutus κριὸς missus e[st], quo quia à ueteri amico uenit, ut uino ueteri ἐπισχετὼς utemur, ne ille forte, pro usitata metamorphosi, machina bellica factus quatiat cranium, quod est murus intelligentiæ humanæ, ut mihi ipsi accidere memini, cum aliquot ab hinc annis tecum essem. Sed extra iocum de nostrate Tragisco planè ita sentio, ut in antiquis uersibus mutata una uoce de uino dictum est: κρειὸς τοῖ πίνειν πουλύς. &

Petrus Vincentius.

D. Ioachimo Lochmano Gorlicij scholam gubernanti.

De erratiunculis & lapsibus, quæ in conuiuio hilariori per imprudentiam excidunt, humanissimè præcipit uetus dictum: μισῶ μνάμονα συμπόταν: odi memorem compotorem. Scribit Plutarchus, apud Lacedæmonios in publicis conuiuijs, quæ illi φιδίτια à parsimonia uocabant, ad fores fuisse ascriptam hanc sententiam: ταύτῃ λόγος οὐκ ἐξέρχεται: Hæc ia-

mua

nia) sermo non egrediatur: Ianitorem baculo monstrare solitum es-
se eam ἐπιγραφὴν singulis ingredientibus. Sed ad promissiones
monita honesta & utilia colloquia nequaquam illa dicta accomo-
dentur: imo in illis conuiuiam μνημονικὸν esse oportet. Me-
mini me nuper in conuiuio apud Lindenerum hospitem admo-
dum hospitalem promittere græcos quosdam uersiculos cum
latina uersione, in quibus repræsenditur morositas & inci-
uilitas (dicam potius Grobianitas) quorundam hominum de-
licatorum, qui cunctatione sua molesta faciunt conuiuia: E-
os Græci uocant Χωλοδείπνους & Σοφοδορπίδας. Id
promissum nunc exoluo.

Athenæus lib. I. δειπνοσοφιστῶν ex
Amphi poëta recitat.

ἀσυμβόλου δείπνου γὰρ ὅστις ὑστερεῖ,
τοῦτον λιποτάκτην νόμιζε καὶ τάξιν λιπεῖν.

Conuiuium quicunque accedit segnius,
Hunc pro merito desertorem uocaueris.

Aristophanes interpres græcos
senarios citat.

Ὅστις ἐπὶ δεῖπνον ὀψὲ κληθεὶς ἔρχεται
ἢ χωλός ἐστιν, ἢ οὐ δίδωσι συμβολάς.

Quisquis uocatus tardus ad cœnam uenit,
Aut claudus est, aut non dat ille symbolas.
D. Petrus Ritter addat germanicos rythmos, si placet: eumque salue-
re iubeto cum tuis collegis & amicis omnibus. III. die Nouemb.
1551. V. Trocendorff.

Dn. Georgio Otmano. M. scolam
Gorlicensium docenti.

Per mihi gratum abs te factum est, quod τὰ ἑλληνικὰ συγγραμ-
ματα misisti: libenter n. ea legi. Quod uero de Eparcho re-
ris, quid sentiam, non facile iudicium est ἐξ ὄνυχος τὸν λέοντα.
Phidiam aiunt conspecto leonis ungue, quantus esset totus Leo, co-
iecturam fecisse, atque leonis figuram perfectam effinxisse, quidam

& Pythagoras dr ex Pisano stadio, quod Hercules metatus erat, Herculani pedis mensuram ratiocinatus esse. Sed non est cuiusuis ea in iudicando uis, et dexteritas, ex paruo scripto, ut de ingenio & moribus hominis pronunciari posset. Tantum uerò dicam, quod res ipsa ostendit. Oratio est elegans, concinna & tincta lectione ueterũ scriptorum. Apparet hominem esse ingenio uenusto, & eruditione liberali perpolito. Iudicium uerò de dn̄a religionis indignum tanta eruditione. Iudicat n. controuersias de dn̄a abijciendas esse, propter eà quòd his certaminib. distrahuntur animi, & impeditur communis defensio politiarum aduersus Turcica latrocinia. Sentit aequum esse, ut tranquillitas ut concordia Principum & rerumpub. anteferatur mandato Dei, quod praecipit audire, docere, profiteri, & propagare ueram doctrinam, quam Filius Dei è sinu aeterni patris allatam Ecclae tradidit, & sanguine suò confirmauit, & iubet taxare, uitare, & execrari idolatriam, & impiam doctrinam. Non in loco recitatur cantilena de abijciendis controuersijs, ut communi periculo iunctis uiribus occurri posit. Valet hæc oratio in his, quae sine impietate tolerari & dissimulare possunt. Sed mandatum primum: Non habebis Deos alienos: longè anteferendum est uitae facultatibus, paci & tranquillitati rerum, & omnibus rebus humanis. Et uera dn̄a de Deo docenda, profitenda & oppugnanda, uel si fractus illabatur orbis. Optandum uerò, ut Philippus ipse aliquando respondeat huic πιθανολογίᾳ. Nam Ioachimus uir doctiss. nimis uerecundè causam attingit. Sed illi constat ratio suae uerecundiae. Philippo enim relinquit iustam responsionem. Vale, subitò Goltpergae XXI. Julij.

V. Trocendorff.

Dem Achtbarn Hochgelarten Herrn
Francisco Hertzenberg, der Artzney Doctor zum Sagan,
meinem günstigen Herrn, vndt gutten freundt.

G.V. friede in Christo. Achtbar Hochgelarter Lieber Herr Doctor, dz ich euch nicht allzeit antworte, bitte ich, wollet nicht vor vbell haben, noch auch verwundern, weill ihr weisset, wie kürtzweilig leben ich füren mus, vndt so kurtz, dz ich woll drey stunde (will nicht mehr sagen) bedürfft, wo ich eine habe. Vndt wehen wer

es weill, wen ich muß drey briffe schreiben, da ich zur einem igß-
lichen woll durfft eine stund, undt mussen doch alle drey in einer
stunde geschrieben sein, ob ich nicht muste kurtze stunde haben.
Da ein ander eine stunde hat oder zwo, da muß ich aus einer
stunde drey oder zwo machen. Ist dz nicht ein kurtzweilig leben?
Also thun mir viell andere gescheffte auch. Solchs schreibe ich mit euch,
weill ich itzt unter essens mussig bin. Ich befehll ~~mich~~ euch aber trau-
lich diesen Johann Halbbrott, von uns ordinirt, hoffe, er solle viell
frucht schaffen, als der unser weise gesehen, undt alles erfahren
hatt. Grusset mir euer liebe hausehre, auch den wirdigen
herrn Er Paulum &c. Hiemit Gott befohlen. Amen. Zu Witte-
berg, Montags nach S. Francisci. 1539.

Mart. Luther D.

Philippo Melanth.

S. Reverende & clariss. vir, praeceptor ac Mecaenas observande.
Non sine magnis sumptibus vel hic vel alibi vivere possum. Qua-
obrem malim redire Vitebergam, si absque periculo fieri possit. Tu-
am vero humanitatem reverenter etiam atque etiam peto, ut aucto-
ritate sua apud Doctorem Schneidwin efficere velit, ne quid gra-
vius contra me statuatur. Ipsum n. gratia valere apud Illu-
striss. Electorem Augustum, & multum obtinere posse, scio. Non
nisi magnopere lacessitus, cum eo, qui nunc vulneratus est, ma-
nus conserui. Nulla unquam mihi cum illo intercessit familia-
ritas, nulla in re unquam à me laesus est, nec cibum nobiscum
caeperat, vel in prandio vel in coena illius diei, sub cuius vespe-
ram contentiones movebat. Assidebat mensae nostrae post coe-
nam à nemine accersitus, interturbabat nra colloquia, Magi-
strum Cranichfeldt obiurgabat, & hoc discedente tam subito me
& importunè compellabat, ut illius procacitatem non parum admi-
raremur. Quaerebat primum, cur preciosa veste indutus es-
sem, q. verò is esset, cui me de meis rebus oporteret reddere ra-
tionem. Dicebat praeterea audivisse se, me Poëtam esse Laure-
atum, hoc enim nomine appellabat, contemptim & protervè,
hoc dnae testimonium exagitabat, & sibi quoque addebat esse co-

gnatum

gratum quendam Lorea insignitum. Ego licet hæc omnia satis mole-
ste ferrem, continebam me tamen, & respondebam, neminem præ-
ter ipsum de gradibus contentionem mouere, nec esse satis causæ,
cur de uestitu & gradu meo mecum rixetur, utrumque n. me hone-
ste consecutum esse, nec disputare nunc, an honos aliquis sit, or-
natum esse laurea uel lorea: hoc tamen me certò scire, in hone-
stum non esse. Ille contra satis sibi notum affirmabat qui & qua-
lis essem, & id alios quoque cognoscere potuisse, ex carminibus con-
tra me publicè affixis. Præterea non obscurum esse, quale genus
hominum sint ij, qui Poëtæ nominentur, & simpliciter addebat,
se (salua reuerentia) cacaturum in omnes poëtas, & in meum ipsius
nasum. Accidebat inde, ut furor arma subministraret, & can-
thari ac uitra utrimque proijcerentur, & res tandem ad pugiones
perueniret. Ille uerò cum uulneratus à quibusdam subtraheretur,
è uestigio aderant aliquot Saxones armati, qui clamitabant, suam
gentem à me ignauam esse nominatam: Eam iniuriam se grauiter
ulturos esse. Pariebat statim ea res mihi suspicionem, ab alijs sub-
ornatum fuisse Stolbergensem, ut exordium faceret certaminis. Ac
nisi præsto mihi fuissent Henricus Mollerus Hessus & Valentinus Seifridus,
omnes proculdubio in me impetum fecissent. Dicuntur præterea con-
tra me conspirare multi Saxones, sed primarium esse intelligo Henri-
cum de Obiss, hominem ad mouendos tumultus, & seducendam iuuen-
tutem natum. Quis uerò tandem status erit miserorum Poëtarum,
si tanto cum periculo poëmata scripturi sunt? Nihil unquam
scripsi contra Saxones, nisi hoc rapere uelint ad ignominiam
gentis, quod in Historia de Henrico IIII. Imp. & Rodolpho Sue-
uorum Duce, id quod ueritas historica requirit, retuli: Sueuos à-
misso Duce ad Marsburgum, & magna parte exercitus cæsa, tan-
dem fugisse, & Saxones, postquam uictoriam penes Henricum
IIII. esse uiderunt, metu trepidasse. Humanum est hoc, victo-
res esse cordatiores (ut Ennij uocabulo utar) & uictos timidio-
res. Sed quid contra Silesios à me scriptum est, nisi quod aliq
offenduntur Epigrammate, in quo poëtico more, quemadmodum

Epigram-

Epigrammatis decorum postulat, retuli fabulam de Baccho & Sileno. Si oīs scribendi libertas poëtis adempta est, satius erit, nihil unquam à nobis scribi. Neq; tamen editus est à me libellus ille Epigrammatum, quibus aliquos offendi Humanitas tua mihi significabat: sed omnino retinui exemplaria, præter pauca, quæ H. tuæ & alijs candidè iudicantibus communicaui. Hæc autem utcunq; se habeant, reuerenter oro, ut H. tua tranquillitatem, qua frui adhuc aliquando Vitebergæ possim, mihi impetret & compescat illos, ex quorum nocturnis grassationib. multis bonis periculum imminet. Peto etiam, ut H. Tua det operam, quò negocium inter me, & Stolbergensem uulneration compo-natur, utq; ad uos quamprimum reuerti possim. In his reb. omnibus quid fieri possit, erit humanitatis tuæ absq; mora facere certiorem. Interea tuam H. & meipsum Filio Dei commendo: datæ 17. Junij anno 1558.

T. H. reuerenter addictus

Schosserus.

Ad Lodouicum Senflium Dnm̄ Bauariæ

Musicum, epta D. Martini Lutheri.

Gratiam & pacem in Chr̄o. Quamuis adeò noen̄ meum sit inuisum, ut uereri cogar, ne satis tutò recipiantur & legantur à te, optime Ludouice, quas mitto literas. Vicit tamen hanc formidinem amor Musicæ, qua te uideo ornatum & donatum à Deo meo. Qui amor spem quoq; facit, fore ut nihil periculi sit tibi allaturæ meæ literæ. Quis n. uel in Turca uituperet, si amet artem & laudet artificem. Ego sanè ipsos tuos Duces Bauariæ, utcunq; mihi parum propitij sunt, uehementer tamen laudo & colo præ cæteris, quòd Musicam & fouent & colunt. Nec dubium est multa semina bonarum uirtutum in ijs animis esse, qui Musica afficiuntur. Qui uerò non afficiuntur, truncis & lapidibus arbitror esse similimos. Scimus etiam Musicen etiam Dæmonibus inuisam & intolerabi-

lem

lem esse, & plane iudico, nec pudet asserere, post Theologiam esse nullam artem, quae Musicae possit aequari, cum ipsa sola post theologiam id praestet, quod alioqui sola theologia praestat, scilicet quietem & laetum animum, manifesto argumento, quod Diabolus curarum tristium & turbarum ingestor & autor ad vocem Musicae pene similiter fugiat, sicut fugit ad verbum theologiae. Hinc factum est, quod Prophetae nulla arte perinde sint usi ut Musica, dum suam theologiam non in Geometriam, non in Arithmeticam, non in Astronomiam, sed in Musicam digesserunt, sed ut theologiam & Musicam haberent coniunctissimas inuicem artes, ueritatem psalmis & canticis dicentes. Sed quid ego Musicen nunc laudo, in tam angusta chartula tantam rem pingere uel potius ornare conatus. Sed abundat & ebullit sic affectus meus in illam, nempe quae me saepius refrigerauit, & magnis molestijs liberauit. Ad te redeo, & oro, optime Ludouice, si quod exemplar habes istius cantici: In pace in idipsum, mihi transcribi & mitti cures. Tenor enim iste à iuuentute me delectauit, & nunc multò magis & uerba intelligo. Non enim uidi eam Antiphonam pluribus uocibus compositam. Nolo autem te grauare componendi labore: sed praesumo te habere iam aliunde compositam. Spero sane uitae meae finem instare, & mundus me odit, nec ferre potest. Ergo rursus mundum fastidio & detestor. Tollet itaque animam meam pastor optimus & fidelissimus. Idcirco hanc Antiphonam iam coepi cantillare, & compositam cupio audire. Quod si non habes aut non nosti, mitto hic suis notis pictam, quam uel post mortem meam, si uoles, componere potes. Dominus Iesus sit tecum in aeternum, Amen. Parce temeritati. Saluta mihi totum chorum Musicae tuae reuerenter. Ex Coburgo 4. Octobris.

D. Martinus Lutherus.

Epistola D. Martini Lutheri, Ao. 1536. ad M. Anthonium Lauterbach in Leisnigk. c.

G. & P.

G & P. in Christo. Dess mein Anthoni habt verienlt, es würdt baldt besser worden. Primo de istis puerperis nihil est dubij, si in fide moriantur, quin saluæ sint, cum in officio sexus s. à DEO conditi, moriantur, & ita fides in opere s. efficax, immò in cruce perfecta inueniatur, quæ secura illum diem iudicij uel potius solatij expectat. Ideo hortandæ sunt mulieres, ut in ista necessitate summam operam ostendant, enitendi foetum, etiamsi sit eis moriendum ipso enixu. Nam quædam solent uitæ suæ potius consulere, quam foetui, dum metuunt mortem uel fugiunt dolorem. Secundò de foetibus uel in utero, uel inter nascendum morientibus sic sentio: Non esse contemnendum hoc signum iræ DEI, propter incredulos & malos homines, qui si scirent, hoc esse parui momenti, multa facerent, quæ sunt horribilia cogitatu. Ideo uelim apud duros & insensatos istud malum (sed priuatim) amplificari ad deterrendos eos de futuris præsumptionibus, quib. alioqui mundus satis abundat, propter quas et Deus permittit talia fieri, si fortè uelint terreri etc. Quia autem & pijs ista communiter accidunt (in seductionem & scandalum impiorum) est nobis ita cogitandum, quòd sit tentatio fidei nostræ. Ideo si piæ sunt mulieres, hoc modo solaberis eas: ut primum istam rem DEI bonitati commendent, qui multò est benignior, quàm homo possit cogitare. Deinde non alligauit se ita Sacramentis suis, ut aliquid non possit sine Sacramentis. Quoniam sub lege multos etiam Reges sine lege saluauit, scilicet Hiob, Naeman, regem Assur & Babylon & Ægypti: Tamen ideò publicè non uoluit contemni legem, imo seruari sub maledictionis poena. Ita spero istos paruulos, quando sine culpa priuantur baptismo, neque ullus ibi est contemptus publici mandati, Deum optim: & misericordissimum aliquid pro eis cogitare boni. Sed quod propter malitia mundi nolit atque noluerit uulgò dici aut credi, ne fieret contemptus omnium, quæ ipse ordinat atque præcipit. Videmus enim

multa

multa à DEO præcipi propter malitiam mundi, quæ tamen in pijs hominibus plane nihil curat. Summa, oīa bonis cooperatur Spiritus in bonum: cum peruerso peruertitur. Quare & tu caue, ne ista mea publice doceas, quæ ad priuatas piorum conscientias ꝑtinent. Nam uulgus hæc mox arripit pro lege certa, quam sequi tuto possint. Et ita fiet, ut et uolentes & libenter foetum uel extinguant uel negligant. Quare publice potius tacendum de hac re, & priuatim bonæ conscientiæ consolandæ. DEUS n. nihil nobis reuelauit, quid de paruulis agere uelit non baptizatis, sed suæ misericordiæ reseruauit. Publice autem iussit urgeri uerbum & Sacramenta, da sollen wirt bey lassen bleiben. Ipse non ē iniustus. Bene uale. Saluta tuam carnem Hisam.

Clariss. uiro Dn̄o Philippo Melanchthoni, socero ac præceptori suo colendo.

S. Non dubito te iampridem legisse maledicum istum libellum Osiandri, quo & fama tua crudelissime laceratur, & oēs qui prodierunt è schola Vuitebergensi, traducuntur hæretici & blasphemi. Ad hunc si nihil responderis, miror. Ego uero lacrymare soleo, te apud nos tam indigne tractari, de quib. tu optime meritus es, nec satis mirari possum, quid istum Thersiten impulerit, ut atrocius in te debacharetur, à quo tamen honorifice laudatus est, quam in illum acerrimum inimicum suum olim scripsit, à quo Norinbergæ fuit parricidij & multorum scelerum accusatus, nempe quod uxorem suam uenenato fumo sustulisset. At quoniam ignominia tua me quoq; attingit, ut qui arctissimo necessitudinis uinculo tibi deuinctus sim: hortor & oro te, ne silentio rem dissimules, sed ut famam tuam, cuius hæreditas ad liberos meos pertinet, uindices, à grauissimo crimine hæreseos obiecto tibi. Id n. ipse uel legitima accusatione ut publico scripto hic facerem, si mihi permitteretur. Ante duos menses misi dn̄o Friderico Liuoniensi literas, quibus donum

renoca

reuocatur à patre. Has si forte non arripit, tu admonebis eum, ut statim ingrediatur iter, ac properet: nam pater reditum eius anxie expectat. Vale X. Martij festinanter, Anno. M.D.LI. ex Regiomonte.

Per filium Camerarij scribam de cæteris rebus nostris.

Tuus Georgius Sabinus.

Literas disperse.

Eruditissimo atq; optimo uiro Philippo Melanchtoni amico suo. (apud Vitebergam)

Egnatius Philippo suo S. Mirere fortasse, Philippe mi, cur ego nunc primum hoc ad te argto scribam. non dicam ignotus ad ignotum, nisi si præclaras animi dotes tui intra Germaniæ fines florere tantum putes. Peruaserunt illæ iampridem ad nos, mihi crede, nec ullus est in tota Italia paulò humanior, cui Melanchthonis fama nomenq; perspectum & cognitum non sit, mihiq; inprimis, qui te uel de scriptis multis tuis, uel de fama rumoreq; hominum constantiss. uel de doctissimorum hominum sermone, atq; optimorum, qui tecum familiarius uixere, noui. Nam literas multorum, ad me cum tua summa laude scriptas, & præcipuè Erasmi nostri, huc addùcere, ueluti testes Atticas, non est huius uel temporis uel loci. Mirari credo desines, cum multiplices & eas honestissimas accipies causas. Sabinus Misnensis adolescens, egregiæ spectatæq; indolis, nobiscum fuit aliquot dies familiarius. Huius ingenio uersibusq;, quib. pangendis excellit, ut si quis alius ex uestris, adeò etiam ex nostris, etiam atq; etiam oblectatus, amare planè cœpi. Accessit candor animi egregius, & oratio cum modesta, tum sobria semper, ut nihil omnium negare illi possim. Cum igitur peteret accuratius ut se tibi commendarem, feci id perlibenter, cum sponte mea, qui semper candidis ingenijs faueo, tum et illius rogatu. Sed ne ego hoc ineptus, qui tantum laborem

in eo

ni eo tibi commendando, qui moribus egregijs, qui excellenti oratio-
ne præstet, qui te in ore, qui te in oculis semper ferat, de quo tibi pol-
liceri oïa ut gratissimo iuuene possis. More igr nrõ uno uersi-
culo tibi illum commendo atq; trado. Dignus est Sabinus, quem
in fidem clientelamq; tuam recipias. De me uerò sic tibi per-
suadeas, neminem esse ferè hodiè, qui bonas profiteatur lite-
ras; te uno mihi chariorem. Benè ac feliciter uale. M. D. XXX
III. Die XXX Augusti.

ex autographo. Ex Zelandiaco.

Doctissimo uiro amicoq; charissimo

Dno Philippo Melanthoni.

S. Redit ad te, mi Philippe, Hispanus tuus, quem tua commen-
datione gratissimum habui. Hoc duntaxat molestum fuit, quòd
priusquam locus concaluit, ut ait ille, hinc abijt. Per eum superua-
caneum arbitror aliqd aliud scribere, cùm ipse omnia latius tibi
referre poterit: Sed & id metui, ne si illi longum Vale, longasq;
literas dare noluissem, se inter nos longam literam futurum
putaret, proin retinere illum inuitum nolui. Bene uale, mi
Philippe, & quod facis, me ama. Ex arce mea Poltouien.
9. Aprilis. 1535.

ex autographo. Tuus ex aio Cricius Eps.

Egregia eruditione Georgio Cracouio Pome-
rano, amico suo carissimo Vitenbergæ

S. P. D. Quo tempore nos decretum Augustanorum comitiorum
maximè sollicitos teneret, & quæ ratio ineunda foret Concili-
um Tridentinum nuper à Pontifice Romano conuocatum uisen-
di: Commodum tunc mihi obtulit se Ioachimus Neocesius,
qui cum hac de re quædam tibi scribere possem. Etsi autem nu-
per adeò non obscura Epla mihi significaueris, quid Dresdæ
consultum uisum fuisset Principi, cæterisq;. Tamen haud

scio

scio an ea sententia eo usq; ualitura sit, ut nulla ratione in poste-
rorum accessione aliqua melioris iudicij, siue δευτέρων φροντί-
δων limam sit admissura. Utinam mihi fraudi non sit, hoc etiã
affirmare, aut saltem uereri, ne non serio hanc causam amplec-
tantur nonnulli Principes Germani. Nobis qui ad littus maris
Baltici consedimus, uidetur causa Religionis non felici sydere Triden-
tum uocari: frustra etiam inde sana sententia concilij expectari. Atta-
men placet, nostros dnam suam: quum & doctores & auditores in hac
recte sint sibi conscij, isthic quoq; profiteri. Siquidem & posteritatis
accusationem uix effugiemus, si in causa iusta, quum & tutum ac-
cessum αὐτοκράτωρ nostris polliceatur, & plane παῤῥησίαν illis
quiduis proferendi permittat, non audere sententiam suam palam
dicere. Erat mens quorundam nostratium, ut si principes aliqui Ger-
mani sanioris doctrinæ suos Tridentum mitterent: aut nonnul-
læ Ecclæ suam dnam de religione istic profiterentur: nos quoq;
data symbola illorum sntiæ subscriberemus. Verum hactenus nul-
la ratione exploratum nobis fieri potuit: qui articuli concilio à no-
stris essent proponendi: Qui & quibus conditionibus legati essent
mittendi: dedit ea dubitatio mihi ansam, ut hac de re pauca hæc
ad te scriberem. Cumq; eo in loco sis constitutus, ubi & præcipuo-
rum uirorum hac de re sntias audire potes: & principi Theolo-
gorum Doctori Bugenhagio arcta quadam necessitudine ac quoti-
dianis congressu iunctus sis, ualde te rogo, ut re omni undequaq;
explorata, diligenter ac primo quoq; tempore ad me perscri-
bas, quid uestris alijsue hac in re constitutum sit facere. Nollẽ
enim cæteris occasionem hinc locorum præberi, ut negligentiæ
aut inscitiæ potius in re tanta nos coarguant. Quare aduigi-
la, ut certum aliqd cognoscam: facturus hac in re Ecclijs nris,
Principi quoq; meo rem gratam. Vale. Salutabis noie meo re-
uerenter & officiose Dnum D. Bugenhagium, qui & ipse mihi
nuper manu sua salutem sub finem eptæ tuæ scripsit: itemq;
Dn. Philippum, & Traute Ἕκτορ. Ex Stettino pridie Idus Apri-
lis . 1551.

T. Io: Falco d.

Clarissimo atque doctissimo Viro D. Caspparo Peucero
Medico, atque Philosopho eximio, amico & fri s. cariss.

S. Legens ἀντιβλαπτικὸν suauissimam recordationem de sermonib.
nostris in horto tuo habitis atque hoc cogitaui, ἀμφότερον ῥήτωρ ἐσ ἄρι-
στος κρατερός τ' ἀπόδεκτος. Talem n. pugnatorem ἐπίλεκτον uix
appellare ausim. De Flacianis autem illud Galeni mihi in animo est
cum istos qui uinci atque cedere nesciunt, similes esse ait τοῖς ἰδι-
ώταις τῶν παλαιστῶν, οἳ καταβληθέντες ὑπὸ τῶν παλαιστ-
τῶν, καὶ κατὰ τῆς γῆς ὕπτιοι κείμενοι, τοσοῦτον δέουσι τὸ
πτῶμα γνωρίζειν, ὥστε καὶ κρατοῦσι τῶν αὐχένων αὐτοῦ τοῦ
καταβαλόντος, οὐκ ἐῶντες ἀπαλλάττεσθαι, κἂν τούτῳ νι-
κᾶν ὑπολαμβάνουσι. Excita igitur prudentiam tuam, & uide
cum quo hoste tibi res sit, Ego quod possum euentum pugnae uobis
felicem opto, atque istis hominibus meliorem mentem. Ad D. Phi-
lippum occupationes eius cogitans nihil literarum mitto, à te peto,
ut reuerenter atque officiose eum à me salutes, & si quid uobis gra-
tum facere possum, uerbulo moneas. De studijs nris arbitror te
omnia ex Ioachimo cognouisse. Is me fortasse doctum hominem iudi-
cauit, hunc errorem ei eripui, cum me patefeci. Tu nram amiciti-
am ualdè duris legibus Pythagoricis astringis, eas ut relaxes, & ad
me scribas peto. Godefridum meum uobis commendo, & satis ne re-
ctè discat, scire desidero. Bene uale & à me D. Paulum Eberum:
M. Petrum: M. Esromum, Casparum Pharmacopolam, & reliquos a-
manter saluta. M. Bartholomaeus post peractam Anatomen, quam
Falopius cum insigni apparatu exhibet Patauij, ad nos redibit. Nō
nihil n. detrimenti passus est in itinere, & aduersationis experitus.
Haec aetas nunc plurimos fert medicos, atque id, ut Ioachimus no-
ster scripsit, rerum humanarum grauiter laborantium, & q. ad ex-
trema uenientium inditio est. Nuper huc se contulit Mat. Clau-
dius mihi nondum notus. In Italia quieta sunt oīa. Ferdinan-
dus Gonzaga à Rege Philippo euocatus Patauio in nostra mor-
tuus est. Huius filius Episcopus Regiensis Patauij discit. Dux

Albanus

Albanus in Belgium abijt, & Nonis Ian. Augustam transijt. Regina Bona è uita excessit relicto ducatu Regi Philippo, & 300. mill. Ducatorum, quos debet Carolus. Legatus Regis Galliæ Venetijs soluit de Mense IXbri profectus ad Turcicum Tyrannum Philippum Regem Card. Caraffæ, pro labore itineris 10000 duc. honorasse scribunt, cum multa testificatione obseruantiæ erga Rom. sedem & subiectionis. Pro Ferrariensi res nondum confecta est. Sed fortasse de istis habetis certiora, nec ego libenter hæc scribo, neq́ propositi fuerat cum calamum sumerem. Ignosce festinationi. Vratislauiæ XXI. Ianuarij. 1558.

Iohan. Crato. D.

Clarissimo uiro Dn. Philippo Melanchthoni.

S. D. Valdè iucundæ fuerunt mihi proximæ tuæ literæ, quas uel hoc nomine omni officio ac humanitate plenas esse sensi, quod amorem studiumq́ erga te meum gratum tibi esse prædicabant. Nã abundantia id quadam tuæ erga me beneuolentiæ ac amoris fieri quis non uidet? Cum n. oĩa tibi summa ac singularia officia quodam q. iure debeam, gratum tu meum tibi officium in ijs esse rebus dicis, quæ prætermitti à me, nisi summa cum turpitudine, non possunt. Ad te autem serius nunc quidem, quàm uolebam, scribo. Nam pp aulicarum rerum ac negotiorum uarietatem per totum hoc hybernum tempus, nulla mihi neq́ ocij neq́ negocij ratio consistit, multisq́ paruis peregrinationibus sursum ac deorsum iactatus unicas tantum literas ad te per quendam ex aulicis nostris misi: easdem post sesquimestre sane tempus ad me reportatas reperi, eo q domi non esse dicebaris. In ijs tibi gratias agebam, quod apud illustrem Principem testimonium mihi impertijsses tuum, quod tamen facere nequaquam stitulissem, nisi ex tuis id primum literis cognouissem. Tam n. ab ingratitudinis uicio alienus esse cupio, quàm Homericus ille Achilles à mendacio. Iam autem humaniss. Principis amicitia, maxima cum uoluptate, ob eius eximias dotes summasq́ Virtutes fruor, quam non parum nunc adauctam exi

stimo

stimo, cum tuo beneficio ac commendatione eam mihi obtigisse perci-
pio. Et quidem siqua sunt, uel nominanda, uel fortunae tribuenda
bona, nullum habeo neque maius neque praestantius, quod huic acce-
ptum referre debeam, quam quod suam erga me bonitatem exercendo
aliqua me apud Principem hunc gratia pollere uoluit, non quod gaude-
am uulgarium aulicorum more ad luxum ac ambitionem aut sple-
dorem mihi uiam patefactam. Nam ab harum rerum studio, adeo
natura semper abhorrui, ut hoc nomine μισαυλος dici queam: sed quod
clariss. principis multis egregijs dotib. pulcherrimisque uirtutibus
praediti amor, nescio qua ui sic animum afficit ac oblectat meum, ut
nullum balsamum, nullum foliatum unguentum nidoris suauitate
ac gratia languidas corporis uires perinde recreet ac reficiat.
Nec mirum, siquidem talem in hominum animis habere uim τοῦ τὸ
ἐραστοῦ ab amabili illa Platonis progressum sapientia existimo,
ut multo flagrantiores amores in nobis excitet, quam illae, quan-
tumlibet admirabiles corporum formae. Cum autem in hoc Princi-
pe multae praeclarae Virtutes emineant, ac ueluti in conspicuo lo-
co positae sese intuendas exhibeant: tamen existimo uix aliam ma-
iore praeconio dignam hoc praesertim seculo, quo nullum puto fuis-
se χαλεπώτερον, quam quod literarum studia, quae non modo a-
pud imperium, ad prauitatemque tantum consentientem multi-
tudinem, sed etiam apud purpuratos, ac torquatos illos Midas,
in incredibilem contemptum ac odium peruenere, singulari stu-
dio ac amore complectitur, deque ijs honorifice sentit, ac pruden-
tiss. iudicat. Ac si quid iudicare possum, nisi illum Reique
grauiss. negocia alio pertraherent inuitum, nulla re magis
se oblectaturus erat, quam uel studijs ipsis, aut literatis confa-
bulationibus, adeo sibi omnium earum rerum respectum, in qui-
bus maxima procerum pars suae dignitatis ac splendoris
proram ac puppim ponit, abscidisse uidetur. Itaque tibi hor-
tanti, ut omni artificio ac Virtute Herois huius uolunta-
tem retinere uelim, καὶ τὰ πάρεργα εὐθέσθαι facile parebo. Valde
placet quod Physicarum rerum studia exornare instituisti. Nam

secun-

secundum diuinarum rerum cognitionem, nulla ars hoc magis di-
gna existit, atq́ue haec cognitio: adeò n. uidetur non prodesse solum
sed planè rebus humanis esse necessaria, ut sine ea μηδὲν οὔτε
χρηστὸν, οὔτε καλὸν, οὔτε εὐσχήμονον esse possit. Nam ut de
physiologia, quae latiss. patet ea cognitio, nihil dicam aliud, quàm
quod ad corporis nostri uitam cognoscendam ac gubernandam ua
rias adferat utilitates, reliquae adeò partes humanis rebus ne
cessariae sunt, ut sine harum usu ne societas quidem hominum
inter se consistere possit. Quis n. ordo, quae rerum tempestiuè
gerendarum ratio fuerit, nullo obseruato certo temporum discri
mine? Non possunt autem retineri temporum uices, certaq́ue
discrimina, nisi coelestium orbium motus ac insignium syderum
ortus ac occasus cognoscamus. Atq́ue in hunc usum Deum ius-
sisse nos castra obseruare adparet, cum ipsa ad annorum ac
temporum uices discriminandas coelo impositas esse dicit.
Ac ita quidem harum cognitionum utilitates sanis omnibus in
oculos incurrunt, ut qui nullo ipsarum desiderio tanguntur, in
iis non dubitarim dicere cum Platone, οὐκ ἀνθρώπινα πά-
θη ἀλλὰ ὑϊνῶν ζώων εἶναι. Et testantur multorum feri
mores, qui ab huiusmodi artibus abhorrent, eos à bestiis ipsis
parum distare. Proinde in nullo studiorum genere illustrando
rectius mea sententia laborem insumseris, non solum quia id
artis meretur praestantia ac dignitas, sed quia ipsa hoc requi-
rit necessitas, ut in tanto bonarum artium odio ac contemptu
pulcherr. ars, ac diuinitus ostensa cognitio ab interitu con-
seruetur. Atq́ue utinam exiguus saltem gustus delitiarum
tuarum mihi contingat, donec ipsis affatim epulis expleri li-
ceat. Ego uerò libenter selectas, adq́ue hoc institutum idone-
as sententias Hip. ac Galeni, ut petis, hoc est, γλαῦκας
εἰς Ἀθήνας tibi mittam. Ac ne quam mihi postea litem
intendas, praemoneo, ne magnifica aliqua spe teipsum de-
ludens κατὰ τὴν παροιμίαν ὡς λύκος χανὼν διὰ

κινῆς

xirũs prædam expectans discedere cogaris: tametsi iacturam, quam in me feceris, facilè sarcire queat, uarie & ad unguem doctus uir μειλίχιος. Nescio autem temporum hic, an hominum accusem iniquitatem erga hæc studia: tantis n. odijs in has disciplinas q̄dam ἐκ τῶν μέγιστα πνεόντων θεολόγων conspirasse uidentur, ut parum pij sibi uideantur, nisi nominatim apud summos homines in conuiuijs, & pro concione in Philosophiam, præcipuè autem in astrologiam conuicijs detonent. Vtinam autem religiosi homines uiuendo, quàm horum studiorum dignitatem prodendo, mallent θεολογεῖν: id fieret si pari acerbitate ambitionem, auaritiam, ac reliqua uicia odissent, quorum qui studiosus erat quondam, eum ne Ethnici quidem sapientis nomine dignabatur. At mihi sæpè cogitanti non uidentur, tam religionis, quàm dignitatis ac ignorantiæ suæ patrocinium in eo suscepisse. Nam cùm de naturalium rerum cognitione ea p̄sertim parte, quà cælum subit non modo imperiti, sed ij etiam, qui literis leuiter tincti sunt, iudicare nequeant, magnæ eruditionis opinionem facilè sibi comparant, cum eas artes, quæ extra uulgi captum sunt, fortiter contemnūt, & tanquam putati perniciosas è Christianorum scholis explodunt. Quo autem fidem astruant opinioni suæ maiorem, sententias et è scriptura sacra proferunt, quib. clarè doceri aiunt, quod astronomiæ usus lædat religionem. Et comperi nuper præter opinionem, quendam magnæ apud nostros autoritatis eiusdem esse sntiæ, apud quem cum de communibus studijs mihi sermo, sicut sæpè alias, esset, casu incidimus et in Astronomiæ mentionem, quam ut omnino ordine non mouebat, atq; inter liberales artes motuum cognitionem reponi permitteret, tamen dici uix potest, quanto cum supercilio alteram partem, quam Astrologiam proprio uocant noīe,

super.

superstitiosam, delirum, uanam, planeq́ impiam artem esse di-
ceret. Verum ego cum omnium humanarum artium, præcipuè
uerò Astronomiæ autorem DEUM ipsum crediderim: neq́ n.
ulla est ars, in qua humana industria minus sibi uendicare
queat, quàm ea cognitio, quâ admirabilis istius harmoniæ
cœlestium orbium motuumq́ ratio deprahensa est. Et res
docet ipsa, eos qui hanc artem eruerunt, diuinitus excita-
tos esse. Et testantur ueteres, quos adparet sensisse aliquã
diuinitatis particulam huic notitiæ inesse. Nam Ouidius fe-
lices uocat animas, quæ huius artis cognitione cōia sibi cum
Dijs domicilia in cœlis constituêre: Et præclarè de arte har
Manilius dixit: Quis foret humano conatus pectore tantũ,
Inuitis ut Dijs cuperet Deus ipse uideri?
Cum autem motuum cognitionem per firmissimas demon-
strationes, ac certas rationes quas habet, probari necesse sit,
non uideo cur astrologia iudiciaria planè ἀναπολόγητος
& à physica ratione aliena censeri debeat, cuius duæ par-
tes à Ptolemæo traditæ (de his n. quæ præter has ab Ara-
bibus superstitiosius excogitatæ sunt, nihil dico) ex astronomi-
cis principijs deductæ sunt. Ac temporum & qualitatum in
aëre diuersitates ipsa efficere sydera, pro motuum uarieta-
te, tum aspectuum, deliquiorum, in aëre impressionum, adeò
clarum est, ut probatione non indigeat. Et quidem unicum
Lunæ sydus singulis adeò mensib. uerum id esse probat:
huius n. qualitatem ac temperationem aëris ipsius commo-
tiones sequi uidemus. Quid autem mirum est pro modo
ac ratione adfecti aëris, qualitatumq́ commutatarum
inferiora hæc corpora quoq́ uariè affici, quæ in illo ipso
aëre uiuunt, eumq́ spirant. Iam uerò si astrologus præ-
sentis temporis qualitate perpensa Lunarem cum Sole cō-
iunctionem unà cum cœli constitutione solerter inspexe-

rit

rit, nonne futuri Mensis qualitatem ac statum prædicere potest,
cum uulgus etiam ex diutinis Solis Lunæq; obseruatis signis
crastinas sæpè pluuias uentosq; futuros prædicat. Sic quoq; in-
dito motuum obseruatione, ac insignium coniunctione syderum
annorum tempestates, fertilitatem ac sterilitatem præuide-
ri posse. Nam ut alias maior ariditas, alias humidius coe-
lum sit, omnino ipsa efficiunt sydera: & testatur experien-
tia, ac communis adprobat sensus, humentium syderum
coitionem, anni constitutionem humidiorem sequi. Coeli ita-
q; constitutionem rerum naturæ peritus, ac solers Mathemati-
cus obseruans, omnino aliquo modo segetum prouentum aut
corruptionem: deniq; quæ morborum genera magis expectan-
da sint, præuidere potest. Ad eundem modum cum corporis
humores, quos certum est, elementorum, è quibus constant,
naturam sequi, à corporibus, quæ coelo feruntur, afficiantur,
fit ut tales cuiusq; commotiones animiq; actiones sint, qua-
les ab humoribus, è quibus constitutus est, excitantur. Sic
fit, ut fere calidioris temperamenti homines ὀξύχολοι sint,
frigidioris autem timidi ac segnes. Iam uero astra, ipsa
temperamenta adiuuantia significationem aliquam stu-
diorum ac actionum in nobis habent, nulla quidem euentus
necessitate, quos in omni uita gubernat DEUS, sed quia ut
Ptol. ait ipse, rerum coniectura utens Astrologus signa diu-
turno studio obseruata, sequendo ea prædicit, quæ coelo sic con-
stituto, plerumq; euenire sic obseruatum est. Neq; oportet
necessario sequi, quod coeli constitutio futurum significat:
neq; ipsa statim ars uanitatis insimulanda est, si diuersum
eueniat, quàm quod sydera significabant, aut Astrologus præ-
dixit. Nam ut Medicina non semper depellit morbos, &
ut signa quæ medicus in curando tanquam caussarum indicia

sequitur

sequitur, interdum abludunt, ita stellæ non semper assequuntur
suos effectus, etiamsi plærumque id facere soleant. Nam ut ei
cuius in themate Mercurius à Sole remotior, in geminis ter=
tia in domo positus, à nulloque alio signo impeditus reperitur,
mira ingenij felicitas ac singularis impetus ad artes quas=
uis discendas tribuitur: tamen non oportet necessario eundē
natum clariss. in literis fieri. Nam accidere potest, ut uel lite=
ras attingat nunquam, quamuis per singularem cœli fauo=
rem in disciplinis admirabiliter excellere potuisset, si eas
tractare uel uoluisset, uel contigisset. Ita in quorum nata=
litio schemate Mars potens ac uitæ Dominus reperitur, nec
alterius stellæ temperatur potentia, feruentiss. bilem in
uita excitabit, atque iurgia cædesque pronum efficiet, neque ta=
men ueluti prætorio coactum edicto natum, uel cædem
cædere, uel seditionem aut tumultum excitare necesse e=
rit. Nam & appetitiones, quibus Astrorum ui incitatur,
iudicio coherceri ac prudentia gubernari possunt, quemadmodum
& Ptol. ait: potest qui prudens est, multos stellarum effectus
auertere: tametsi fortasse mensuram æquitatis difficulter
retinebit, ac bilis feruore ac excessu ad uim rapietur sæ=
pè. Iam uerò Ecclipses, Cometas, traiectiones, stellarumque
discursus nunquam temerè fieri, quotidiana testatur ex=
perientia, & gentium adprobat consensus, ut rectè Poeta di=
xerit: Nunquam coelo spectatum impunè Cometam.
Ac quidem plura harum rerum exempla in historijs extant,
quam ut probatione indigeant. Nam & Virg. Iulij mortem
bellumque illud ciuile, cometam ac fulgura antecessisse o=
stendit: inquit enim: Non alias cœlo ceciderunt plura sereno
Fulgura, nec diri toties arsere Cometæ.
Quid quod ipsa medicinæ tractatio planè manca est, si quas

tam astrologiæ regulas obseruationesque ipsi detrahas, ac sæpe non minus temporum discrimina, stellarumque configurationes æque consideres, ac lotium, uenarumque pulsationem. Quæ omnia cum certas in natura habeant causas, nulla est superstitio, ea in medendo obseruare: tametsi non ignorem abapullosis hæc etiam Medicis irrideri: sed illis qui, ut Galenus inquit: τὰ χρήματα καὶ δυνάμεις πολιτικὰς καὶ ἀπολαύσεις ἡδονῶν ἐζηλωκότες οὐκ ἔχουσι σχολὴν τὴν ἀλήθειαν ζητεῖν. Verum hos una hæc ueteris Magistri sententia, cuius autoritatem infringere nequeunt, redarguit ὑπὸ κοινὰ καὶ πρὸ κοινὸς ἐγνώσεες αἱ φαρμακεῖαι. Lunæ etiam motum Medico obseruandum esse quotidiana docet experientia, qua comperimus, quantas hoc sydus uarietates, non modo in animantium corporibus, sed in ipsis etiam plantis efficiat, quod rustici etiam in materia norunt cædenda. Itaque & in uulnerib. capitis ac febrientibus pro Lunæ constitutione alias maiores, alias minores commotiones cernimus. Habet & criticorum dierum obseruatio in morbis causas euidentes, & certa experientia confirmatas, quos frustra quidam hoc nomine irrident, quod in horum supputatione Galenus lapsus sit. Nam ut exactam rationem horum dierum non sit assequutus Gal. tamen qualicunque obseruatione aliquam his inesse certitudinem, manifestamque in medendo habere utilitatem, deprehendit. Ac res indicat ipsa ueros Planetarum motus circa hæc primum tempora, per Ptolom. initos ad Galeni cognitionem non peruenisse. Quin illa etiam in genere tradita præcepta à Ptol: magno consensu in medicorum scholis recipiuntur eo quod causas habent firmas ac certas. Quale est,

quod

potiones ægrotis misceri uetant, cum Luna Soli cohæret. Item uis Medicamenti hebetatur, cum Luna Ioui fuerit coniuncta: Item, membrum ferro ne attingito, cum Luna signum occupat, quod illi membro præest, atq; horum posteriorum præceptorum alterum medicinæ, quæ manu: alterū ei quæ pharmacis medetur, subseruit, ac utrumq; caas habet euidentes. Nam cum uita in calido consistat & humido, eiq; qualitati Iouis stella præsit, quæ quoties Lunæ cohæret, magno adeo incremento corpora auget, ac implet, ut potionum inde uis obruatur ac hebetetur. Ita etiam cum totum quidem corpus Luna humectet, tamen consentaneum est copiosiori humore id membrum impleri, cuius in orbe signifero signum Luna permeat, cuius certè ratio aliqua in uenis, tuberculisq; ac suppuracionib. cædendis ac aperiendis habenda est. Et tamen his præceptis citra superstitionem medicum debere esse addictum iudicio. Nam cum morbus inducias non dat, satius est anceps auxilium experiri, quam ægrum periculo committere, iuxta illud Hippoc. Medicari in ualdè acutis si materia turget eodem die: tardare n. in talibus malum est. Ac hisce ferè q. cancellis ni fallor Ptolem. primam astrologiæ partem inclusit, quam partim in toto quadripartiti, partim in libello centum continente sententias tractat. Nam eam disciplinæ partem, q circa prædictiones rerum magis particulares uersatur, quaq; ex stellarum configurationibus natiuitatis tempore hominum instinctus, naturasq; ac studia & effectus et inde euenturos colligit, ac pdicit, tertio quarto q; Quadripartiti libro tradit. Quæ uerò de sortib. de interrogationibus, imaginibus ac sigillis superstitiosius ab Arabum gente excogitata sunt, quia certas in nta caas hnt nullas, irrisioni ac dicacitati patent. Itaq; non uideo quo iure uanitati planè Astrologiam subijciant, cum sic accepta ut est à Ptol. tradita, physices quædam pars existat. Sed obijciunt Picum

Mirand.

Mirand. comitem eoq; teste sane grauiss. doctoq; nos premunt.
Ego uero ut non dicam quam multa infirma argta coaceruet
Picus, hoc ipso caam quam tuetur, suspectam faciens. Est enim ue-
rum, quod ille dixit; ὁ γὰρ ἄδικος λόγος νοσῶν ἐν αὑτῷ
φαρμάκων δεῖται σοφῶν: pleraq; etiam adeo acerbe inter-
pretatur, ut prudens lector suspicari possit, eum in toto eo scri-
pto ἀκριβοδίκαιον tantum secutum esse; ut cum comparatio-
nem motus Saturni ad circuitum, accessionemq; atrae bilis ca-
uillatur, quod nulla insit huic humori ad Saturni motum pro-
portio. Nam dum Saturnus, inqt, repedat, atra bilis non re-
pedat, dum ille properat, haec non properat, dum ille statarius
est, haec non stat. Item sanguis uno eodemq; modo affligit per-
petuo. Ad haec humorum motus sunt irregulares ac diffor-
mes, Planetarum autem motus regulares sunt ac certi. Haec
atq; alia multa his similia, nemo non uidet calumnijs, quam
solidis rationib. esse similiora; neq; dubito si diuturnior iuue-
ni uita contigisset, quin reuocato sub limam libro magna ex
parte attriuisset. Quanquam si pergant μισαστρόλογοι auto-
ritate nos Pici fatigare, unum Pontanum multorum auto-
ritati opposuerim, Virum sine controuersia non in phia solu
omniumq; rerum cognitione: sed admirabili etiam eloquenti-
a summum. Iam sntias ex sacris literis quasdam sic accipi-
unt, ut Christianae religioni perniciosam disciplinam esse a-
strologiam ostendant. At Hieremiae sententiam ualde urget:
Nolite timere a signis coeli, quae timent gentes. Vbi cum Pro-
pheta dicat, gentes timere signa, interpretantur Prophetam
in eo gentes reprehendere in eo errore haerentes, quod signa
coeli mala minari credant, ideoq; diserte adiectum aiunt:
Quia leges gentium uanae sunt, quod ad artis uanitatem de-
torquent isti, hancq; opinionem calculo confirmant Hierony-
mi, qui Prophetam de his loq; dicat, qui a coelestib. humanum
regi genus, & terrena moderari existimant. Haud dissimili

levitate

leuitate sntiam, quæ in Genesi est, eludunt: Erunt in signa, tem-
pora & annos: & eam q̃ est in Esaia: Ego sum Dns faciens signa
diuinantium &c. Atq; cum signa uocat Scriptura, necesse est per
ea aliqd significari, nihilominus Deo signorum euentus guber-
nante, cui oĩa cedunt ac obtemperant. Quasdam etiam senten-
tias sic proferunt, ut ostendant non modo se Scripturæ sntiam
sed nec Mathematicorum decreta intelligere. Nam cum dicit:
Ipse dabit uobis pluuiam de cœlo, uociferantur non astrorum, sed
Dei uoluntate imbres demitti, cum Mathematicorum decreta tantum do-
ceant aëris qualitates ab astris affici, nihilominus DEO gubernante
ut uel eueniant, uel non eueniant. Eadem prudentia Salomonis sen-
tentia abutuntur, quæ à Dno hominum gressus, non stellarum poten-
tia dirigi testetur. Deniq; Augustini authoritate hanc artem im-
pugnant, ac in eo sanctitatis nõie nos prægrauant, quod is uanita
tem potius, quam artem astrolo: esse dixerit, legiq; diuinæ contra-
riam. Hæc n. eius uerba sunt lib. 3. de q. no. & V. test. cap. 18. Nihil
tam contra Christianos est, quam si arti Mathuseos curam adhibeat.
Hæc n. inimica legi Dei cognoscitur &c. Hanc astutia inuenit Diaboli.
Item alio loco sacrilegam uocat stultitiam ac indoctam doctrinam. Hæc
autem cum dicat tantum Augustinus, nec caũs cur dicat, afferat ullas
parum arbitror ponderis habere. Verum de his coram aliquando pro
lixè ut spero, disseremus. Audio te Tubingam profecturum, Deus
fortunet. Cymbricum bellum quotidiè magis ac magis increbescit.
Magnis animis maioriq; pertinacia res utrinq; geruntur. Holsati-
æ Rex Luciam, uulgo uocant Lutlandt, est ea maxima Daniæ pars
in potestatem redegit. Nunc exercitum in prouincia st transma-
ritima. Funen uocant, in cuius statim ingressu Christophorus co-
mes ab Aldenberg contra Holsatium exercitum, ciuium ac rusti-
corum armauit quindecim millia, peditumq; qui stipendia meret
millia duo. Hi ab Holsatico equitatu fusi ac fugati, cæsiq; mille
quingenti, pedites qui fuga elapsi sunt, in oppidum Asrense rece-
perunt, id nunc obsidione premitur. Bellum graue, cruentum,
miserumq; plebi calamitosissimum est, ac plane πολυδακρύ.

Marcus

Marcus Mayer homo nouus, insolens faber quondam ferrarius, nunc militaribus superbus insignibus quodam in conflictu captus, ac in ar=
ce Wardenberg ad oram sita maritimam in custodia detentus, per proditionem occisis custodibus, arcem cepit, eamq́ nunc extra pericu=
lum positus obtinet. Lubecensium ciuitas foedus cum Anglorum Rege iniit, eius foederis exemplum tibi mitto, ac quidem soli. Nam ob caũas certas nondum in manus multorum peruenire uelim. Christus te tuosq́ seruet. Vale mihi dilectiss. Philippe. Cellae Saxonũ die Georgij nondinarum Brettanarum.

ex autographo. Martinus Bolerus.

Doctissimo Viro Philippo Melanchthoni,
amico charissimo.

S. P. D. Adolescens qui tibi hasce literas reddidit, est, ut mihi quidẽ uidetur, bona indole & loco satis honesto natus. fuit n. pater eius de=
curio huius oppidi. Cum eo mihi intercessit amicitia dum uiueret: quae non intermortua est unà cum eo, sed potius in hunc ipsius filiũ translata. Qui cum istuc se conferre uellet ipsum tibi commendan=
dum putaui. Sic igitur habeto te per mihi gratum facturum, si decla=
raris te ingenio eius mea et caũa fauere. Quod tu quidem conse=
quere, si effeceris, ut idoneum habeat magistrum, cui se tradat. Quod beneficium si adolescens hic abs te acceperit, mihi datum ẽe arbitrabor. Quod superest, legisti procul dubio librum de concordia Erasmi Roterodami, in eandem rationem te quoq́ uellem incumbe=
re, & eo quidem magis, quod mihi minime placent ista furiosa nostrorum scripta, quae cum charitatem ipsam conuellunt, tum ad bel=
lum ciuile classicum quodammodo canunt. Vale, & me, ut soles, a=
ma. Citiae 5. Cal. Nouemb. Anno. M. D. XXXIII.

Julius Pflug.

Nicolaus Olescnicski Clariss. uiro Dn.
Ph. Melan. Dno & fratri in Christo colendiss.

S. Pergratum mihi fuit, ornatiss. Vir, quod me hominem tibi ignotum, & nunquam de te benemeritum, literis suauiss. & non uulgari mu=
nere dignatus es. In quo sane tuam demum singularem humani=

tatem

tatem reipsa sum expertus, quam à multis grauissimis testibus commendari audio. Vtinam aliquam grati animi mei significationē tibi nunc ostendere possem. Sed cum locorum interualla me impediant, quo minus reipsa meam in te beneuolentiam testari queā, eam saltem, quatenus literis declarari potest, uelim æquo animo suscipias. Si uero intellexeris me in hac nrā Sarmatia tibi prodesse posse, fac obsecro ut sciam: ac demum cognosces, te beneficium apud ingratum non deposuisse. Porro mihi & omnibus qui drā salutaris puritatem sartam tectum esse cupiunt, uehementer placet tuum in defendenda orthodoxa, de Mediatore nrō Iesu Chrō, sntā, studiū. Faxit Dns ut in cæteris Religionis capitib. conueniamus, ne tot pugnantib. inter se opinionib. scindatur Ecclā, quæ ueluti una est, ita unanimi consensu niti debet. Non est tibi obscurum, doctiss. Philippe, nrās Ecclās (paucis quidem exceptis uobis uicinioribus) pṝsertim in re Eucharistica ab ea sntā abhorrere, quam uestri nescio quam firmiter tueri pgunt. Ego qui simplicissime uerbum Dei amplector, ut salutem æternam adipiscar, doctiorum pugnas iudicare non possum, pṝsertim cum in armis, non in literis sim educatus. In hoc tamen longo & acri Relligionis certamine, multi quidem humani mihi uidentur nonnulli passi, quorum alij ad rixandum tantum nati uideri possunt, alij leuitatis notam metuentes, à suis placitis discedere nolunt, utrinq à ueritate se uinci agnoscant. Interea uero dum isti gregis ductores sua παράδοξα mordicus retinent, misera & rudis hæret plebecula, & quos sequatur planè ignorat. Equidem clariss. Philippe, plurimum in te situm audio ad componendas religionis controuersias: quare cum te iam dubia oppresserit ætas, tuum erit, deposita omni formidine dare operam, ut Ecclm (quantum in te est) paratam posteris relinquas. Quo nihil te dignius, Deoq gratius præstare potes. Libellus tuus mihi quidem fuit iucundissimus. Verū (quod à me postulas) non meum est, de tanti uiri scriptis iudicium ferre, qui, ut dixi, in bello non in literis ætatem edisCen-

dis

dis artibus aptam contriuerim. Quare hoc tantum de eo dicam, mi-
hi uehementer probari: planiorem tamen de Eucharistia explicatio-
nem uoluissem. Qua in re ut & mihi & toti Ecclesiæ gratificeris, te
etiam atque etiam rogo. Vale Prinzlouiæ. V. Id. Mart. 1560.

Casparus Vdalricus comes in Reinstein, & Dns
in blanckenburg&c. Dno Casp. Peucero. S. D.

Si qua in re unquam esse inter homines (uir excellens mihique a-
micissime) grata ac firma coniunctio & familiaritas censetur: ea
mihi uel inprimis in eo consortio, quod in communib. studijs,
dum bonis literis operam nauamus, adque sapientiæ cognitionem
magna animorum incitatione contendimus, contrahi, tam inter di-
scentes inuicem, quam inter eos & docentes solere uidetur. Nam
quod Cicero inter præcipuos amicitiæ gradus, sua quadam ratio-
ne, eum ponit, quem boni uiri, dum eadem inter se studia, easdemque
uoluntates habent, constituunt, etsi non oib. numeris cum ijs, de
quibus nos sentimus studijs, conuenire existimari possit: tamen
adeo non dissidet toto gne, ut ob id in postremis ister noster con-
iunctionis gradus poni ac collocari debeat. Equidem ego huius re-
i in me testimonium minime fallax experior. Is namque amor mi-
hi, dum præceptorem nrm Philippum Melancthonem (cuius a-
pud me memoria tam est sancta & ueneranda, quam erit per-
petua) diuinarum humanarumque rerum scientiam explicantem,
præmonstrantemque audiremus, erga almam Academiam Vui-
tebergensem innatus est, tantum bene merendi studium ea er-
ga reliquos et præceptores ac doctores reuerentia: ea denique
cum commilitonibus meis amicitia ac familiaritas compara-
ta, ut firmiora illa oia in me ipse sentiam, quam ut ulla re
conuelli uel deleri posse uideantur. Vellem autem (si quis optio-
ni locus) mihi potius occasio & facultas, ut hunc meum ani-
mum re ipsa testarer magis, quam declararem uerbis, sese

offerret

offerret. Quod quia per unum vel alterum, imperante fortuna denegatum hactenus conspiciatur: spero me tamen oib. bonis, quod in ea saltem præstiterim mente & sententia (ut etiam nunq. perseuerare desistam) haud difficile satisfacturum, si mihi ipse non satisfacio. Cur autem ad te (vir præstantiss.) eo potissimum tempore scripserim, ea mihi, præterquam, quod hoc pacto etia tibi hunc meum animum tanquam inter docentes præcipuè te statum voluerim, extitit occasio. Profecturus ex meis ad vos Bartelmeus Pistorius erat, cuius mihi & eruditio, & mores haud vulgariter probabantur, eius cum ego opera in erudien=dis instituendisq. pueris & adolescentibus (quos in schola mea in monasterio Michelsteinensi alo, foueoq.) per aliquot an=nos usus essem, animaduerti eam in hoie diligentiam ac fidem in perfungendo hoc officio, ut eum etiam ad altiora natum a=ptumq. crederem. Putaui igr mei officij esse, eum in progres=su studiorum suorum iuuare. Quia vero inter cætera magnis a me precibus contendit, ut eum tibi meis commendarem lite=ris, id ad profectum studiorum suorum sibi vehementer pro=futurum ratus, nolui in hoc eum suis precibus frustratum. Itaq. tibi eum commendo diligenter, non commendaturus, nisi dignum commendatione inuenissem. Si tibi vicissim persuaseris, me tibi tuisq. pro ea de qua initio sum prote=status coniunctione benè cupere, ac beneuolentia summa vos complecti, efficiam, occasione facultateq. ferente, ut te minimè falsum esse re ipsa comperias. Vale. Datæ Blan=ckenburgi. 11. Martij. Anno salutis. 1565.

Iohannes Albertus Dei gratia Princeps
Megapolensis.

S. Etsi ut scribis, illa Principum clades, quæ Germaniæ vires attriuit, & vincula concordiæ dissipauit, dolore nos

affecit

afficit tanto, quantum nobis cum sanguinis communitas, tum uerò horum temporum dispulsæ & afflictæ rationes afferre debuerunt: tamen recordatione culpæ, quibus in nos iram DEI, & pœnas meritas attersimus, hæc Dei etsi atrocia & horrenda: uera tamē & iustissima iudicia agnoscimus, nosq́; certitudine benignitatis diuinæ, quantum possumus, consolamur. Quod de Garceo scribis, eiq́; testimonium integritatis & fidei tuum impertis, ualdè nobis probas. Ipsum igitur iam ante nobis probatum uirum, nunc de commendatione tua arctius te complectemur. De stipendio fieri diminutionem patiemur nullam: sed ad centum florenos, q̄s senatus efficit, per inspectores nros, qui mandato nro agunt ista diligenter, centum aliunde curabimus numerari. Quod te putauimus & ipsum Garceum scire oportere. Tuæ autem, mi Philippe literæ, quibus tute scis quantopere delectemur, curra rius ad nos perferantur, ipse uideris. Nos quidem certè, si modo scribendi tibi sumere ocium uoles, & expectationem explere nram, crebritate literarum tuarum delectabimur, teq́; in eo gnē facile, ut opinio nra fert, aut et cum usura remunerabimur. Vale: dat. Suerini 4. Non. Aug. Anno: M. D. LIII.

Ex originali.

Manu propria

Clarissimo & ornatissᵒ ac singulari pietate excellenti Viro. Dn. Philippo Melancthoni, in celebri Academia Vuitebergensi professori, amico nro singulari.

Clarissᵒ & opt. Viro eximia dna & Virtute præstanti Dno Casparo Peucero, professori in celeberrima Academia Vitebergensi & fratri suo charissᵒ.

SD. Si quid habuissem, carissime frater, quod ad te scribendum

fuisset

fuisset, quodq; te ex literis meis scire putassem oportere, non tā
diu literarum ad te mearum officium prætermisissem. At tā
etsi ne nunc quidem habeam, quod tua cognitione magnopere
sit dignum, & ego scribendi officio libentius libentius ad respon-
dendum, quam ad prouocandum utar: Tamen & uirtus tua
tuaq; & amicitia facit, ut hanc qualemcunq; occasionem literas
ad te dandi, negligendam mihi non putarem, ne tam diutur-
no silentio nrō, de amicitia nrā quid forte diminuatur. Quod
quidem nrō uitio ne fiat, sedulo operam dare nos decet. Ad
summam igr. hunc Magistrum Horstium amicum nostrum,
qui has à nobis tibi reddet, nrā caa uelim habeas tibi commen
datum. Est n. uir bonus & humanus, & moribus probatis, & i-
ni studijs optimarum artium diligentia præditus singulari,
meq; ut hac epla sibi aditum ad te patefacerem rogauit. Qua
re eum, sicut cæteros à nobis tibi commendatos, beneuolen-
tia tua complecteris: & coiā studia (est n. medicinæ qq;
studiosissimus) in numerum tuorum recipies, & bibliothecā
tuam, & ea quæ ad medicinam & rerum simplicium cognitio
nem spectantia penes te habes, illi conspicienda dabis.
Bene uale. Dat. ocyus Francofordiæ. 29. die Mes. Martij

Ex autographo.

C. Parmonius
ex animo tuus.

Viro undecunq; doctissimo & ornatiss°.
Dno Philippo Melanchthoni, amico suo
plurimum obseruando. Wittenbergæ.

S. Nihil mihi gratius tuis literis contingere potuit, Philip-
pe doctissime, quas magno gaudio legi & complexus sum, nō
tantum citra censuram, quod mei nimius extiteris lauda-
tor, & regulam recti transilieris, quæ forte modestiæ tuæ
singulari, tum amicitiæ, quæ in amicorum & uitijs & uirtu-
tibus dignoscendis non semper ad amussim iudicat: sed ali-

quando

quando plus iusto caecutiat, condonanda sunt. Ut vero literis tuis respondeam: Vera sunt, quae Gereon nr tibi exposuit. Soleo n. saepius mirari, cum tantum numerum doctorum hominum, q's tota peperit Graecia, latinos in manibus habeamus, quur solus ille Philosophorum omnium facile Princeps, & antesignanus Aristoteles hactenus delituit: delituit nuquam apud Germanos cum etiam ab ijs, qui in vertendo Aristotele (inuita nimirum Minerua) multum desudarunt, non intelligatur. Laborarunt enim multi in vertendo & commentando Aristot. qui & opam oleum & impensam mihi egregie lusisse videntur. Nec Stapulensis ille Paraphrastes Arist. homo alioqui doctus omnibus satisfecit. Cum igitur viderem quam feliciter q̄dam Aristot. opa tractaueras, mihi facile persuasi, neminem in Germania fore, qui in vertendo Arte tibi primas praeriperet. Hinc illa admonitio Gereonis & Amantij, tui studiosi, ut te nomine meo compellarent. Perplacuit admonitio tua, tum pia, tum Christiana, de resarcienda religione nra. Confirmasti n. quod de te alias praedicabatur, te in hoc negotio esse modestissimu, quo nomine te unice & amo & obseruo. De me habeas persuasissm me nunquam tranquillitati & paci defuisse, qm & mea tibi ex animo polliceor, & spero omnipotentis clementia, si summus Pontifex concilium iam toties promissum indiceret, posse has dissensiones sopiri: nec aliud curabit Imperator post iam devictam Tunitam. Ago demum gratias ingentes relaturus si quando occasio se obtulerit: De repurgato 5. libro Ethicorum mihi inscribendo: Verbum non amplius addam. Feliciter vale. Monacchij ex aedibus meis. XII. Augusti. Anno. 1535.

Tuus ad vota

[signature]

Rdo et Cl. V.D. Philippo Melanchthoni praeceptori suo, summa cum obseruantia semper colendo.

S. in Iesu

S. In Iesu Christo Dno. Summo studio semper cavi, reverende=
præceptor, tibi ne ullæ occasiones meis literis præberentur, ad
augendum animi mærorem, quem ꝑ psentes calamitates scio
alias tibi gravissimum esse: sed petulantia & ambitiosa inge=
nia cogunt me scribere de turbis, quas nobis dant sine ulla
necessitate, atq; ita tibi molestum esse. Non dubito te vehemen=
ter turbari, quoties audis in Repub. pacata & recta bene co=
stituta concordiam concertationib. dissolui: ob id invitus ista
in literis attingo. Sed cogit nunc necessitas, ut id faciam.
Etsi adversarij iamdiu contenderunt, de descensu Chri ad in=
ferna, & eum excluserunt à redemtione nra, opposueruntq;
illud (consummatum est) tamen ita disputant, ut disertè
nunquam confiteantur, fidei articulum esse: Descendit ad
inferna: nec nobiscum etiam docere velint Iesum Chrm
mortuum ꝑ pcta nra, & pro omnibus nobis ad infernum
descendisse, prætexentes hac dna imminui dignitatem et
efficaciam mortis & hostiæ Christi in cruce oblatæ. Magi=
stratus nr videns adversarios calumnijs sua agere, & cau=
sæ psidia in factionib. ponere, siq; ambiguè & flexibili=
ter dicere, ut nulla ex parte possint teneri, eaque magis
velle obrui quàm cognosci & iudicari, eosq; in hoc incumbe=
re, ut semper remaneant semina resuscitandæ sopitæ
controversiæ, retineantur effugij rimulæ, & tegantur ma=
litiosæ calumniæ, quib. nos ubiq; turpissimè deformatos
traduxerunt, proposuit qstiones methodi, quas proximè
ad te misi, ut utraq; pars ad eas respondens apertè & sim=
pliciter suam sntiam diceret. Ego sic fieri quod senatus
iussit, petijq; diligenter, ut utriusq; partis sententia, & fun=
damenta disputationis deposita ad doctos viros mitte=
rentur, fieretq; grata cognitio, & dijudicatio motæ con=
troversiæ, semperq; addita protestatione promisi me vel=
le cedere firmioribus & meliorib. iudicijs, quod etiā nunc

polliceor

polliceor, & cum timore Domini fideliter præstabo. Id n. solum ago, ne nobis ex symbolo tollatur, mutilisq[ue] reddatur Articulus fidei de descensu Christi ad inferna, quem aduersarij reipsa nobis tollunt, licet id uersuta uerborum ambiguitate celent. Quid monstri autem alant denuum patefiet, cum suas sententias dixerint, iuxta methodum à nostro senatu præscriptam. Hactenus contumeliose spreto senatus decreto, suis scriptis, refertis mendacijs & calumnijs, conati sunt nos ubiq[ue] apud omnes bonos & doctos foedè deformatos, suffuratis præiudicijs obruere. Et ita nobis oppressis senatus decretum eludere, cum tamen, si aliquid uel cerebri uel pudoris in eis esset, apud animum suum statuerent, de controuersia iustum iudicium fieri non posse, nec eam posse rectè explicari, nisi utriusq[ue] partis sententiæ prius audirentur, & conferrentur. Quia uerò impudentia sua hactenus egerunt, eadem adhuc urgent omnia. Senatus decreto præterito solitis insistunt uestigijs, clandestinis calumnijs, astuteq[ue] suffuratis præiudicijs nos opprimere pergunt. Sperassem autem Tilemannum autorem motæ Tragoediæ, & incentorem harum turbarum, abijsse ad uos, ut ibi collectis suffragationib. nos obrueret: sed fortassis ueritus se uobis notiorem esse, quam ut ipsius calumniæ ibi locum inuenturæ essent, init consilium magis profuturum suo instituto, hinc q[ue] clanculum profectus est Haffniam, ut Academiæ illius præiudicijs nos prægrauet, & fortassis ea occasione nos apud Regem et deformatos exosos reddat. Id quod facilè efficiet, quia animaduerto eos de nobis spargere hæc mendacia, nos docere Christi mortem ac hostiam in cruce oblatam non satis fuisse ad n[ost]ram Redemptionem nos nouas tartareas torturas imponere Chr[ist]o ad satisfaciendum, nos Chr[istu]m in Gehennæ cruciatus abijcere, & nescio quæ alia portenta, quib. nos in odium omnium bonorum adducere possunt facilimè. Nos sentimus sepulturam & descensum Christi includendum esse in mortem eius,

nec

nec descensum esse excludendum à Redemptione, qua è morte, inferno, & Diaboli regno liberati sumus per Christum. Illi autem nugantur, nos hic Christo nouas satisfactorias torturas & gehennam imponere. His plausibilib. hi corp. Sancticis morsib. nos apud omnes crudelissime lacerant, & Gartzius furiose hic apud omnes tum uoce tum scriptis debacchatur contra nos & me præcipue, qui multis annis ipsius honorem tutatus sum, & commoda promoui cum mei ipsius graui dispendio & multorum inuidia me onerauj propter ipsum. Sed bonus uir mihi gratias nunc refert se dignas. Hæc de profectione Tilemanni in Daniam T. D. significare uolui, ut sciretis me opinione mea in proximis meis literis fuisse deceptum. Occultè abijt, ideo nobis non satis constabat, quo abijsset, nihilq minus suspicati fuimus, quam quod Hoffman hac de causa iret: sed ea profectio ondit aduersarios leuib. furijs non agitari. Dominus det eis meliorem mentem, impediat Sathanæ consilia, qui hic turbis nostræ urbi horrenda machinatur, restituatq nobis pristinam Ecclesiæ concordiam, qua, antequam hi turbulenti & ambitiosi homines in nostram urbem pedem intulerunt, multis Ecclesijs exemplo optimo fuimus, nisi scirem prædicta esse hæc mala, quæ nunc incidunt in Ecclesiæ & Reipub. administrationes, sub hac ultima mundi senecta, magis contristarer, nunc uerò cum uideam fatis regi præsentia tempora, assuefacio me ad tolerantiam, et solor me spe futuræ melioris ac beatioris uitæ, in glorioso regno Christi, quod spero breui reuelatum iri, in quo lætiora erunt nostra colloquia, quàm nunc sunt. Felicissimè & rectissimè ualeat T. D. cum omnib. suis. Precor Deum patrem per Iesum Christum, ut filiæ amantissimæ coniugium tibi sit solatio: nouoq marito & filiæ fælix & prosperum. Hamb. 4. Iulij. Etiam atq. et oro clarissime D. Præceptor, ut mihi uno atq alteroq uerbo significare digneris, an iustæ causæ sint repugnandi senatus decreto. Vnus ex præcipuis prætexuit suæ inobœdientiæ, & rebellioni S. Pauli dictum: Inutiles quæstiones esse uitandas. Hæc cum faciat,

inclyto

inclyto nro senatui non est mirum, me ab ipsis contemni & conculcari. Ex autograph. Aepinus.

Integerrimo uiro &ra & pietate praestanti Abelo Birckenhan, ministro Eccle Nouoforensis, amico ac fratri suo carissimo. Nöwmargt.

S. Mi frater ante octiduum non poteram ad te epistolam exarare: opprimebar n. nuncio insperato Lindauium eunte, cui uix poteram ad Crat: & Maternum necessarias responsiones ad plures ipsorum eptas dare. Meum igitur scribendi desiderium explere quamprimum studui: non tam quod sperem me adiumenti multum posse uobis scribendo afferre, quam ut intelligatis me rebus uestris non secus ac meis affici. Nam praecipuum quo absens uos iuuare posse uideor, in precibus meis ad Deum esse situm arbitror, quas à me ardentes et assiduas fieri pro uobis credo uos mihi credere. Hortationum autem ac monitionum mearum spero non ualdè uos indigere, ut qui ipse Dns nr Sp. sancto confirmet, consoletur ac regat, & doceat in patientia, constantia, & omni Christiana moderatione malo resistere. Perturbatum te primo tempestatis sonitu non miror, plus ad perturbationem causae habetis, quam ego habebam, aut nunc etiam haberem: sed tamen non desistere, non uinci terrore aut metu: sed Dno confidere, & in eo fortes esse, qui etiam inter hostes uobis amicos dat, & seruare potest, etiam absque illorum fauore, qui ex se pendere putant omnia, ualdè laetor, & uobis ex animo gratulor, Deumque ut hanc uobis mentem seruet & confirmet, toto pectore oro. Illi etiam gratias ago, quod eum in uestro certamine uobis adfuisse uideo, ut cordatè & modestè egeritis, & maximè conuenientib. istic in responsione sitis usi. Non dubito autem, uos etiam hoc ipso certamine quicunque exitus sit, de ueritate confirmatos, tum nimirum reipsa experimini, homines pro fal-

sis

sis opinionibus tuendis ea proferre, quibus maximè suam caam eleuent, & fontem errorum aperiant (uti quod sine ardenti ueritatem inquirendi studio, ex hominum autoritate pendent, quam paci & commodis suis utilem esse sentiunt) ac suarum cōscientiarum, & opinionum incertitudinem & uanitatem prodat. Quid n. magis puerile aut absurdum, quam interrogatos rōem suarum suarum de rebus grauissimis nihil respondere, nisi Lutherus dixit! Annon sic Pontificij probant oīa sua portenta? Atq. hæc istorum est sacra anchora, hi arietes, quibus putant nos proteri subito. An Lutherus errasset? An uos eo doctiores? Ego quoq. nullo alio telo petitus sum. At si quis nrm diceret: Hic uel ille dixit: in quos cachinnos soluerentur? quam indignè factum clamarent? Et sanè essemus digni, q exploderemur, si fidei nræ fundamentum haberemus autoritatem hominum. Sed ipsi hæc fulmina in nos torquentes, putant se magnificè rem gessisse, nec fas esse cuiquam contra hiscere. Hæc uerò inquam nra est consolatio, quam opponamus contumelijs, odijs, exilijs, & omnib. malis, quæ propter confessionem synceram Christi subeunda sunt, quod uidemq ipsos hominib. nos autem uerbo Dei niti. Confirmat nos hæc etiam, quod uidemus ipsos contra ueras rōnes adeò nihil, quod speciem aliquam habeat, proferre posse, & uel obmutescere, uel ad nauseam usq. decantatos κοινεπιμύθιο nobis ingerere: etiam declamatores & Sophistas, in quibus ipsi spē suam omnem repositam habent. At si scire uis, ea ipsa fuit occasio, qua mihi Deus oculos aperuit. Dum n. in autoritate Lutheri securus acquiescebam, in luto erroris & idolatriæ defossus iacebam. Cum autem conscientia me rodente, incumbere hoc semel decreuissem, ut scirem quibus ex Verbo Dei petitis fundamentis sententiam, quam amplectebar, possem stabilire, tandem pro ueritate mendacium tenere me, & os mihi sublitum fuisse offucijs deprahendi. Tum demum cœpi dep̶e̶p̶e̶pendere quid illud esset: Omnia probate, quod bonum

est

est, tenete. Item, cuiuscunque opus probabit ignis. Crede mihi, si sci-
rem aliquod insigne erratum Zwinglij uel Oecolampadij, uel al-
terius ex nostris, non magis dissimularem, quam hunc D. Lu-
theri lapsum. Ne Martyri nostro, cuius est exquisitissima dilige-
ntia, dexterrimum iudicium, spectatissima pietas, & grauitas,
tantum tribuo, ut si meae uel alterius sententiae meliores rationes
habeam, ipsius autoritatem sequar; quamquam apud eum nihil scio,
de quo magnopere contendi referat. Unicum exemplum mihi occur-
rit in Romanis, quodam loco dicit sibi uideri primum praeceptum
Decalogi hoc esse: Ego sum Dominus Deus tuus: Secundum: Non ha-
bebis Deos alienos. Non facies tibi sculptile. At nondum me mo-
uit, quin potius illam ueterum & recentiorum sententiam sequar.
Primum esse: Non habebis Deos alienos: & secundum: Non fa-
cies tibi sculptile. Illud autem: Ego sum Dominus Deus tuus, siue to-
tius Decalogi praefationem esse, siue primi praecepti partem, quod
ferè eodem recidit. Rationes habeo: Quia Deus ipse distinguens
summam legis in Decem uerba: haud dubiè uoluit singula prae-
cepta sententijs differre inter se: non autem in ista breuitate i-
dem praeceptum bis ponere. Est autem Regula, quod praecepta
affirmatiua includant negatiua, & contra: Cum igitur dicit Deus
se solum esse Deum liberatorem Israelis, & proinde ab eo colen-
dum: simul docet nullos alios pro dijs habendos esse. Non igitur
ex his duabus sententijs uoluit duo praecepta facere. Contra
autem diuersae sententiae sunt: Me solum coles: Et, tantum sic
me coles, ut ego praecepi, non aliter. Illa in his uerbis est: Non
habebis Deos alienos. Haec autem in istis: Non facies tibi
sculptile id est non me exprimas imagine, qua non possum repra-
sentari, nisi mendaciter, non fingas me alium, quam me
uerbo esse doceo, non colas me in imagine, in statua id est non
fingas tibi cultum sine uerbo meo. Hae igitur sententiae
distincta praecepta constituunt, quorum primum docet, qui
sit colendus: Solus Deus in Ecclesia patefactus illustribus testi-
monijs, alterum quomodo sit colendus, uidelicet, tantum iuxta uer-
bum. Interea non moueo contentionem de numerandi modo.

In scho-

In schola non dissimulo numerationem scripturae & ueterum:
Apud populum, ubi hoc ἁμάρτημα non est emendatum, dicerem pri-
mi praecepti esse duas partes. 1. ut solus Deus colatur uerus.
2. ut tantum colatur, iuxta uerbum, sine additamentis huma-
nis. Sic & contentiones effugerem, & non incurrerem apud De-
um crimen falsarij, subtrahens aliquid ex ipsius mandatis. Hoc
obiter exempli causa dixi, ut uideas me non fascinatum alicu-
ius hominis autoritate uos mecum in errorem traxisse. Omni-
no necessaria est distinctio omnium aliorum doctorum in Ec-
clesia à Prophetis & Apostolis, quorum sola uerba singula sunt,
Spiritus sancti oracula. Caeteri omnes possunt alicubi halluci-
nari. Quin recenti adhuc Ecclesia & Apostolorum autoritate,
scribitur Act. 17. quod conuersi ad Christum quotidie examina-
rint scripturas, an ista sic haberent. Et quis est omnium ue-
terum Doctorum etiam sanctissimus & praestantissimus, qui
non aliquos naeuos habeat, qui non aliquam uel doctrinae partem
uel scripturae sententiam non satis dextrè acceperit uel explica-
rit? Sunt autem ἁμαρτήματα in alijs maiora, in alijs minora.
Et rursus hic altera distinctione opus est inter doctores bonos
& malos seu haereticos. Qui n. errores pertinaciter defen-
dunt, cum articulis fidei, & fundamento salutis manifestè
pugnantes, fugiendi sunt, & non pro pastorib. sed pro lupis ha-
bendi sunt. Qui autem aliquid imbecillitatis habent, fun-
damentum tamen amplectuntur: etsi cum ad suas opini-
ones ueniunt, sibi dissimiles sunt, illos pro salutaribus
organis Dei agnoscimus, quamuis ipsorum errata non
sequimur, nec probamus: etsi sunt enormia, etiam non
dissimulamus aut palliamus, & refutamus sine ipsorum
contumelia. Ideoq; nos qui in hac magna causa dissenti-
mus à Luthero, propterea non maledicimus ei, & ad inferos
relegamus, sicut ipsi nobis faciunt, & nos aliquando facie-
bamus ex ignorantia illis, quibus nunc Dei beneficio asses-
simus. Saepe etiam huius rei consideratio me confirmauit.
Semper enim mendacia defenduntur crudelitate, saeuitia,

male

maledictis, scommatib. & oppressione uiolenta aduersantium.
Veritas cum lenitate & æquabilitate animorum docetur: Suo
et robore consistens nihil eget illis præsidijs. At uniuersaliter hij
sunt modesti & mansueti, hypocritæ superbi, crudeles, contemtores
& oppressores omnium sine ulla legitima cognitione: tolli uolunt
è medio aduersarios, non quia uerbo Dei alicuius impietatis eos
conuicerint: Sed tamen quia ab ipsis dissentiunt: Hoc illis ad con-
demnationem satis est. Illi nobis in Ecclesia locum nullum relin-
quunt: nos eos pro fratribus agnoscimus, & Ecclesias illorum es-
se Christianas fatemur, etsi næuos pro ipsorum grauitate a-
uersamur. Sed isti homines se contumelia affici putant, nisi
sic laudentur à nobis, ut dicamus eos esse ἀναμαρτήτους,
& eorum θεσμάτα habeamus pro χρησμοῖς. Quis
autem ferat hanc superbiam, uiderint ne irritent Deum, &
dum nos uolunt eijcere ex Ecclesia, ipsi in ea locum non re-
tineant. Cæterum ut Neagoræi uiri Vratislauienses tan-
quam Gorgona uobis obijciebant: Sic Vratislauienses, sic a-
liæ Ecclesiæ, quæ in Witebergenses oculos coniectos habent, i-
psorum simulationibus hactenus fascinatæ fuere. Si illi ma-
gis metientes Deum quàm homines iamdudum scapham sca-
pham simpliciter dixissent: Omnino uidetur minus mali fu-
turum fuisse. Certè non hactenus fuissent abusi ipsorum
nomine hypocritæ ad se tegendos & premendos bonos. Sed
ita fit, ut homines dum sine Verbo Dei uolunt sapere, tan-
dem stultitiam suam apud omnes traducant. Iam satis diu Vi-
tebergenses commodarunt suam operum falsis fratribus. Vi-
detur tempus accedere, uel potius uenisse, ut mercedem
ab illis recipiant, & intelligant quàm non sufficiat hypo-
critis, si quis ipsis non odiosè aduersetur, nisi eos etiam in
cœlum tollat, pro dijs habeat, & aquam consecratam dicat
meiere. Sed longius me dolor meus prouexit, quam uolui. À uo-
bis benè & prudenter est factum. Primò quod opposuistis confessio-
nem & apologiam Augustanam siquidem enim hanc uolunt:
hanc illis demus, ut suo se gladio iugulent. Secundò quod in decla-
ratione & confirmatione hoc potissimum argumento estis usi, de pro-

mis-

missione gratiae. Laetor te hunc istum benè didicisse ac tenere, quo solo si ferientur non opus est, ut reliqua argumenta perferamus. Multa habet commoda. I. est ualidissimus, & cum euitare non possunt ullis strophis, obmutescere eos cogit. II. Quia nihil ad populum est accomodatius & rudes homines. Alia argumenta ut in odium sunt adducta insanis clamoribus & sophismatibus, uel à captu uulgi paulò sunt remotiora. Ideoq; quantumuis sint firma: tamen imperitos minus mouent. Hoc argtm autem facilè exponi pt rudibus, & nodos oes dissecat. Rem ipsam & formam loquendi simplicissimè & breuissimè declarat. Ut populus eam intelligere & animo complecti integram possit. Res exponitur, quae fit in coena, κοινωνία Christi, cum dicimus eam esse gratiam, beneficia Christi in Χρto proposita, h. e. communicationem personae meriti & efficaciae, quae non nisi per fidem pt accipi. Verba seu phrasis Sacramentalis, cum dicimus esse promissionem gratiae additam ritui, his uerbis Xrtm institui, quod est promitti in fide hoc ritu utentib. Chrm & omnia eius bona; ut sit sensus: Hoc est corpus, q crediderit & ederit panem hunc, edet corpus. Quod idem sic dicitur: Panis est signum corporis, significat (idq; uerissimè. Chrs n per eum hoc significat nobis, uisibiliter loquitur ac testatur) credentes uesci carne Christi. Sicut idem significant: Circumcisio est foedus, Vel, Circumcisio est signum foederis, Vel. Qui crediderit, & circumcisus fuerit, erit in foedere Dei. Item, Baptismus nos saluat, Vel: Baptismus est signum salutis & regenerationis, ablutionis peccati per Sp. S. & sanguinem Christi. Vel: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. III. Quia haec hypothesis facilè declarari & confirmari potest. I. cum in scriptura & patribus signa dicuntur esse res ipsae, uel econtra non uolunt naturaliter permutari uel coniungi res & signa: sed sic effertur breuitatis & confirmationis nostrae causa, seu ritui externo additur pro-

missio Euangelica, ut est expositum. Id facile est declarare exem-
plis omnium sanctorum. 2. Chrs sic exponit, cum dicit esse nouum te-
stamentum. 3. Paulus sic exponit cum dicit esse κοινωνίαν. 4. Idem
Paulus confirmat gratiam promitti et illa beneficia, quae per fidem co-
tingunt, cum negant impios posse participare mensae Domini et res
ibi promissas cum symbolis accipere. 5. Dominus id promittit, de
quo uoluit ritum testari, seu nos confirmare. Sunt autem Sacra-
menta non alterius rei quam gratiae signa et donorum Christi, q
nobis sua morte est meritus, & sua potentia confert. Ergo, 6. Ver-
ba Sacramentis addita non aliud promittunt, quam ritus ipsi si-
gnificant: quia uerba seu promissiones additae, sunt explicationes
rituum. At ritus signt gratiam, quia sunt uerba et promissio
gratiae inuisibilis. Ergo. 7. Quia his ipsis uerbis: Hoc est corpus, pro-
mitti in fide panem edentibus gratiam diserte dicit Apologia: No
frustra hunc articulum inseruit Philippus. Vidit, quale uulnus in-
fligeret. Sed neq; hic neq; alibi necesse est obrui populum multis
argumentis, quod bene meminisse oportet: Vnum atq; alterum ma-
xime illustre & incurrens in oculos bene explicatum plus profi-
cit apud uulgus, quam multa quae eius captum effugiunt, quan-
tumuis recte cogitata. Tertio illud non obliuisci necessarium est, ut
Confessionem Augustanam intelligere nos dicamus secundum scri-
pturam, ueteres doctores & ipsius autoris interpretationem: imo
secundum ipsius & apologiae declarationem. Si quis in diuersa e-
am torqueat: id nos non posse praestare uel probare. Iam uero si
autorem damnant, cur nos cum ipso damnari puderet? Ante oia
uero danda diligenter est opera, ut omnia a nobis fiant mo-
deste & placide, dz wir vns nicht lassen die kus nehmen,
ut appareat nos non uelle nobis: sed Christo uincere, nostram
gloriolam: sed illorum, inter quos sumus, salutem quaerere. Sed
quid audio? Putabam in oem terram exiuisse sonum eorum:
& tu narras tum demum de sene Ferinario auditum fuisse, ἐν
ἀκινδυνότερον ὄφελι, cum peterent nos iacula & lapides. Dti.
Putant isti se clamando & insurgendo contra, posse ignem

quem

quem Dominus uenit mittere in mundum, & uult ut ardeat, restin guere: sed eum quò magis inflabunt, tantò magis augebunt. Increbrescentibus enim sermonibus de controuersia plures ad eam cognoscendam excitantur, atque his occasionib. Dominus quorum uult, oculos aperit. Pergite itaque fortes esse in Dno, loquentes id quod creditis, non cauponantes Verbum Dei, scientes quod labor uester non sit inanis in Domino, & in silentio ac spe sit fortitudo uestra: non metuentes odia, obtrectationes, contumelias, difficultates, exilia. Quia merces uestra copiosa est in coelo, & si quid amittimus ppt Dnm & ueritatem, recipiemus centuplum, in hac uita, & postea V. Æ. Cariss. fr dici non potest, quàm cupidè expectem nuncium, quò sciam, quo euaserit uestri accusatio, & caæ cognitio. De Materno non dubito: eum iuuari & confirmari à Deo, precor assiduè. Vulpeculæ autem illi quid necesse est arrodere Lucstir. Quis illi obiecit hunc unquam. Dolet iudici, quòd non damnamus contra conscientiam & uituperamus, de quibus non habemus, quod dicamus mali, quodque non dicimus, nos idem docere & sentire, quod Lutherus & nos antehac, ne populo quid suboleat, ne ipse de nobis interrogetur qd sentiat, & pronunciando cogatur, uel conscientiam uulnerare grauiter, uel è latebris prorepere. Itane? Q dixerat ei: At multa præsertim in hac caa dixit & fecit Q noster, quæ ego nolo imitari, non n. possum bona conscientia: quas ille rationes habuerit, nec scio, nec ad me attinet. Nisi necesse est Dnm seq. Scripsit ille tanquam de colore auiticio? Quid hoc ad nos uellicandos? Dicimus ne quid ille, aut quid Chrs doceat? si autem apud Lucstir non inuenimus aliam sntam, quàm in scriptura & ueteribus, ne cogat nos quisquam eum contra nostrum conscientiam damnare, ne poenas à DEO nobis accersamus grauiores, quàm sunt sarcasmi tonsoris, quantumuis acutiores nouaculis: satis sit ipsis, quòd nullius autoritatem, nisi uerbi Dei, ueteris Ecclæ & aliorum scriptorum

quæ

quæ nobiscum recipiunt, allegamus. Certè sic scribit Ciãsius in libro de uera & falsa religione, cap. de Sermtis. Vnde adducimur, ut Sacramẽtum nihil aliud esse uideamus, quam initiationem aut oppignorationem. Et ibidem: Initiatio hic non pro principio aut exordio solum accipitur, sed etiam pro celebri, seriaq́ ad ordinem aliquem sodalitatem aut functionem τελετῆ, hoc est, mysterio aut arcana consignatione, q̄ uerbis conceptis fit: Eodem libro de baptismo, exponens uerba baptismi, inquit: Germanus horum uerborum sensus est, ut qui Chrm sint induituri, Patri, Filio, & Sp. sancto initientur, h.e. iungantur, adstringantur. Externa uerò res est, cum tingentur concurrentibus sacris uerbis: In nomine Patris & Filij, & S. Sancti, ac ueræ rei signum & ceremonia: ut cum aliquid per manus traditur. Ipsa manuum copulatio non est rei traditio: sed uisibile signum, quo testamur contractum esse ex utraq́ parte perfectum. Eodem libro de Eucharistia: Tunc est cœna & gratiarum actio, cum editur cum annunciatione mortis Christi (quod ideò recito, quia est regula illa: Nihil est Sacramentum, nisi in usu) Et ibidem: Vnde & nos symbolicum panem appellauimus, quod sigt & simul, & consignatur. Ibidem: accipiuntur nonnunquam instrumenta pro testamentis, ut apud Ciceronem sæpenumerò: Apertum est Testm, lectum: At literæ non erant Testamentum, sed bona legata. Quid enim profuisset lras legatas esse: sed in literis continebatur, quid cuiquã legatum distribui oporteret. Sic & hoc loci: Testamentum est mors & sanguis Christi. Instrumentum autem quo continebatur ordo & summa Testamenti, est hoc Scrm. In eo enim commemoramus Christi mortem, ac sanguinis effusionem, quidnam boni nobis attulerint. Cumq́ ijs bonis fruimur, gratiam Dno Deo habemus pro Testamento, quod nobis gratuitò impendit. Aperitur ergo Testm & legitur, cum mors Christi annunciatur, distrahitur Testm, cum quisq́ morte Christi fidit: tunc enim hæreditate fruitur: Ist das nach ein Hoffart? Quid nos è scriptura possumus aliud docere, quàm Scrta esse signa, seu testamenta uisibilia fœderis initi inter nos & Deum — uoluntatis Dei erga nos, & nostræ uicissim erga illum obligationis?

Venit

Venit mihi nunc in mentem locus, quem his diebus legi in Passione secundum 4. Euangelistas Pomerani, edita anno 24. Basileæ, ubi in locum: Cum illud bibero uobiscum nouum: sic annotat: Edit autem & bibit utrumq́ nouum cum suis in regno Dei: id est: in Ecclesia, postquam illud Pascha in Christi immolatione semel in cruce facta, completum est, dum nos ipsi, & ipse nobis incorporatur, & per fidem sumus eius membra de qua manducatione & bibitione loquitur Christus, Joh. 6. & hic infra: Vt edatis & bibatis. Et huius symbolum est Eucharistiæ Sacramentum, in quo Christi satisfactio, & nostri redemptio uerbis Christi nobis indicatur, & si credimus, nobis datur. Et ibidem in uerbis cœnæ aliquoties nominat signum, & Memoriale: & addit: Recordatio fides est, sine qua sacramentum externum nihil est, & quæ sola et sine Sacramento saluaret: At ablegat nos ad ea, quæ scripsit in Psal: 109. Quæso an hæc non congruunt? Neq́ ista tum fuerunt hæretica, sicut nunc etiam. Hæc ego te priuatim consolandi & confirmandi causa adieci, ut uideas, nos non dicere, quod nō dictum sit prius, ut certè nec debemus, & si nemo id ausus fuisset, minus malorum foret. Deniq́ ubi fundamenta dictæ sunt uera, decet ne pios, & ueritatis amantes, omissis bonis plurimis quærere & excerpere aliqd incommodius, uel incautius, uel obscurius dictum, quod exagitetur? Quid putas inueniri posse, si in D. Lutheri scriptis hoc studium aliqs haberet? quod tamen nos detestamur tanquam Diabolicum. Non pt fieri, ut in principijs tam difficilium rerum omnia subitò plenissimè explicentur. Hæc Œcol[illegible] initia & rudimenta sunt quæ ipse citò mortuus non potuit expolire. At uideamus quid qui secuti sunt, præstiterint. Qui audiuimus ipsorum lectiones & conciones, possumus testari quid doceant, melius credo, quam qui in tonstrinarum umbra quidquidlibet garriunt. Sed sum prolixior, quàm oportet. Si me reuocabunt:

So will ich jhn dis [illegible] mitbringen. Es sey den das sy-
von nicht leutte sein. Credo autem, sibi cauebunt. Ego scriptio-
nem ad Moreb. adhuc differo: Oportet n. me amplius delibera-
re. Et quia anno mihi adhuc ad minimum opus est ad res me-
as agendas, si nolim huc frustra uenisse, non festino. Nihil enim
uereor magis, quàm ne ante tempus Deus me abstrahat. Non cre-
dis, quàm planè suscepto labori succumbam, quam nihil me uide-
am intelligere, quam ubique hæream. Itaque non abs re uereor, ut
perferat usque ad finem Martyr meam ruditatem, & importunita-
tem. Nondum ab ipso habeo responsa de locis, quibus tantum in
Mose torqueor: & tamen non de minus multis interrogo. Præte-
reo enim, de quibus saltem aliquid, quod dicam, mihi in mentem
uenit, aut quæ commentarijs & aliorum monitis adiutus spero
me posse inuestigare. Quid igitur in Prophetis fiet, ubi omnis
difficultas ferè est sita? Sperarem me hos iam perlegere potuis-
se, & collectum habere, quod in illis uellem interrogare, nisi D. Cra-
to merdosis scriptis artolatrias, & Stenckfeldianis etiam quæ-
stionarijs epistolis, magnam temporis partem, quo hic sum, miserabi-
liter & indignissime perdere me coëgisset. Ita n. factum est, ut Esa-
iam primum legere cœperim, & iam in aliquot septimanis librum
non inspexerim. Ita putant hi præ ocio sibi quærentes ne-
gocia, nobis perinde, ut ipsis occupationis nihil esse, nisi ut ser-
uiamus tanquam Cares ipsorum ambitiosis, curiosis, minimè
necessarijs & inutilibus certaminibus, quæ postquam sibi stul-
tè attraxerunt, ab alijs finiri uolunt. Multa in hanc senten-
tiam ei scripsi, & nisi moderatior sibi, scribentur à me plura.
Nec cessat ad multa istius generis ineptissima scripta, Galli,
Brentij, responsiones à me postulare, quasi non millies ad o-
mnia ipsorum esset responsum, ad quæ responderi sit dignum
aut ad cuiusque fatui uel Sophistæ κοκκισμοῦ, aut conui-
tia oporteat nos postrema uerba dicere, aut ego etiam respon-
siones excacarem. Postea spargit mea αὐτοχεδιάσματα, ipsi

tantum

tantum data & scripta ad eos usq; qui hostiles minantur editio-
nes, & pro sua sapientia iubet me libros edendos cacare. Ah ne-
scis quam præ dolore, & indignatione non sim apud me. Sed caue-
bo mihi posthac. Nullum amplius scriptum mihi extorquebit, quā
do sic mecum agi uideo. Et nunc non tantum ad scripta: sed eti-
am ad ineptissimas postulationes ne uerbum ei respondebo. Nisi
me sic expedirem ex isto luto, quo iste homo me obruit, laborē,
sumtus, tempus, & spem oēm, qua huc ueni, miserrimè per-
derem. Et æstatem igitur & hyemem sequentem hīc cogito ma-
nere: postea ire quocunq; occasio uocabit. Conditiones siquidem
hæ uos omnes adeò offendunt, nullas proponam, sed tm̄ quid
sentiam breuiter, & tū perspicuè, non conditionum forma, sed
quasi aliud agens ostendam. Facere hoc necesse habeo. Nisi
enim faciam, ipsi mihi malum cacarem, ueritatis confessio-
nem & difficultatibus impedirem, & calumnijs exponerem.
Si enim principio silerem, perpetuò idem à me requirerent,
& suo quasi iure sibi polliceri non dubitarent: sin mutire uel-
lem, deceptos se, non hoc me pollicitum, non hoc se expectasse,
de me dictum initio oportere clamarent. His omnibus occur-
ro, si palam quid sentiam, & quid de me expectari uelim, an
fequam ueniam, ostendam: omnem enim illis & imperijs,
& querelis ansam præcido: imò potius ipsi sibi adimunt, si
dum aliam de me opinionem quam habent, uel simulandi
prætextu sublato, me nihilominus attrahant. Sed de his
melius æstimandi copia erit, cum uiderimus, quem uestra
causa exitum habeat. Nam si quem alium iuberent abi-
re, iam certa res esset, non iussuros me uenire. Vos in-
trepidos expectare omnia & precor & lætor. Esset aliqua
difficultas optimo seni Ferinario, si in uobis uellent exm
statuere, quod tamen, quantumuis uellent, præ metu non
facturos arbitror: adeò toti frigent ac rigent ex timore

hoium

hominum, ut in neutram partem se mouere possint. Sed ille ta-
men maiorem ætatis partem uixit. Tibi autem hanc rem con-
fido non ita formidabilem esse, ut qui per ætatem adhuc eiectus
ex una ciuitate possis ire in alteram. Palatinus uult suis su-
ptibus alere 200. Theologiæ studiosos, & plures, etiamsi non
suffecerint. Homines enim idoneos non habet, cupiens Ec-
clesias suas omnes reformari ad formam nostrarum, & amo-
uere oēs, qui ueritati pertinaciter non desinunt resistere. Sed
eijcere ueteres, dum nouos non ht, non reformare, sed uastare
esset Ecclas & scholas: petitum est à Tigurinis, ut si modo qs
haberent, mitterent, aut indicarent mox conuocatum eos in
Quid audio confictum dicunt scriptum Philippicum ad Pala
tinum? An non ipse Palatinus primus edidit Heidelbergæ.
Interrogent Vuitebergenses, Peucerum psertim, si ut uoluerat,
ad nos uenerit. Quid autem dicent, cum non unum atq al-
terum, sed plura Philippi scripta uiderint prodire? Quanqu
nos non stamus autoritate Philippi (ut nec ullius hominis)
Sed si quis ea nos oppugnare uellet, quod nunc pauciores ui-
dentur facturi, ostendendum est istis tandem, nos hanc legem
certaminis de ista causa non defugere. In quamcunq partem
eant aduersarij, utile est, Philippi sententiam patefieri sine
ambiguitatibus, & sine eo artificio, quod rudiorum oculos fal-
lat. Si enim ipsum recipiunt, nec nos possunt abijcere. Si i-
psum damnant, cur nos ab ipsis damnari recusaremus?
Fricij scriptum Stancaricum uidi. Vult agere conciliatorem
sicut in suo opere de reformatione Ecclæ. Philippum benè
fricat. Sed iam sibi sentiet hic alium Tiguri partim esse Phi
lippum. Edita est responsio Tigurinorum (à Martyre scri-
pta duabus epistolis) ad Polonicas Ecclas, de cā Mediato-
ris, quam propinabimus Fricio & Stancarianis. Froscho-
uerus dabit Schrammio aliquot exemplaria ad Maternum

mittenda

mittenda, da bleibt auch mit. Sebastianum aliquoties monui, ne tuorum libellorum obliuisceretur: aiebat, se egisse cum Froschouero, ut eos libris addat, quos ego Materno mitto. Suum nuas non aperit, donec Crocouiam ueniat. Heshusio responsum est à Caluino, quanquam nondum uidi. Et audio à Beza, item à Boquino Heidelbergae. Et ne dubitent nostri de autoritate scripti Philippici, Palatinus ipse uult suo nomine confessionem edere. In conuentu Naumburgensi ualdè sumus mirati Iohan. Fridericum, se coniunxisse cum Landgrauio & palatino, in prohibenda damnatione Philippi. Sed expectamus reliqua. Ey lieber Danisch, der schendlich teufel hatt gutte tag. Hoc pacto in patriam uix ueniet: tam uix quam ego. Will gerne sehen, ob man Ferinario wird den mantell zerreissen. Saluto D. Pastorem, tuam Sybillam: & utrumque filiolum tibi laetitiam parere opto. Martyri nostro 25. Febr. nascebatur filiola: sed eam Deus ad se reduxit 4. Martij: antea filiolum ex ista coniuge eum suscepisse, credo nosti, qui & ipse superstes non fuit. Saluto etiam fratrem tuum Georgium. Recitaui Martyri nostro historiam uestri agonis: gaudebat de elucescente ueritate & Christi gloria, & de uestro animo: & nos iuuari à Filio Dei ex animo precabatur. Ferinarij bene meminerat. Huic uellem Vratislauiae locum dari, & ab ipso non pertinacius recusari, nisi quid melius habetis. Bene uale. Tig. 10. Mart. Anno. 61.

זבריה

Idem Eidem.

S. Precor ut domus tua feliciter sit aucta, quod si, ut spero, ita factum est, ex animo tibi gratulor, atque opto, ut quem Deus ex te fructum capit, eum simul in coelesti consuetudine com-

plecta-

plectamur. Coetera etiam tibi fausta & salutaria ut sint omnia, praesertim vero animus ad omnia paratus, quo cum te magis magisque indies instrui confidam à Domino, crede mihi mi frater, hac etiam de causa, tanquam minime postrema, meo animo est melius. Nam de meis est omnis sollicitudo mea, nescio quo obrepens, etsi lenitur consolatione hac, quod non minus ac me ipsum scio illos esse in manu & sinu Domini nostri: de me pene nulla est. Et Dei beneficio, quod possit me angere in rebus meis, nihil est, praeter discendi desiderium. Profectionem meam Deus hactenus mihi fortunatam fecit. Plus beneficij mihi praestitit D. Georgius, vir quo haud scio, an multos meliores invenias, quam ego sine pudore potui accipere. In itinere nihil passus est me exponere. Halae septem dies me domi suae detinuit. Gratulor mihi ipsius amicitiam, & charissimum suavitatem conjunctus illius nostri desidero. Non displicuit Hala, praesertim Ecclesiae constitutio, ut in his locis esse potest. Optarim in patria nostra & alibi talem esse, quando ulterius progredi non licet. Ministri sunt quidem non nostrae sententiae: sed tamen vix alibi credo tam mites: paulatim leniente eos D. Laurea, qui perfecit, ut legant libros Martyr. Cal. Bull. Musc. qui & placere ipsis incipiunt, praesertim eruditioribus. Etsi in hac parte nondum accedant eis, tamen à damnationib. & criminationib. abstinent. Laurea familiaris est plaerisque, & quae loquitur, tanquam conferendi gratia dicit, ne illos absterreat. Magis theologicis quam medicis vacat, περὶ συνόριας autem καὶ ἐνδοξίου καὶ ἀυθεξουσίου, facile ipsis nobiscum convenerit, nisi quod aliquanto plus faveant Flacio in ista parte, quam vellem. Cum Laurea agebam, ut videretur minus defendere istam phrasin, pure passive in conversione. Eorum quod cogito summa est haec: In conversione & qualitates novae in mente, volun-

tate

tate & corde, facultates, inclinationes & affectus: & actiones in-
teriores & exteriores innouantur à S. S.o quo ad illas, habemus
nos sane tm passiuè: non possumus enim corda nra ex lapi-
deis facere carnea, quò ad has, actiuè & passiuè: agimur & a-
gimus: operatur in nobis Deus, & nos operamur salutem nrm.
Sic Martyr in Rom. de lib. arb. ait; quod habeamus nos purè
passiuè, quò ad primam S. Si. impressionem. In Corinth. negat
in conuersione uoluntatem se habere tantum passiuè: Nã
ea non tantum in qualitatibus sed etiam actionibus nouis con-
sistit. Scripsit Illyricus contra Responsiones q. in disputatio-
ne Dauidis Voyt, de libero arbitrio. Multa quidem non bn,
siue ex inscitia, siue ex φιλονεικία. Sed summa tamen cau-
sæ non uideo, quomodo ualdè repræhendatur. Præcipua fun-
damenta & argta apparet ex nostrorum libris esse: & quo-
dam loco citat uerba Cal. expressè addito eius noie. Quid
uidetur? Vbi non commodi sunt, istos diris deuouent: ubi
egent ipsorum opera, non dubitant eos allegare. Nostri Leu-
corei ab hac parte dnæ ualdè alieni sunt. Cum Ebero ni-
hil dum loqui potui de quæstionib. de quib. cupiebam eum
audire, propter debilitatem & occupationes eius. Vereor
ut sit durabilis. Sæpè non pt legere & concionari propter
imbecillitatem. Schnikisecas ei reddidi, tuo noie petens,
ut cogitaret illud χαρίζου δὲ τεθνηὸς ἄριστος, & or-
nans uerbis munus nostrum q potueram. Erant ei grati:
iubebat te salutari, & tibi gratias agi diligenter. Confessi-
onem Bezæ tibi dono mitto. Vnicum exm hic restabat:
quod tamen nisi lacerum fuisset, ne ipsum quidem me
expectasset. Legi à te uolo eum libellum diligenter. Cum
institutionem etiam arreperis, habebis quo te oblectes, me
absente. Nobiscum iam sentit etiam senex Froschelius,

quod

quod sanè mirabar, neq; crederem, nisi ex ipsis haberem, qui de illius ore sciunt. De Flacianis nostri non meliora sed atrociora sperant indies. Ienæ nuper excommunicarunt quendam Doctorem Besebeck, quia ab ipsis dissentiret, penè in tumultum re euadente, nisi à quibusdam alijs esset sedata. Rostochio huc ueniet Draconites, etiam ob dissensiones & persecutionem, quam patitur. Plus quam Papisticam tyrannidem affectant, sed quam non obtinebunt. Mater Schrammiana putat Ferinarium non diu abfuturum, ac fortè non ultra mercatum Francofordianum instantem. Saluto eius patrem & tuam uxorem. Vale in Domino. Witebergæ. XXIII. Iulij. Anno 60.

T. רכ״ה

Charissimo fratri Iusto Ionæ uiter prælatos prælato magno, Torgæ, simulq; præposito Witebergensi, & Theologo.

G. V. F. Has literas, mi Iona, siue tu siue alius per te curate ut reddantur Principi: & mihi responsum, quo illos hoies possim sedare, qui putant omnia me posse in aula, cum nihil minus uerum sit. De Doctore Basilio interim dum ibi estis, sed alio quam hoc die, ne Principem obruam, scribam. Tu interim præstrue, præpara, præloquere, præcurre & præsta, ut mollia nobis fiant tempora fandi. Quia ueniens ueniam. De me si quid triste audieris, non facilè credas. Nam hac nocte (quod non memini factum antea à me) dormiui in latere dextro sex horas: cum soleam dormire in sinistro semper, ita fessus eram. Nam præcedenti nocte usq; ad multam diem portaui lapides & ligna in inferno, non in Ægypto. Erat fornax illa non ferrea Ægypti: sed talis quam non licet dicere, ut esse funus mihi uiderer. Sed scribo hæc, ut uideas uerum esse Chrm, esse Regem uirtutis in infirmitate. Et calida cum frigidis, dura cum mollibus, mortem cum uita, pctm cum iustitia, deniq; omnia gria cum grijs regere, temperare &

Compo-

componere potest, pro magnitudine potentiae suae gloriosae. Cui laus
& gloria, Amen. 7. Martij 1531.

D. Martin. Lutherus.

Domino Philippo Melancthoni Erasmus à MinckWitz.

S.D. Si causam huc redeundi nullam habuissem, tamen me tam
longi & difficilis itineris minimè poeniteret, postquam intellexi tibi
reditum meum fuisse gaudio, & te acquievisse aliquantulum me co=
specto, id quod literis tuis, quas heri accepi, humanissimè mihi tri=
buis, de qua erga me praeclara tua voluntate gratias tibi ago, ro=
goque ut me in eorum numero apud te esse permittas, qui te ex to=
to animo syncerè & amant & venerantur. Quantopere autem
Dei gloria, & Ecclesiae iuventutisque studia curae tibi sint, moni=
menta tua atque assidui labores luculenta satis sunt testimonia
quin etiam periculorum, quae tibi rugiens minatur Diabolus,
acerbitas, quae ut effugias, Deum aeternum, Patrem Domini nostri Ie=
su Christi, ardentibus precibus oro. Itaque ad Albim te rediisse sta=
tim ab initio non invitus audivi, deque ea remigratione quid mihi
videatur, & literis & coram tibi exposui, nec muto sententiam, quam
probaturos spero pios & aequos iudices omnes, quibus vera Reli=
gio, & ne studia temerè dissipentur, cordi est. Nam reliquorum
iudicia, aut calumnias potius contemnendas esse censeo, & si=
cubi res postulabit, non deerit tibi hoc in negocio officium meum.
Pro Cardano gratiam tibi habeo, munus est regia munificen=
tia dignum, nosque beatos esse iudico, si in tanta imperiorum con=
versione abesse, & latere in his umbraculis patriae possumus. & opta=
tum sanè erat ut scribis, optimum Principem nostrum non prorsus
contempsisse haec ipsa φιλοσοφήματα, aut paruisse consiliis eo=
rum, qui à hoc doctrinae genere omnino abhorrebant. Nam fortas=
sis pleraque aliter gesta fuissent, & exitum habuissent minus ca=
lamitosum. Sed animadverto hunc esse ordinem rerum, ut quae

his

lis euentus esse debeat, talia etiam consilia arripiantur, ac mitigatio-
nem calamitatum ego à DEO æterno expecto. Bñ & feliciter Vale,
Die 20. Januarij. 1548.

Dn. Philippo Melanchthoni Georg. Cracouius S. D.

Nihil adhuc Clariss. d. præceptor de tractatione negociorum in co-
mitijs scribere possum, propterea quod hactenus nemo Principum huc
uenit. Legati tamen non pauci quotidie nomina sua apud Cancella-
rium Moguntinum pro more profitentur. D. Seldius Vicecancella-
riorum nummis, ut ipse mihi exposuit, accepit ad biennium. Is te a-
manter salutat. Videtur de humanitate & candore suo nihil adhuc
remittere. Ad M. Casparum prolixe se ante mensem scripsisse, mi-
hi commemorauit. Poteris ei per occasionem scribere, ut in officio
eum retineamus. Æquiorem enim eum esse religioni nostræ, quã
D. Ionam, multa non obscura argta & indicia sunt. Cæs. Ma: au-
dit quotidie concionantem Episcopum quendam à Gorcka, hominem
non indoctum & moderatum, satisq. παῤῥησιαστικόν in repræ-
hendendis clericorum libidinib. alijsq. uitijs. Hactenus etiam in
doctrina, erroris nihil prodidit. Expecto aliquam eius de articulo iusti-
ficationis concionem. Multi de eo optime sperant, quod paulatim
Cæsarem à Pontificijs alieniorem redditurus sit. Deus regat eius
Mai: Naturæ enim peruersitatem aut crudelitatem ego quidem
in eo nullam animaduerto, quantum possum φυσιογνωμεῖν,
& ex oratione illius mecum habita conijcere. Papam Epis seue-
rissime interdixisse, ne Cæsari pareant, constans sermo est. Gal-
licis & Anglicis de rebus explorati nihil audio. Vale, raptim Au-
gustæ. 19. Janua: Ao. 1559.

CL. V. D. Casparo Peucero Pho & medico eximio, amico
& fratri suo carissimo, Ioan. Crato. S. D.

Hac hora qua aduentum & abitum Gregorij cognoui, misit ad
me literas tuas M. Adamus XI. Decemb. scriptas. Primum

igitur

igitur quod possum, Deum precor, ut tibi dignitatem istam litera-
riam, quam eruditio, Virtus & industria tua merentur, benignè
fortunet, & d(omi)nam ac meditationes tuas adiuuet. Deindè doleo ni-
hil in tanta temporis angustia & occupationibus meis, quibus hoc
die obruor, à me fieri posse, quo aliquo modo Voluntatem atq(ue) offi-
cium meum tibi probem. Nam cur ipse uenire nequeam, nonne
cesse est prolixè afferre excusationes. Illud est uerissimum, nihil
nihil esse æquè in optatis, ac ut paucis saltem horis uobiscum
esse liceat. De ijs disputationibus, quibus nos putas implicari, pla-
nè conquiescit cogitatio n(ost)ra. Cum amico tanquam mecum sum
collocutus. περὶ τοῦ ῥητοῦ non certant, nisi quod res ipsas non
uident. Nec quid sit κοινωνία, intelligunt: τὸ σῶμα τοῦ κυρίου
ultra nos esse putant. Hi quid aliud, quam ἀποθέωσιν Schwen-
kenfeldianam tuentur. Legi hisce superioribus diebus Dialo-
gos Theodoreti, qui satis erudiunt mediocriter attentum de istis
omnibus, quæ in controuersiam nunc à Theologis uocantur.
Aduentus Imperatoris sub Quadragesimam hic est in expectatio-
ne. Videbimus, quàm fortes sint futuri quidam. Chr(istu)m oro,
ut opt. Imp. gubernet, & nos benignè respiciat. Saluto D. Phi-
lippum. Teq(ue) cum tuis o(mn)ibus felicissimè ualere, & iucundis-
simè hoc in sequenti anno uiuere opto. 20. Decemb.

Dno Philipp. Melanchth. Georg. Cracouius Doct.

S. D. Reuerende D. Præceptor. Cum emendorum librorum
causa, Spira Francofurtum excurrissem, incidi in Huber-
tum nostrum, qui uiuæ mihi epistolæ loco fuit. De statu regni
Gallici alijsq(ue) publicis rebus malo ex illius te, quàm meis lite-
ris cognoscere. Hactenus propter absentiam legatorum Mar-
chionis, negociorum tractationem ordiri nobis non licuit. Ego
propter ædificationem meam nunc quidem non sine fremitu
à uobis absum. ἀλλὰ τὸν δοῦλον δεῖ λέγειν ἀναγκαῖον, ut

iste inquit. Intra biduum solvetur conventus Principum Wormatiæ. Diligenter de valetudine tua sciscitati sunt omnes. Lotaringica vidua hic in vicinia κακὰ βυσσοδομεύει, & habet Consiliarios Petrum Ochsen, & Wilhelmum Grumpachium. Sequana est suis viribus ira. Vale cum tota familia feliciter. È Franco-forto V. Aprilis. Anno. 1560.

Dno Philip. Melanchth. Hiobus Magdeburgus. S.D.

Ignosce mihi pro tua humanitate, Vir clariss. quod & ignotus, & ad te occupatissimum scribam. Etsi n. tua humanitas, qua te collegas meos complecti video, ut audacter iam faciam, quod verecun-dia quadam hactenus à me est prætermissum. Hanc meam au-daciam auget G. Fabricius, ludi nostri Magister, qui me horta-ri non desinit, ut aliquid ad te literarum darem. Ego eius volun-tati diutius repugnare non potui. Siquid igitur à me hac in re peccatur, & meæ id tribues impudentiæ, & Fabricij in te a-mori singulari, qui ut te admiratur & observat, ita alios omnes non amare modo tuas virtutes, sed & suum declarare amorem & benevolentiam cupit. Eum igitur quia tu quoque vehementer amas, magnam spem habeo, te hoc meum studium, & summæ observantiæ declarationem, cuius ipse mihi inprimis autor est, æquo animo probaturum. Quia vero vir clariss. primus ad amicitiam accessus solet esse difficilimus, quo mihi is esset expe-ditior, conscripsi aliquot Versiculos in obitum optimi Viri D. Cruciberi, quibus ego mihi aditum ad tuam notitiam parare volui: quod si fiero consecutus, non me meæ pœnitebit impu-dentiæ. Ego te vir Doctiss. cum cæteris colere atque conservare non desino, Deumque ex animo precor, ut Ecclesiæ hoc turbulentis-simo tempore, te salvum diu incolumemque conservet. Vale. Misenæ ex Schola Principis X. Decemb. An. XLVIII.

Κάτθανε κρουκίγερος, λαμπρὸν φάος αὐτίκ᾽ ἀπέσβη,
εὐσεβέας κραδίας καὶ μέγα πένθος ἔχει.

οὗτος

Οὗτος γὰρ διδαχῆς αὐγῆ πλεῖστους κατέλαμψε,
στήθεα πολλὰ βροτῶν τοῖς ἐνέπλησε φάους.
Φεῦ κυκλὸς στροφερῆς ὀλοῆς θ' ἥ κ' ἔσ' ἀχρεῖος
πυρσῶν τῶνδε θεοῦ μήνιος ἔπει στερέη.
Ἀλλὰ βαθὺ σκότος ὦ φῶς κόσμου Χριστ' ἀπόλεξψαι
φέγγε φρένας, καθαρὸν καὶ σοῦ σῶζε λόγον.

Clarissimo Viro, eruditione & Virtute præstanti Dno
Phil. Melanch. in Academia Witebergensi professori
primario, præceptori & amico suo obseru.

S. Clarissime uir doctrina & uirtute præstans. Aristidem ferunt dixisse, in Areopago, natura & genio loci homines ad Virtutem & pietatem flecti: at ego in uestra schola non tam natura loci, quam tua excellenti doctrina & industria adolescentes ad Virtutem & eruditionem informari credo. Mitto igitur in uestram scholam hos duos pueros mihi ex sorore nepotes, ut tuam iam senescentis q. cygneam uocem audiant, & primis ut te mirentur ab annis. Etsi autem non sum nescius, quanta negociorum mole semper premaris. Fretus tamen beneuolentia erga me tua non dubitaui eos tibi commendare, à teque perofficiose peto, ut eorum studia interdum inspicere, & huic Iosuæ Lago iuueni modesto & docto, quem de tuo consilio eis adiunxi, uiam commonstrare, quam in eis instituendis insistat, non graueris. Ego uicissim pro uirili mea operam dabo, ut hoc beneficium in hominem gratum collocatum esse experiaris. Oro filium Dei, ut te diu Ecclesiæ suæ incolumem seruet. Datæ ex arce nostra Corlin die Iouis post festum Martini. Anno 1555.

Tibi addictiss.

Martinus Dei gratia electus & confirmatus Episcopus Caminensis.

Optimo Viro, Iohanni Ferinario
fri suo carissimo. Witebergæ.

S. In literis tuis, cariss. fr, quas nr Froschouerus attulit, nuncius inua
letudinis tuæ mihi dolorem attulit. Spero autem, sicut opto uehementer
lecturum te hæc, melius iam habentem. Ego felix essem, si modo cum Mar
tyre per ipsius occupationes, quæ hoc tempore ei uariæ fuerunt obie
ctæ, frequentius mihi liceret agere. Iam ab aliquot mensibus ferè ces
sarunt nostra colloquia: etsi ad eum nihilominus aliquoties interea ac
cessi. Itaq; me hac æstate saltem utrunq; quod cupio posse efficere, non
dum uideo quomodo sperem. In mensa esse nec antea licuit, & nunc licet
multò minus. Nam Iulius, quo ille œconomo utebatur commodissimo
in Angliam ad ministerium Ecclæ uocatus est: neq; ministrum talem fa
cilè Martyr inueniet. Itaq; rem familiarem, quantum pt, contrahit.
Conuictores nullos amplius uult habere. Paulus iste Knible Flandrus
qui te resalutat, nunc agens correctorem Froschoueri, postremus apud
eum erat: sed nunc etiam dimissus est. Neq; sanè hoc solicitè ambirem.
Malo enim solus cum solo colloqui. Præterea nisi meum Frisium habe
rem, difficilius multò mihi foret esse Tiguri. Quamprimum n. gusto
uinum Tigurinum, in uentre mihi horrificos tumultus ciet. Biben
dum hoc fuisset etiam apud ipsum Martyrem. Nam Alsaticum nec da
retur solum, nec ego possem ferre. Frisius autem secum sinit me Vito
duranum bibere, quo nullum posset mihi conuenientius dari. Itaq; hæc
satis benè habent, si modo absq; his duobus essent: primum impedimen
tis Martyris, de quibus dixi, deinde metu belli, qui magis magisq; subin
dè gliscit. De rabie quinq; pagorum sat dici non pt. Iam iterum agitan
tur comitia Badenis. Aliud ab eis nri non expectant, quam tumultū
& extrema oīa, quæ & minantur palam, & facerent, si Deus ipsis po
testatem daret. Sed speramus etsi fortè nos benè hoc meritos uellet ca
stigare, non passurum tn, ut pessimi homines furorem & crudelitatem
suam, in tam multis bonis & pijs, quos nobiscum esse & orare non du

bitamus

bitannus, perdendis expleant. Omnes metuunt nos æstatem hanc tranquillam uix habituros. Ora igr nobiscum. In Gallia res bene hnt: passim docetur Eglm liberè & publicè, etiam ipsis Cardinalib. & Epis conciones frequentantibus, ut audiant nimirum aliquid noui. Iam scriptum huc est Lutetia, oes Cardinales, Epos, & spirituales, ut uocant, à tota gubernatione politica, præsertim ab aula remotos esse, & ad sua quemqz se contulisse. A toto autem regno decretum esse, ne Papa quicquam redituum, quos hactenus è regno Gallico magnos habuit posthac accipiat. Concilium demiq. Nationale ipsos meditari iamdudum fortassis audistis. Tuas literas auidissimè expectaui, eoqz magis molestum est, quod illas, quas Borussicis nobilib. te dedisse scribis, nondum uidimus. Postea cum uoles scribere, ad Cratonem mittas. Sic rectissimè accipiam. Quas 10. Martij ad te & Hanisium misi Vratislauiam, iam credo accepistis. Multum temporis perdidi scribendo, dum hic sum, ideò rarius ad te scripsi. Ignosces locorum distantiæ. Compensabimus aliquando uiciniores facti. Te tam facilè dimissum ex Ægypto, non equidem ualdè miror, etsi antehac eram dubius. De me sic existimo, cum præsentes non tenerent, tam procul absentes non attraherent: cum ciuiliores non uideantur ualdè expetere, agrestes quomodo ferrent? Non exulant istinc Vrsi? Fortassis si Veritatem, feritatem inquam, nossent deponere: si altum silentium præstare, si illi Morem gerere. Sed hæccine tu expectas de Vrsis? Sed audi tu: Quid necesse fuit de mea eruditione te fabulas narrare? Visne ut uno uerbo dicam, quid non de tuis tantum, sed quorumcunqz similibus nugationibus sentiam, quomodo eas accipiam aut feram? Si nihil aliud esset, quod me istinc absterreret, uel hæc esset magna caa, cur me aliò duci à DEO peterem, ne cogar audire uestras stolidas, falsas & impudentes laudationes. Ego autem à Cratone sum seductus? Mirum ita nescire hoies, quod scire non nolunt. Audiunt ille ho ex

Aethiopor.

me

me ipso: Ego ne Cratonem, an is me seduxerit: & quando uel unde, quæ
profiteor, didicerim. Sperabam D. Peucerum aliquid boni effecisse: sed
intelligo iam, quam hoc firmum fuerit. Quid facias? aut quid est, cur
esse uelis cum eiusmodi hominibus? Materni uicem doleo: sed animi
tui pietatem & constantiam ei gratulor, & seruari à DEO assiduis uotis
ardenter oro: Weill Ich nicht mehr halten kan. Seriò me ipsius co-
gitatio afficit. De meo autem reditu cogitationem propemodum cogor o-
mittere: quanquam rem DEO iamdudum omnem commisi. Ad Tribunum
nondum scribo. Nam irritabo eum, sat scio, scribendo. Volo enim παῤῥη-
σιάζειν, ut si nesciat, ex absente cognoscat, quid de præsente expectan-
dum esset. Neque res ualde necessaria est: Nam ei quidquid scriberem, co-
ram dixi, non semel: nunciari iussi per Maternum: scripsi ad Redige-
rum & Bucherum. Differo igitur adhuc illam scriptionem, dum quorun-
dam amicorum literas aliunde accipiam. Occasionis enim & argumenti
ad scribendum satis mihi habere nondum uideor. De Heshusio, te ne ho-
minem cordatum & prudentem sic ineptire? aut saltem dum seria a-
gimus & multas tristitiæ causas habemus, tam intempestiuos & insuaues
iocos in amicum torquere. Non uocatus sum ad agendas causas publi-
cas & tantas: neque illæ ab hac fæce hominum ex qua ego sum, agi de-
bent. Non desunt Christi beneficio, qui hæc agant & respondeant Hes-
husio & alijs monstris, ea facultate docendi & scribendi à DEO donati: quam
ego si expectarem uel per somnium, nimium & impudens & delirus essem.
Peccarent Magistratus, si in hac turba scribentium, me quoque libros cacan-
tem, non quamprimum una cum libris suspenderent. Si ullam post hac
epistolam à me uis expectare: So komyt mir mit solchen possen nicht
weider. Caluinus & Beza responderunt Heshusio, das ers nicht leugnen
darff. Fecit idem Boquinus: Sed liber nondum publicatus est. Sturmi-
us etiam Buceri quædam scripta edidit de hac causa, & in præfatione
de Heshusio dixit, quæ tamen nondum uidi. Ante aliquot dies Wingh-
us mihi se daturum dixit Boquini librum, quem laudabat in Martyr:

Sed

Sed nondum uacauit aut legere aut petere. Et tu ut mihi parcatis, à uobis amicis meis non possum impetrare tantillo tempore, quanto hic possum haerere. Studeamus singuli τὰ ἴδια πράττειν: Reliqua à DEO petamus & expectemus: sic nobis dolor lenietur, quem ex rerum perturbatione capimus, & Christus regni sui administrandi & seruandi rationem inuenerit. In hac cogitatione acquiesco, cum certò persuasus sim, etiam gressum & flatum nostrum in manu Domini esse, & ab ipso quocunque uoluerit, dirigi: tu autem rapi ex illius pastoris nostri manu me nulla ratione posse. Has nostras consolationes cur extinctas & sepultas esse Diabolus tanto studio uelit, eò minus miror, quoniam magis indies earum usum, uim & necessitatem experior. Gratias ago DEO, quantas maximas animo possum concipere, quòd te his confirmauit me, quae nisi scirem in hac animi qua sum imbecillitate, quis me esset miserior? Ratiocinationem istam miror te tam procul ad me mittere. Nihil enim noui habet: uel ad quod ipse non possis respondere. Cur igitur praeter necessitatem hoc tempore mihi negocium uales facessere, cuius magnam partem talibus scriptionib. quarum molestia est maxima, usus quem ego uideam, nullus, me perdidisse uehementer doleo. Mirarer & illum hominem ingeniosum tam pueriliter sophisticari, nisi scirem, sic sese dare illos, qui hominib. magis, quàm DEO placere student & sua sententia non mundum modo, sed ipsum Deum se regere existimant. Cur n. hoc non dicam quod eos facere plus nimio manifestum est. Si illis adeò res pulcra uidetur, Domino & Baali seruire, Christum coniungere cum Beliale, mendacia cum Veritate, fruantur hisce suis delicijs. Ego haec adiutare nolo: nec dubito Deum non minus defensorem fore simplicitatis meae & rusticitatis, quàm illorum sapientiae. Dogma Lutheri de corporali praesentia & παρουσίᾳ nec excusandum, nec specie Veritatis palliandum est. Neque n. eius ornatur nomen, si

Responsio ad Ratiocinationem

errata

errata sancti uiri defendant, & mundo magis magisq spectanda & exa[ctu]tienda propinentur: sed potius si praeteritione & confessione modesta tegantur, ut multorum aut pene omnium etiam uetustissimorum & optimorum Doctorum naeui. (Videtur, inquit, loqui durius) imò loquitur falsa, de hac re (Vult eum excusare consensione cum Bucero) sed Bucerum potius accusat, quam Lutherum excusat. Dis ytruigt eins trüstlos voardt. Neguaquam est laudandum Buceri factum, quòd in tanta re assentatus est Luthero: ne uel ab ipso tam inclementer damnaretur, & odiosus fieret Principibus & ciuitatibus. Timiditate peccauit hic, Vir ille inter praecipuos omnino numerandus, & qdē inter paucos. Non illa consensione: sed uerbo Dei standum nobis est. Si uerò seriò nob Bucerum obijciunt, cur non ex ea dna indicant quā Bucerus cum Martyre, Crannero, Latymero, Fagio & alijs professus ē in Anglia, post illas actiones, & conciliationes, quas tentauit in Germania. Fortassis ex istis etiam scriptis, quae nunc primum edita sunt à Sturmio, aliqd de ipsius sntia cognosci poterit. (Nullam uoluit fieri durabilem copulationem corporis cum pane) quasi uerò sit inter nos quaestio, quamdiu corpus Christi ad panem resideat: ac non potius, an ullo momento in pane uel ad panem sit: Imò an siue cum pane, siue sine pane ingrediatur ullo modo nostra corpora. Quare sic ludere nō ueremur contra conscientiam in tantis rebus? Quare non pudet nos effutire tales nugas apud eos, qui rerum fundamenta intelligunt? (Pugnabat tm de uera p[rae]sentia) Cur non addit etiam iste defensor Lutheri, De corporali, qua corpus Christi in terra, in pane, in altari, in manibus, in ore, in corporibus piorum & impiorum, deniq in folijs arborum sit? Quantum putas Lutherus, si uiueret & perstaret in sua sntia, isti suo defensori & conciliatori gratiam haberet? Nos miseros: In Lutherum ne, aut in Chrm baptizati sumus? (Modum plerumq dixit non inquirendum ab hoīe) Quare? quia monstrosum fingebat, contrarium fidei & toti scripturae. Ideoq cum eum

tueri

tueri non posset, inquiri nolebat, sed iubebat homines sanis oculis cæcos
esse. Prolixè nobis recitat Westphali sententiam, ut ab initio scripsi Trans-
substantiationem, quasi res non satis notas, & uolens Westphalum à Lu-
thero distinguere. At ego nihil hic Westphalo tribuisdico, quod ego in
Lutheri libris non legerim. Nisi n. ibi legissem, non fortassis me Lu-
therus in contrariam sententiam ei, quam tuebatur, tam monstrosè
deiecisset. Interea tn̄ uerum est, longius quosdam progredi quàm
Lutherum. Nam realem communicationem idiomatum, quæ est
totius Christianismi euersio, non memini me legere apud Luthe-
rum. (Zwinglius docebat in actione Snti nuda esse symbola
panem & uinum) Mi fr, merebantur ista quandam acrimoniam.
Sed non possum nunc insurgere: quia & curis languet aius, & studeo
me ad lenitatem, quantum possum, flectere. Deniq; cum non sine
difficultate tempus hoc rebus, quæ agendæ essent, subtraham, pauca
potius quàm nihil uolui de ista charta, quam misisti, m̄dere. Vix
tamen reprimo meum dolorem, quem mihi infligunt toties repe-
titæ & refutatæ calumniæ, non tn̄ à recentiorib. sed ab ipso Zwin-
glio & Oecolampadio. Qua fronte nobis dicit de nudis, ut loquun-
tur isti, signis? 1. An unquam negatum est à nris, spiritualem
manducationem Christi fieri in legitimo usu cœnæ? An non ea
fuit semper summa totius certaminis, ut hanc obtinerent, illam
uero corporalem propulsarent? Quo igr ore nuda & uacua sym-
bola nobis obijciunt? 2. An non semper clamatum est, Sacramen-
ta esse, iuxta scripturam, signa, non humana, non pictoria, non
scenica; sed Testamenti: sed fœderis inter Dominum & credentes:
sed Gratiæ Dei. Hæc signa manca uel nuda dicere, id est, cum
quibus res, quarum sunt symbola uel tesseræ, quarum possessio-
ni nos initiant, non contingant credentibus: quid aliud esset, quā
DEUM arguere mendacij, qui nobis pignoribus & tesseris teste-
tur, sedare, quæ non det? An uero sic aliqs nostrorum unquam
docuit?

docuit. 3. Defenderunt se ex professo aduersus hanc uirulentam calumniam Zwinglius & Oecolampadius. Et in primis etiam scriptis, in quibus non instituunt huius mendacij refutationem, mille locis testantur, quam alieni fuerint ab hac sententia. Non uacat mihi nunc sententias aliquas colligere: neque id te necesse est. Zwinglius in commentario de uera & falsa religione (quem mihi nunc forte fortuna ad manus erat) in loco de Eucharistia sic scribit: Sic & hoc loci, Testamentum est mors & sanguis Christi. Instrumentum autem, quo continetur ordo & summa testamenti est hoc Sacramentum. In eo enim commemoramus Christi mortem ac sanguinis effusionem, quidnam nobis boni attulerint: cumque ijs bonis fruimur, gratias Domino Deo habemus pro Testamento, quod nobis gratuito impendit. Aperitur ergo Testamentum & legitur, cum mors Christi annunciatur. Distrahitur Testamentum, cum quisque morte Christi fidit: TUNC ENIM HÆREDITATE FRUITUR. Ibidem: Poculum benedictionis, hoc est, liberalitatis ac munificentiæ Dei, quod benedicimus, id est, quo gratias agimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Hoc est, cum simul bibimus de poculo isto, quod nobis Christus in liberalitatis suæ symbolum dedit, nonne soli isti bibimus, qui communem habemus Testamenti sanguinem? Ibidem: Cum nunc ergo sic congregati essent ad gratulandum & laudandum Dominum, monebantur, ne citra iudicium ederent, uide & ait: Probet autem seipsum homo &c. Qui enim de hoc symbolo ederit, sese probat membrum Ecclesiæ Christi esse: Quocirca ei non licere postmodum ex Idolothytis edere, nec illic accubare, qui in symbolico Christi conuiuio accubuisset: Qui enim hic edant & bibant, unum corpus & unum panem fieri: hoc est: quicunque ad eum usum hic conuenerint, ut mortem Domini annuncient, & symbolicum panem edant, nimirum se probent corpus Christi esse, hoc est, membra eius Ecclesiæ: quod ut unam fidem habet, & eundem symbolicum panem edit: sic est unum

Instrumentum notat diploma

Testamentum dicit bona legata uel donata in fœdere

corpus

corpus & unus panis. Ut sic liqueat, Chrm pane & uino nos uolu,
isse cibare & potare: q quemadm ista ambo ex innumeris, cum granis
aut farinæ atomis, tum uuæ acinis in unum corpus sociantur:
sic nos quoq; in unam fidem ac unum corpus COEAMUS. Hæc
ille. Et ad huc dicimus de uacuis signis? Nec metuimus DEUM
ultorem fore tam malitiosæ sophisticæ. ǂ. Sed nihil opus est alijs
probationibus: Ipsa enim, ista q tmuis acuta sibi uidentur nouacu,
la, suam aciem retundit: dum fateri cogitur, summam dnæ no,
strorum de usu Smtorum esse, quod p ea Chrs sit efficax ad fidei
confirmationem. Nam si hæc symbola testimonium phibent no,
stræ fidei: quomo sunt inania seu uacua? Quid enim est fidem
signis confirmare, nisi signis testari, nos accipe re uera, quæ in
Xpto promittuntur, bnficia omnia? Si autem signa sunt inania
÷ res promissas seu significatas coniunctas non hntia, an non
erit mendax, q ea nobis loqtur seu testificatur se dare q non det?
Quomodo igr non pugnat secum iste noster, q ait nos docere, quod
Smtis fides confirmetur, & q sint inania signa? Infige aio hanc
sntiam: quia et in seqentibus nobis usui erit: Plus exprimit,
q dicit, signis confirmari nos de rerum pceptione, quam q dicit:
cum signis res pcipi. Hic enim beneficium Dei commemorat, q
in usu & extra usum signorum nobis contingit credentibus: ille
uero & hoc necessario, ut iam ostensum est, complectitur, & USUM
SIGNORUM simul comprendit, utlt, q in Smtis non tm res, sed
etiam earum tesseras & pignora accipiamus, atq; ita maiorem
earum fiduciam, & liberaliorem exhibitionem expectamus. C Z
Zwinglio seiungit Caluinum) nimirum eodem acumine, quo
Westphalum à Luthero. Quorsum igr est editus consensus Gene,
uensium & Tigurinorum? Omitto hic, quod Caluini sntiam re,
citans non meminit communicationis meriti Chri. (q fundamen,

tum

tum ē aliorum) sed tm̄ personæ & proprietatum. (Fundamentum, inqt, est, C̄hrm̄ loquutum esse tropice, ut uitentur absurda) Rectè quidem: dum modo intelligantur absurda q̄ pugnant cum Verbo Dei & regula fidei: & huic fundamento addatur Expositio Christi & Pauli: Et dn̄a ac forma loquendi scripturæ de S̄mtis: & consensus ueteris Ecclæ. (Stenkfeldianos ait non loqui incommodè de efficacia) Non intelligo de cuius efficacia loquatur, Christi ne, an Sacramentorum. De utraq̄ autem malè loquuntur Stenckfeldiani. Effectus enim Christi & S̄ S̄ti in nobis ꝙ nouitatem dn̄t esse meras spiritualer essentias, eiusdem n̄tæ & essentiæ cum ipso Sp̄ru Sancto: nequaq̄ esse qualitates uel motus creatos. S̄mtorꝫ uerò & totius ministerij cum audiunt effectum esse confirmationem fidei, cœlum & terram aduersus nos implent clamoribus. Sed danda est uenia bono huic Aristarcho. Den Stenkfeldt ist Ihm nicht in die haar gefallen wie mir. (Verum addunt confusionem Eutychetis) Westphalus, Brentius, Luterus, & qui cum his s̄nt eandem addunt. Quamuis enim Stenckfeldiani ineptas quasdam phrases & noua nomina adiungat, s̄ntiam tamen eandem esse, & ijsdem uerbis quandoq̄ ab utrisq̄ efferri, facile & in promptu esset monstrare. Sic enim iam loquutus est Brentius in recenti scripto: Die Menscheitt Christi muss sein, Das Gott ist, das solst nimmermehr: darnach will er denn beschissnen schlter umbkehren, addens glossam: Wesentlich kan sie nicht Gott sein: Doch muss sie zum wenigsten persönlich Gott sein. Qualia sunt hæc monstra? Quid autem est realis Cōicatio idiomatum, nisi lama teterrima & Arianismo & Eutychianismo conflata? (Quoties igr̄ sumuntur hæc symbola, inquit, non q̄dem ꝑ ea op̄ari DEUM.) Hoc facit, ut magis dubitem, an de Sacramentorum efficacia supra dixerit, eos benè loqui. Nam q̄ ne-

gant

gant per se fidei incrementum operari S. Sm, non equidem bene de
horum usu loquuntur. Excipio hic, ne quis nos cavilletur, eos qui
pugnant contra vim divinam Sntis vel infusam vel alligatam.
Sunt n. instrumenta DEI arbitraria. (Sed nos admoneri, ut cor,
da sursum, ut dnt. sublevantes) Quare inseruit istud, ut dicunt?
An Stenkfeltiani tm hoc dnt? An non ex veteris Eccle more
etiam ipsi nobiscum dicunt, Sursum corda! Quid si nos pungere
voluisset: quod Chrm non in pane: sed sursum in coelis corpora,
liter praesentem aio cogitandum & adorandum esse dicimus? So,
lent hoc exagitare non pauci: Quia Diabolus nihil fert impatien,
tius, quam si homines audiat animos ad cogitationem coelestium
rerum erigere, quae sursum sunt cogitare. Obiter hic admoneo
nos in hac Stenckfeldianorum sententia duo desiderare. Primum
quod non concedunt, esum panis legitimum esse concionem de
pastu qui fit corpore Christi, qua Deus tanquam de coelo nobis loquens
nobis hanc promittat & confirmet. Item, qui una cum Lutero cor,
pus Chri sic volunt nobis esse cibum, ut non secus ac divinitus in,
tra nos existat, habitet atq. operetur. (Modus Pontificiorum con,
tinet horribile chaos impietatum) (Stenckfeldiana vocat deliria)
At nos dicimus Pontificiorum, Stenkfeldianorum & Westphali,
corum hoium eandem esse dnm. Nam abiectio crustulae panis
est minima pars mendaciorum Papisticorum, quamvis & ipsa p
se magna sit. Aliud est Essentia, aliud panis in corpus praesens
transmutatio. De praesentia autem & manducatione, in quib.
res sita est, etsi verbis nonnihil diversis omnes isti idem docet.
Hoc istum bonum Examinatorem opinionum, non tam non vide,
re, quam nolle videre conjicio (Sublata ubiqtate fundamentum

scholae

scholasticorum sublatum est) Adde & Stenckfeldij & Luteri & Brentij: (Westphalus hæc defendit absurda) Et Luterus, & qui cum eo sentiunt, eadem defendunt. Extant omnia in Luteri scriptis. Adorationem etiam Westphalus non tantum relinquit liberam: sed cum urgeretur, palam defendit, ut uidere est in prolixo eius commentario, Apologia contra Cal. (Caluinus doctissime & dulcissime de uero fructu cœnæ loquitur) Quod exordium dedit aduenienti? Si de usu tam bene loquitur, quid igitur desideratis? An aliquid de substantia cœnæ? Soll man eins gastetten backen? Audiamus igitur. (Hoc desideratur, quod copulam in uerbis cœnæ contendit non posse ὑπαρκτικῶς: uerum solum per Metonymiam intelligi) Vmb wunders willen: Das wollen gewaltige linguisten, Philosophi, vndt Theologi sein, vndt kommen also geritten. Quid est copulam intelligi ὑπαρκτικῶς, nisi per prædicatum in propositione declarari essentiam subiecti? Ut. Christus est DEUS: Christus est homo: Homo est animal, Tristitia est Virtus. Dum igitur non fatentur essentiam corporis esse essentiam panis, quid sophisticantur de copula sumenda ὑπαρκτικῶς? (Atque ita non extat in scriptis ipsius hæc propositio, Christus est in Sacramento cœnæ substantialiter) Ad hanc improbitatem non necesse est me uidere: lege commentarium in Corinth: Instit: & alia. Non tantum ipse: sed & plærique alij sic loquuntur Christum adesse suis, & communicari in cœna substantialiter: sed non sine recta declaratione. Cur autem urgent isti examinatores tantopere istam propositionem? Quia commoda est ipsorum latebris. Nos autem lucem non fugimus: ideo studemus simpliciter, perspicue & sine ambiguitate loqui (Lutherum di-

cimus

rimus commodius sensisse, quam interdum loquutum esse)
Eat igr nouus iste interpres Lutheri ad Westphalum, Morli-
num, Hesshusium, & reliquos horum socios, ac psuadeat eis Lu-
terum sic sensisse, ut ipse eum conatur interpraetari. (& phra
ses ipsius prudenter esse mitigandas) Disce Ferinari prudenti-
am esse, conciliare falsa cum ueris, ut homines non intelligat
utram partem probes: & ueritatem uelle dicere mentiendo
phrasibus, quae tam ex autoris, qui eas genuit mente, quã
sua natura falsum sonant: quantumuis magnam rectarum
loquutionum copiam habeas. (In dictis scripturae semper est
retinendum τὸ ῥητόν, nisi ubi manifesta absurditas nos cogit
recurrere ad commodam interptationem) Quid est ex eodem
ore calidum & frigidum efflare: si hoc non est? Ipse infra co-
gitur per synecdochen se expedire: & tn uideri uult τὸ ῥητὸν
tueri, quasi expositio per synecdochen non sit tropica. Non igr
hic pt seruari τὸ ῥητόν: Ex ipsius testimonio. I. Quia pare-
ret absurditates manifestas. II. Quia ipse per tropum expo-
nit. (Dicta fundamenti pspicue & proprie prolata sunt) Ego
sum panis uitae, qui edit me, uiuet in aeternum: Ego sum pa-
stor, uitis, ostium. An non sunt dicta fundamenti? Saepe
sunt caae, quare etiam fundamentum efferatur figurate: idq;
non obscurandi, sed p figuram illustrandi gratia. Potest n.
aliquid figurate & tn perspicue dici. (simplicissime igr & ut
sonant, quantum fieri potest, ista uerba accipi necesse est) Simplicitas
ista & sensus, quem signt uerba, non ex nostra sptia: sed ex uer-
bo Dei debet peti. Simplex est maxime, quod & minime ambiguũ
est, & ad rei ntam, de qua agitur, proxime accedit. Hoc autem nõ
nra: sed scripturae & uetustatis explicatio: contrarium uestra facit:

in qua

in qua cothurnati & ambidextri dum incedistis, Orci galea tecti, a nobis uideremini. (Quare existimandum est) Quis non existimet, cum sic pronunciatum sit à sublissimis examinatoribus? (Hanc uerborum esse sententiam: Christum in hac sancta actione adesse substantialiter) Nos autem non ex nostra Ratiocinatione: sed ex Verbo Dei dicimus, propter grassantes errores, quos iste noster supra horribiles & execrandas impietates nominauit, necessariò hic addi debere: secundum naturam humanam, manens tamen in cœlo. Sursum: non in terra, in pane: Hoc ubi expressum est, consequitur præsentiam & manducationem corporis esse spiritualem: & uerba hæc, Adesse, præsentem esse etc. nihil aliud significare, quam offerre se manducandum per fidem seu spiritum. Nisi enim hæc declaratio addatur, quomodo intelliget miser populus, præsertim imbutus malis opinionibus, quid sit corpus Christi substantialiter adesse in cœna, & tamen non in terra, sed tantum in cœlo esse? Nam certè adesse, si propriè loquamur, significat in eodem loco esse cum eo, cui quid adesse dicitur. Hac igitur phrasi apud imperitos quomodo aliquis piè utetur, nisi hanc declarationem disertè addat? Christi corpus in cœna adesse substantialiter, id est, in cœlesti loco manens, nobis in terra per fidem & spiritum communicari & edendum offerri, dum uidelicet, fides nostra in cœlo illud amplectitur, & idem in ipso & in nobis spiritus habitans inuicem nos coniungit. (Declarat per similem propositionem: Columba est Spiritus Sanctus:) Hic prodit se istorum hominum institutum, quod est excusso populum suspendere naso: abdere se in latebras Verborum, ut inter sentientes contraria, utrique secum eos sentire existimet. Verbis ist Summa Summarum etc. Dico autem esse dissimilitudinem in his duab. propositionib: Columba est Spiritus Sanctus: & Panis est corpus Christi, quam noster iste dissimulat, plus quam Cretico, Curetico uolebam dicere, tinnitu, uagitum Iouis infantis occultare studens, ne deuoretur à Saturno. Dissimilitudo inquam hæc est: quod Columba testatur Spiritum Sanctum adesse

substantialiter

substantialiter in loco illo, ubi columba conspiciebatur: ibiq. efficacem esse: Panis autem nequaquam testatur Corpus Christi in eodem loco adesse; ubi Panis est: sed tm à nobis per fidem edi: sicut panis ore corporis editur: illud ad æternæ, hic ad temporalis uitæ sustentationē. Hoc discrimen non occultandum est: sed hoc agunt isti: ut homines suspicentur hæc audientes, eodem modo ab ipsis præsens cum pane statui corpus Christi, sicut cum Columba S. Sm. Hæc est illa synecdoche, quæ tantopere ipsis arridet: non inquam συνεκδοχή corporis cum pane: sed Veritatis cum mendacio. Sed λογομαχεῖν non est nrm. Ableganius igr certamen hoc de nominib. uel metaphoræ, uel ἀλλοιώσεως, uel μετονυμίας, uel synecdoches, ad Grammaticos. Nam hæc nihil ad populum, cui res ipsas fida simplicitate proponi oportet. Non inquam contendo de his nominib: non enim tanti sunt momenti, ut nobis obesse possint: sed tamen ab istis acutis disputatorib. & sententiarum examinatoribus nondum uel ratiocinatione uel doctorum artis Grammaticæ scriptorum testimonio probatum ē: Quando signi & signati noīa permutantur, synecdochen hoc potius quàm Metonymiam uel etiam Metaphoram esse. (Ita: Panis est corpus, sgt, cum ista corporali specie panis uerè & substantialiter adesse Chrm) Hic magis ostendunt studium fallendi miseros homines. Si enim Ita significatur adesse Corpus Christi cum pane, ut cum Columba S. Sp. An non docetur his uerbis Luteri sententia? Erit enim corpus ubi panis est, sicut S. Sus, ubi columba erat. Das soll kunst sein. Dicit etiam adesse Chrm, ut si interrogetur ab aliquo sibi metuente à Zwinglianismo, sit ne illi uerbum adesse idem qd ibi esse, ubi panis est, possit hoc affirmare: sibi interea in sinu per communicationem idiomatum satisfaciens, de qua ille miser nihil cogitat. ὢ δόλια ἐσκευάματα πάντα πέριξ. Etsi autem toty Chrs est cibus uitæ: tamen non dixit. Hoc sum ego: sed, Hoc est

corpus

corpus meum: Hic est sanguis meus. Corporis enim fractionem & esum nobis commendare & inculcare voluit. Ut igitur glossa textui respondeat: sic istis dicendum erit: Cum ista corporali specie panis verè & substantialiter adest corpus Christi: Consulat autem quisque suam conscientiam, quid ex his verbis intelligant simplices. Scio quae possint adhiberi βοήθεια φάρμακα: cum significare non locum sed tempus: adesse idem esse quod offerri & manducari per fidem. Sed cur utemur loquutionib. quae tam contortis expositionibus, ut saltem tolerari possint, corrigendae sunt, cum res tot modis proprie & simpliciter dici possit? Hoc non est ὀρθοποδεῖν πρὸς τὴν ἀλήθειαν: Sed iam breviter tandem venio ad id quod est caput disputationis: Horum verborum: Hoc est corpus: rectior ne sit & plenior expositio ista: Cum pane substantialiter adest corpus: An vero haec: Panis est signum, ut sit corpus? At tamen revoco te ad illud quod supra te meminisse iubebam, plus dici, cum signa testificari de perceptione rerum, quam quando res accipi cum signis docentur. Haec est vero firma & plana, quare nostra expositio sit potior, & magis populum erudiat & consoletur. Omitto iam quod huic formae. Cum pane substantialiter adest: adhaerent multae sordes, de quibus iam dixi. Sed has illis condonemus, & accipiamus sanè Verbum adesse, pro offerri & communicari: quod si dixissent, multo tolerabiliores essent. Etsi autem sic dicas: tamen hoc tantum doces, quid credentibus contingat, vel donetur eo tempore, quo utuntur Sacramentis. Dico autem id non sufficere: sed cum de Sacramentis agitur: non tantum explicandum esse, quid ibi rerum accipiatur: sed simul docendum, in quem usum Deus addiderit symbola seu res externas. Id qui nescit, quantum scit de Sacramentis? quomodo intelliget, quid faciat Sacramentis utens? Non igitur tantum doceri oportet homines, & scire Ecclesiam, quid credentes sive

in usu

in usu, siue extra usum signorum accipiant, quid sit illud quod no-
bis communicetur per fidem in cœna: sed etiam quid sit, quid si- „
bi velit panis & eius fractio & esus? Hæc q̃stio non soluitur isto „
rum expositione. Ad hanc igitur nobis respondeant. Nemo est enim „
q cum audit in cœna nobis communicari spiritualiter Chrm, non
statim quærat, ut etiam quæri Deus uult, Cur igr iussit Deus pa-
nem edi? An non Chrm edimus quocunq; tempore in nobis fides
est? Da gehörtt ein gutte starcke Zwinglische responsio her,
qua DEUS apud Mosen & Prophetas, qua & Paulus utitur, & cu-
his tota uetus Eccta: Est signum est σφραγίς: significat nos
esse membra Christi, eo uesci: & nos ad gratiarum actionem ex-
citat: In summa, ut uno uerbo simplicissime & planissime ac
maxime populariter tram uniuersam de Sntis complectar: St
conciones uisibiles, quas DEUS habet quasi de cœlo ad singulos
utentes, quibus pinde ut concione audibili nos docet, quid no-
bis donet, ac pinde eadem fide illas oportet accipi. Postea se-
quuntur usus alij. Sententiam hanc, Res credentibus farieu
signis, scimus sane ueram & necessariam esse. Hæc enim est pro-
missio Gratiæ, quæ addita ritibus facit, ut sint signa gratiæ.
Sed etiam necessaria est altera, quæ USUM SIGNORUM docet,
udt, Res externas significare quod Deus re uera exhibeat
inuisibilia bona credentibus. Atq; in hac sntia comphendi illa
priorem (udt, res simul accipi) supra tibi ostendi. Illa uero
hanc non complectitur: & cum de Panis & Vini & aquæ
officio homines docendi sunt, uelint nolint, istis Examina-
toribus tandem ad nos accedendum est, ac fatendum, has „
res uerba uisibilia esse. Si modo sani qdq; dicere uoluerint.

Das merck hans

Vides

Vides iam, quare semper inculcauerim, Verba ista, Hoc est corpus, esse promissionem gratiæ, videlicet, quia eam includunt & complectuntur, nimirum, edentes panem in fide, vesci corpore Christi: Quia Christus hoc visibili signo testari illud voluit, qui testimonium de sua erga nos voluntate mendax non perhibet. Vides item, quare hanc sententiam: Panis est symbolum corporis, vel significat corpus, non tantum pleniorem esse dicam, quam illa: Cum pane corpus editur: sed etiam necessariam, videlicet, quia non tantum res cum signis docet percipi, sed etiam quare huic perceptioni Deus ista signa addiderit, videlicet ut de ea doceant, concionentur, testentur. Iam autem quærimus, in his Verbis: Panis est corpus meum, voluit ne Christus tantum docere, quid nobis in ritu coenæ communiret, An verò etiam tradere, quid panis iste sibi velit? Certè utrumque: Et hoc præcipuè: Postquam enim dixit: Accipite, edite: subijcit rationem huius præcepti, quo doceat, quare accipiendum & edendum sit: Quia est corpus meum id est quia symbolum vobis erit huius alimenti, de quo vos hactenus docui. Si igitur USUM ET FRUCTUM Coenæ volumus explicare, ob man also sur die lange verill, ut tempus interea fallamus, dum spiritualiter Christum edimus, oder warumb die Ceremoniam helt. Fateri necesse est cum veterib: Panem esse corpus non ὑπαρχτικῶς: sed symbolικῶς, significatiuè, id est sicut signum est res significata: ut ibi: Sic nos in sceptra reponis, pro, in regna. Vt magis videas, quam turpiter se det, rem sic considera: Vbi copula ponitur ὑπαρχτικῶς, ibi propriè intelligitur poni in sua significatione, non pro alio quopiam Verbo. Ideoque, nec in aliud verbum, quando propositio exponitur, mutanda est. Hic autem ~~[illegible]~~ Noster exponit eam per hanc periphrasin, A-

desse

desse cum altero substantialiter. Multum autem differunt, aliquid esse & cum aliquo adesse. Quomodo igitur ponitur ὑπαρκτικῶς? Quomodo sibi constat, dum uidetur sibi acutissime & sapientissime ratiocinari? Copulam ὑπαρκτικῶς sumi, quid est aliud, nisi sic sumi, ut significet τόδε ὑπάρχειν τόδε τι. Similis ratio est in illa: Columba est Spiritus sanctus. Etsi enim & illic uera est haec sententia: Cum Columba adest Spiritus sanctus: tamen non est sufficiens declaratio: Adhuc enim restat quaestio: Quid Columba sit, cur illa appareat. Huc respondere quid possumus? nisi eam esse signum seu testimonium illius praesentiae. Denique audiemus quomodo Copulam ὑπαρκτικῶς exponat in illis: Sanguis est Nouum Testamentum: Panis est κοινωνία. Sed quid multis est opus? Cur non sequimur expositionem, quam DEUS sua uoce pronunciat. Circumcisio est foedus, id est, signum est foederis: Sabbathum est sanctificatio uestra, id est signum inter me & uos, quod sanctificem uos. Agnus est transitus, id est erit uobis in signum. An nos eo sapientiores sumus, & melius sermonem eius intelligimus, quam ipse? (Si quis operosius quaerit, qualis sit haec praesentia, indico eum litem mouere, quae citra periculum fidei possit omitti) Lieber ists war? Vergott Ihr man möcht euch in die karten sehen. An membra Christi non debent quaerere, quae sit ipsorum societas & coniunctio cum suo capite? An horribilium Idolorum, & impiarum opinionum fermentum non est operosius expurgandum? An hoc uobis est lites non necessarias mouere? An sine periculo fidei relinquemus in medio: num Christus uere

in coelum

in coelum naturam humanam sustulerit, an uero inuisibilem factam in terris reliquerit? an communicatio Idiomatum realis sit aliqd, nec ne? An pter esum Chri spiritualem sit alius, nec ne? An Ad panem Chrs adorandus sit, nec ne? An à DEo petenda & expectanda sit Remissio pctorum, & uita &c. Chrm hic ubi panis est, in altari, in manibus existentem? An in Sactis alia bona dentur certe, quam extra Sacramenta p fidem? De his errare uel dubitare, quibus leue uidetur, quam serio ament Chrm, & eius gloriam, tibi existimandum relinquo, nolo enim ipse aliqd dicere, ne dolor mi aliquid quod nolim, extorqueat. (Potius gram, quid sit in homine) Si hoc est quaerendum: Ergo, ne frustra quaeratur, diserte & ingenue exprimatur, Corpus Christi non esse in hominibus: ideoq, neq cum pane, neq alias ingredi intra cuiusq corpus uel animam. Iterum igr hic secum pugnat. (Praesentiam corporalem ait pugnare cum duobus articulis, de duabus naturis & de ascensione) Ist sermo z gutt, dz unser Examinator uns so gnädig ist, und ein Ermerott redt. Etiam cum alijs partibus dna pugnat. Cum gnali Dna de Sacramentis: Cum hisipsis uerbis: Hoc est corpus: quae sunt instituti Sacramenti, & per consequens Ritui addunt promissionem Gratiae, cum uerborum expositione à Chro & Paulo prolata: cum dna de communicatione Sanctorum cum Chro: cum uera Christi adoratione & cultu noui Tmti. Et si non desinunt aduersarij nos urgere cum unico sacrificio Christi. Nam si est in manibus, in altari: non tm licet: sed necesse est propter hunc existentem petere à Deo bona: hic Deo monstrandus est fide & inuocatione, quia inter adorandum & credendum de ipso quae oportet, & expe-

ctandum

ctandum bona ppt ipm, necesse est animo complecti hanc cir-
cumstantiam, quod ad hunc panem sit (siquidem ad eum est)
Monstrare autem pri Chrm in manibus nris, ea est oblatio,
quam nunc defendunt Pontificij Sophistæ. Nunquam uolui
Camarinam hanc mouere: putaui enim, cum alia satis multa
appeterent, non opus esse huc usque progredi, ne magis de no-
stris fratribus triumphent Papistæ. Sed Gallus attigit hoc in
sua contra Philomelam crocitatione. Werden sie diesen dreck
rhüren, so sehen sie zu, dz er jhnen nicht in die Nasen stin-
cke. Possent hic arripi magnifice. Sed neque te uolo hoc moue-
re: tantum paucis attigi, ppt Galli scriptum (Ait Oecolampadi-
um & Zwinglium sic loqui solitos esse, ac si hæc Ceremonia
esset repræsentatio Chri absentis: sicut Roscius in scena refert
Agamemnonem.) Nolo te hic mea aliqua querela irritare,
cum te quoque sciam ζηλωτὴν τῷ κυρίῳ. Tm hoc uelim ut ratio-
cinetur & examinet, quomodo hæc verba conueniant cum
ijs quæ paulo ante scripsit, Zwinglium docuisse, quod Chrs
p symbola hæc sit efficax ad confirmationem fidei. Quarum
rerum fidem in nobis igr per ea confirmat? An non earum
quas ipsa symbola signt, seu figurant? Si igr hæc non pstat
nobis Chrs, an non illuderet nos? Quomodo igr hæc inter se
congruunt? symbola obsignare promissionem Euangelij, &
esse repræsentationem, qualis est Agamemnonis in scena? Vix
me continerem, nisi scirem te tua sponte calere. An non sem-
p clamatum est, esse SIGNA gratiæ CHRI? An igr uel
Chrs uel pij hic Agamemnonem agunt? An Roscianam
actionem docet Zwinglius, in his locis, quos supra annota-
ui &

* O impudentissime sophista, & vanissime Hypocrita. Ubi hoc dixit Zwing & oecol. Est ne larua Roscij 1 diploma, sigillum, tessera, symbolum. 2 signum testificans vel confirmans aliquid 2 signum diuinum 3 signum gratiae 4 organon sp sancti? Ut taceam nunc alios sacramenti fines.

ui, & in mille alijs similibus & etiam clarioribus. præsertim autem apud Oecolampadium quod non extet, nihil inueni apud recentiores, etsi ab his, ut qui tot tantaque uolumina scripserint, prolixius & sæpius omnia repeti & inculcari oportuerit. Sed hinc me auerto. Nos ut hoc exemplo discemus, quanta & quam uenenata sit superbia hypocritarum & sophistarum, qui plus ipso Deo se putant sapere, suaque sapientia omnia se moderari, non dubitant pronunciare etiam de summis uiris, qualis omnino fuit Oecolampadius, eorumque pro libitu tractare, etiamsi nihil eorum unquam uiderint aut cognouerint, & quod deterrimum est, contra conscientiam calumniantur eos, quos erroris non possunt conuincere, partim ut assentando gratiam hominum retineant, partim (quod caput est) ne cuiusquam sententiæ cessisse, ne unquam errasse, sed semper omnia sciuisse & melius omnibus hominibus scire uideantur. Nam piaculum apud eos maius nullum est, quàm errorem fateri. Ego uerò ingenuè & libere pleno ore coram omnibus creaturis fateor & proclamo, me errasse toto cœlo, idolatriis & alijs falsis opinionibus Christum, & ipsius membra affecisse iniurijs & contumelijs, quanquam per ignorantiam: nunc autem ad meliorem mentem redijsse, per Christi gratiam & misericordiam. (Aliam & nobiliorem præsentiam Christi dixit esse in cœna, quàm alijs temporibus) Non minus ineptè & cauillatoriè, quàm prolixè hic nugatur & sibi ipsi contradixit. Primum enim ipse fatetur eandem hic esse præsentiam et efficaciam (Nam præsentiam non essentia sed efficacia discerni paulò post ipse dixit) non autem nisi gradibus differre: non igitur est noua seu alia. Secundo cum istam aliam præsentiam explicat, quasi omnibus alijs hominibus inauditam, nullam recitat partem, quæ non semper contingat credentibus etiam extra illud momentum, quo Symbolis utuntur. Tertiò, eadem offeruntur in uerbo audibili & uisibili: Ergo eadem accipiuntur. Quartò

maior

maior est necessitas & dignitas Verbi, quàm signorum. Imò si-
gnorum sine uerbo nullus esset usus: Non igr horum est maior
Vis. Chrs pdicabat ipse, baptizandi officium discipulis manda-
bat: Paulus dixit se non ad baptizandum, sed ad Euangelizan-
dum esse missum. Quintò, non fruuntur alia uel nobiliori
præsentia & κοινωνίᾳ Christi, qui cum sint pij, aliqua tn
necessitate priuantur usu Smtorx, quàm qui his utuntur sæ-
pissime. Sextò, omnes experimur, dona & efficaciam Chri
sæpè magis in nobis uigere alijs temporib. quàm in ipso Smtorx
usu. Omnes n. cum multiplici indignitate illis utimur, nō
sic excitantes, ut debebamus, fidem & pietatem. Non igr alia
præsentia uel κοινωνία Christi fit in cœna: sed eadem con-
firmatur, quæ semp fit cum credimus & Smtorum pceptorx
recordamur: Addimus, Smtorx non esse Gram uel ullam
eius partem confirmare: sed fide acceptam confirmare. Non
igr alia dona, sed de acceptis tmonium hic accipitur. Quod
dixit de maiori gradu effectuum, id non nisi ex fide pendet,
pro cuius incremento uel decremento dona SSi. in nobis
crescunt uel decrescunt. Non autem est uniuersale, ut fi-
des magis luceat in ipso usu Smtorx, quàm aliâs, etsi debe-
bat potissimum tunc ardere. Sed neq. hoc efficit diuersum
præsentiæ genus. (Fingit nouam pbrasin: quoties Deus se
alligauit ad rem corporalem) Quis ita loquitur est? Ubi
Scriptura hoc docet?) Nos quidem alligat ministerio: ipse au-
tem huic alligatus non est, quia eo liberrimè utitur, & per il-
lud operatur, nec semp nec eodem modo in omnibus: sed in
quibus, & quando, & quantum uult. Hæc autem sntia scio
quòd odiosa sit inflatis Theologis, quibus nullum aliud stu-

dium

studium est, quàm ut pro Dijs habeantur: ideò idolatricas & magicas opiniones fingunt, & mordicus tuentur, quamvis reclamante & Verbo Dei, & experientia quotidiana. Cmomentum omne in eo collocat, quod ait, Deum hic uelle magis efficacem esse per signa, quàm per uocem Evangelij. Operatur quidem DEUS salutem nostram & fidem per partes & gradus: Sed inde non sequitur in alio organo magis præsentem uel efficacem esse, quàm in alio, magis in posteriori, quàm in priori. Imò Verbo tribuitur ipsa conuersio & fides: Sacramentis tamen huius incrementum & confirmatio. Sic tamen ut eadem etiam Verbo tribuatur. Nec ideò quæri iuste potest: Quorsum igitur Sacramenta? Nam infirmitas nostra multis adminiculis & fulcris indiget. Postea sunt etiam alij Sacramentorum fines. Summam ipsius itaque rationem dico: DEUS dicitur præsens, ubi aliquid efficit. Sed per Verbum & Sacramenta idem in nobis efficit. Ergo eadem utrobique est præsentia in toto ministerio, quam dicimus præsentiam specialem in Sanctis in hac uita. Hanc si isti subtiles examinatores in alias species uolunt subdiuidere, fruantur suo acumine; nobis crassis hominibus non uacat ipsis auscultare. Quod de Propitiatorio affert, contra ipsum potius facit. Nam ligneo propitiatorio aderat DEUS tantum præsentia uniuersali: neque alligauerat se ad illud. Sic enim omnes hypocritæ ibi adorantes exaudiendi fuissent: sed populum ad illud mandato alligauerat, & pijs ibi adorantib. promiserat se affuturum speciali sua præsentia & auxilio. Tandem formam suam commendat, ut piam, ueterem & necessariam. De pietate non dicam: Etsi quando Veritatis dissimulandæ causa usurpatur, quomodo sit pia, tu uideas. Vetustatem huius loquutionis: Corpus Christi cum pane substantialiter præsens est, e

scriptura

"esse, efficaciam propiorem esse" Sed probet, Deum magis uelle efficacem"

scriptura & ueteribus nondum ondit. Necessitatem eius ta-
lem esse, ut ea melius careamus, ex ijs quae prius dixi apparet.
(De impijs agens, promissionem coem facit toti gni humano)
Ego, ut ad omnes, sic ad solos credentes eam ptinere dico.
(Sommium de manducatione corporali Impiorum ruit, euer-
sa ubiqtate) ruit etiam piorum corporalis manducatio. (Si
Caluini Eccta admoneretur, nihil dubitat secum consensura)
Miseras Ecctas, q hic spus ratiocinator non dudum prodijt, ut
uindicatae essent ab erroribus, in quibus haerent. Mi frqua
uehementer mi dolet intolerabilis supbia. Ne autem nihil
uideatur egisse, & si hac non pot, alia uia vexet se meliares
nunc etiam Emendatorem incipit agere. Utinam agnosce-
ret, se non dextre explicare: sed inuoluere sophismatibus ve-
ritatem, nec illorum quos carpit nimium futiliter. sed isto-
rum, qui nobis aduersantur Papisticas & Pelagianas opi-
niones esse emendandas. (Propositio: Salus à Sintis non
pendet; est ambigua) Non est ambigua. Pendere enim salu-
tem à re aliqua, quid est aliqd, quam salutem sine illa sim-
pliciter seu nullo modo posse cuiquam contingere, tantum
abest, ut sit falsa. Ipse debebat suam ambiguitatem, in sbtali
praesentia cum pane, agnoscere & emendare. (Probat salu-
tem ab eis pendere: Quia sint organa, per qua colligit
Eccta, p qua Deus opatur.) Sed sunt arbitraria, quibus
DEUS utitur ordinario modo, cum & quatenus uult, sic tn
ut etiam sine illis possit agere quando & qua uult. Reue-
rentia igr Sintorum cuiusq propria necessaria est simpli-
citer. Usus autem necessarius est, sicut signa sunt necessa-
ria, uitt, quando haberi pnt eo modo, quo Deus instituit.

Nec

Nec opus est pluribus: Nam & hic sibi contrarius est in una periodo: cum fatetur in casu necessitatis non utentem habere excusationem, & tamen subiungit Per se & absolute necessaria esse. Quæ absolute necessaria sunt, ex quibus pendet salus: eorum omissio uel priuatio nullam h[abe]t excusationem. (Non intelligit infantes esse sanctificatos in utero, & germen fidei secum afferre) Dicamus ig[itu]r. I. Est eos esse electos. Nam Electi semp[er] Electi sunt, etiam antequam sanctificantur. II. Est multos eorum inde ab initio Vitæ etiam in utero adhuc degentes regenerari diuina misericordia, & donari Sp[irit]u Sancto: ut manifestum est in baptista. Hæc est adoptatio & germen illud fidei. Sic Jer. I. Priusquam te formarem in utero noui te (sic nouit, sicut nouit oues suas) & antequam exires de uulua, sanctificaui te. Item. Sum Deus tuus & seminis tui. Item, Antequam nati essent, dictum est, Jacob dilexi. Si hæc non intelligit, cur ig[itu]r non prius discit, quàm sibi tam censoria grauitate iudicium sumat de maximis causis Religionis, de Eccl[esi]is & uiris præstantissimis? (Ait nostros docere, Gratiam conferri soboli p[er] parentes) Hic autem maliciose illis iniurius est, aut uerò ostendit se non intelligere ea de quibus audet pronunciare. Nemo enim hoc somniauit. Ex m[isericord]ia recipiuntur tam ipsi Sancti, quàm ipsorum liberi, eaq[ue] liberrimè, tam ex malorum quàm ex piorum sobole, quos libuerit eligente: & quos elegit, siue ante, siue post natiuitatem carnalem, uel quocunq[ue] uitæ tempore S[piritu]S[ancto] gratia sanctificante. Nec enim o[mn]es sanctissimorum liberi eliguntur, adoptantur & sanctificantur neq[ue] omnes in utero, sed qui & quando libitum est Deo. Interea n[ost]r[u]m est b[e]n[e] sperare de omnibus. Statuere autem in præsentia t[antu]m de sua quisq[ue] adoptione p[otes]t: de aliena, etiam suorum liberorum non nisi à posteriori, u[bi] t[amen] cum uel infantes decedunt, uel adulti in uera fi-

de

de. Haec nulla pictura egent: & prorogativa carnali maxime adversantur. Exm est in Jacobo, & Esauo. optime congruit cum dictis quae citat. Pugnat n. cum larua, quam in suo cerebro confinxit. Sed argtm sibi videtur acutum afferre (Infantes non pnt renasci antequam nascuntur) Rndeo, quoad signum seu Baptismum: Sed rem Sncti pnt pcipere, etiam nondum nati. 1. Exm est Baptista. 2. DEVS est Deus seminis nostri: sed etiam nondum in lucem editi sunt nrm semen: Ergo, Deus est Deus eorum, dummodo vivere coepunt. 3. Renascentia non sic dr à tempore quod semp sequatur nativitatem carnalem: sed à diversitate: quod alia sit ab ea, sive praecedat, sive sequatur. 4. Nativitatis noie saepe complectimur etiam formationem in utero. Sic ingressus in mundum non tm complectitur ntate: sed etiā formationem. Nam ubi sunt foetus nondum editi, si non sunt in mundo! Vide qualis sptia. (Addit ntam esse inimicam DEO) Rndeo: Sed inimicitia tollitur p Gratiam, quandocunque vult DEVS, sive statim ab initio vitae, sive multo post. Neque seqtur. Aliq sanctificantur in utero: Ergo pp parentes ut generatione carnali. Ex diversissimis enim Principijs haec sunt: Generatio carnalis à nta: Sanctificatio ex Gra. Neque Gratia ad generationem è Sctis parentibus alligata est. Non enim omnes ex his nati ea donantur, sicut ipsi fingunt, Gratiam & S. Sm ad Baptismum esse alligatum, ut Spiritu Scto donentur, in gratiam recipiantur à DEO qcunque baptisantur. Conatur elidere promissionem Semini piorum factam. Ro nrorx haec est: Qui sua incredulitate non excidunt ex foedere, salvantur: Infantes piorum comphenduntur in foedere: Ero Deus seminis tui, & si infantes sive baptizati,

sive si

siue si fieri non potuit, non baptizati, siue in utero, siue iam edi-
ti, decedunt non eximunt se ex foedere sua incredulitate. Ergo,
quia firma est Dei promissio in aeternum in eo foedere ma-
nent: & quod eos tales eduxit DEVS è uita, testimonio est eos
fuisse electos & sanctificatos. Minorem conatur euertere: In-
fantes non baptizatos non esse in foedere: quia non sint Eccle-
siae inserti: R. Insertio haec est duplex: in Ecclesiam sanctorum, inuisibi-
lis & interna: quae fit donatione SSi: & in Ecclesiam uisibilem,
uisibilis & externa, quae inchoatur natiuitate in Ecclesia, & per-
ficitur usu Sacramentorum. Vtramque sine altera esse posse scriptu-
ra & ueteres & experientia docet. De infantibus igitur sanctorum,
qui moriuntur ante baptismum, dico eos esse insertos in Ecclesiam
ui promissionis: Ero DEVS seminis tui. Etsi contestatio huius
rei per baptismum ipsis non contigerit. De uiuentib. autem
quando sanctificentur, ut dixi non possumus pronunciare. Nam
in momento baptismi fieri, non probari potest. Imò contrarium o-
stendit scriptura cum doceat multos, etsi non omnes electos in ipso
utero donari SSo. Multos etiam Electos quidem ab aeterno: tamen
serò uel in fine uitae demum conuerti. Et ne multis agamus,
uno ictu omnia ipsorum commenta, & calumnias deijcere tan-
quam fulmine facilimum est. Quibus Sacramenta tribuenda sunt,
eos oportet esse tales, ut possint haberi pro sanctis & filijs Dei.
Qui enim Sacramenta tribuat ijs, quos constet non esse tales, Sa-
cramenta sceleratè prophanauerit, legitimum eorum usum e-
uertens, & non sine graui Dei contumelia falsarium egerit.
Sacramenta enim communicando affirmabit & testabitur eos esse
in Gratia apud Deum, de quibus Deus aliud affirmat. Infan-
tes autem Ecclesiae, sunt baptizandi. Ergo, necesse est eos iam
ante pro Sanctis & in gratiam receptis haberi. Quos enim constat

res

res non habere, ijs nequaquam signa tribuenda sunt. Licet baptizari, si uerè credis: Item, Qui SSm acceperunt, quis prohibebit eos aqua. Duo igr sunt, qui infantes ante baptismum à sanctificatione arcent. I. Profitentur se ee baptismi prophanatores, qui scientes & uolentes eum tribuant, quibus sdm eorum sntam non oportebat. II. Produnt cam paedobaptismi Catabaptistis. Nam quæ nra & potior contra hos ratio, quàm ista? Infantibus tribuendum esse signum, quia habent rem quæ eo consignatur. E contra iuxta istos haberent illi ronem contra nos inuictam: Si enim de infantibus non posset sperari eos esse sanctificatos, & Deo iam iam placere, non essent baptizandi. Item, Smtis non confertur: sed collata gratia obsignatur quando usus est legitimus. Quid igr obsignant in his quibus dicunt nihil esse collatum. Tandem An damnabunt omnes infantes, qui moriebantur ante 8. diem? Et quid multa? Ipse hic fatetur non damnari omnes infantes, qui sine baptismo decedunt: Ergo, non est uerum, sanctificationem ante Baptismum non posse contingere: ad hunc alligatum esse: non item uerū, quod dixit supra, nullum posse renasci, antequam edatur in lucem: multi n. moriuntur in utero matris. Si igr horum aliq saluantur, ut uerissimè saluantur, renati fuerunt: alioq regnū Dei non possessuri. Vides quam pueriliter & turpiter se ridendos propinent, qui suam sntam Dei sapientiæ nolunt subijcere. Singula hæc argta, singuli montes sunt, quibus opprimuntur. Hos igr ex copia montium, quibus hic abundatur, in eos nunc proiecisse sufficiat. (Neq est diuellenda actio baptismi à dono fidei) Wo bleibt den Simon Magus, q obrepebat Petro? Der lassen sie sich dunken, Er taufft

Ihnen

Adagius

Jhuen kein Simon Magus mit bruder? Adagius etiam aliquã-do me pupugit de ista re: Mich dunckt es ist sein schandt, (Nec fidem alio medio, quàm per baptismum in illis effici monstrare possumus) Miseret me istorum hominum, quando indignatio mihi subsidit, & tam pueriles ipsorum cogitationes & uerba si-ne sensu uideo. I. Ubi scribitur fidem esse in infantibus? Con-trarium quidem docetur, eos nec malum nec bonum cognoscere etiam sanctos. Ignoti autem nulla cupido: Nec fides est sine notitia & intellectu uerbi. S. So eos donari & renouari pro ae-tate docemur: id est, inchoari repressionem Vitij natis, & nouas qualitates δυνάμεις & inclinationes quae tamen per organorum defe-ctum nondum se possunt exerere. Nam sine fide neminem DEO pla-cere. Item: Qui crediderit, saluandum: de adultis dictum est, qui ad credendum idonei sunt. Quid fingimus monstra sine uer-bo & contra uerbum. II. ubi scribitur in Verbo Dei, fidem per baptismum in hominibus effici? Adeòne procliues ad idola & opera manuum nrarum sumus, ut nullo clamore possit nobis infigi. Sacramenta non conferre gratiam: sed de collata confirmare. Ne quidem de adultis hoc dici potest. Nam si credis, inquit scriptura, licet baptizari. Quid igitur de infantibus audent dicere? Denique cum fides in adultis per Verbum excitari, per Spiritum confirmari dicitur de actionibus, notitijs & fiducia dicitur, non de qualitatibus δυνάμεσι & inclinationibus nouis ad credendum. Non per mi-nisterium hae nobis inseruntur nec per obiecta sensuum. Infan-tes autem nondum sunt actum fidei: sed tamen potentiam: Non igitur illorum renouatio per baptismum tanquam instrumentum fit: Etsi eo tanquam organo cum adolescunt confirmantur. Non i-gitur baptismus: sed Spiritus Sanctus est monstrandus, qui illis promissus est, quo renouentur. (Addit de ipsorum santificatione non posse

nos certos esse) At neque opus est: neque ante mortem eorum possu-
mus, etiamsi baptizati sint. Bene autem sperare debemus.
Quod accelerandum dicit Baptismum, valde probamus. Negligen-
tia n. hac in re arguit quendam diuinae ordinationis contem-
ptum. Sed accelerandum addimus sedm institutionem. Neque o-
pinor ait, infidelium liberos à Baptismo arcebunt) Hoc non ui-
deo quid ad rem faciat. Infidelium autem liberos, dum infideles
manent, & liberos in sua ptate sunt, Baptismi profanationem &
irrisionem esse dicimus. Non n. est sctm dandum canibus. Ut
si Turca uel Iudaeus, qui profiteretur se Iudaeum uel Turcam
esse & manere, nobis infantem suum offerret baptizandum:
Cum autem in piorum ptatem deuenerunt, iam in Ecclam trans-
lati sunt; Ut Abrahami mancipia. (Promissionem Egtij pro-
miscue ad omnes hoies ptinere nemo negauerit) Nos ergo
sumus nemo, qui eam ad solos credentes ptinere dicimus: Il-
le ergo est Nemo, qui & promissionem Egtij credentibus dedit
& de caeteris dicit: Qui non credit, iam iudicatus est: Sed pro
qua re tibi uidetur pugnare? Mihi uentum ferire uidetur,
nisi uelit γυναικοβαπτισμὸν defendere: de quo dicimus:
Mulier in Eccla taceat. Nam casus necessitatis, quem obtendut
nullus est, cum ne isto quidem modo possit caueri, neque sine ba-
ptismo moriatur: & ipse sic fateatur: casum talem non da-
mnare infantes. Cur igr sine omni caa peruerteremus insti-
tutionem ministerij? (Semen fidei residere in lapsis, perni-
ciosum errorem dicit) &c. Scti cum ruunt contra conscien-
tiam, amittunt SSm: non tm simpliciter: sed quo ad illa, in
quibus peccant. Manent autem semper haec duo. 1. Electio diui-
na, id est, propositum Dei ppetuum & immutabile ipsos sal-

uandi, & per consequens, conuertendi, & si lapsi fuerint, rursus erigendi. II. Notitia & inclinatio ad pristinam fidem, & aliquis motus, qui dehortatur cor à sceleribus, ita ut non probent etiam ea quæ ipsi designant, neque propositum habeant in illis semper perseuerandi, neque ita deficiant à Deo, ut nullo eius metu tangantur: manent etiam in aliquibus multa bona, dum aliqua amittunt. In summa: est discrimen aliquod inter Davidem etiam adulterum, & Neronem. Quia dum ceciderit, non collidetur, Nam Deus supponit manum. Et semen quo regenerati sumus est incorruptibile. Manet notitia Verbi & aliquis affectus: qui tamen contrarijs motibus uincitur & obscuratur: sed tandem rursus resuscitatur. Qui natus est ex Deo, non peccat, id est non ita dedit se peccato, sicut non renati. Item, ædificati super petram, concutiuntur quidem sæpè, sed non corruunt. Linum fumigans non extinguitur. (Obijcit, Deus uoluit Aaronem conterere) Respondeo: Dicitur per ἀνθρωποπάθειαν mutari uoluntas Dei, quæ est immutabilis. Videtur autem mutari cum diuersa facit, uel ostendit. Voluit igitur eum conterere, non quò ad propositum, quod de eo seruando æternum & immutabile fuit: sed quò ad comminationem, qua ipsum ad pœnitentiam reuocabat. (Sed Deus non simulat) Respondeo. Verum est. Sed hic non dicitur, quod simpliciter eum uoluit conterere. Quia comminationes diuinæ omnes intelliguntur cum exceptione pœnitentiæ. Verè detestatus fuit DEUS peccatum Aaronis, non tantum in præsentia, sed ab æterno, & in æternum illud detestabitur etiam cum illud post tergum proiecerit, & Aaronem in coelo glorificauerit: Vera item erat comminatio; meritum & subiturum fuisse supplicium, nisi resipuisset. Nihil igitur hic simulatum fuit, etsi decreuerit simul Aaroni

roni

roni poenitentiam dare, atque ista cum comminationi subtrahere. (Hæc sunt quæ odi) Odit peccata in omnibus. Interea tamen suos in finem usque diligit: Firmum stat fundamentum Dei, & DEUS est qui non mutatur, ut nunc abjiciat nunc recipiat voluntatem nos saluandi. (In peccato contra conscientiam est contemptus Dei, cum quo non stat fides) Contemtus in lapsibus Sanctorum non est totalis. Et aliquis certè contemptus est in omnibus, etiam dum maximè stamus in bac uita. Non est talis contemptus in Dauide, qualis in Nerone, quod quod dicat (Somnium est SSm esse in aliquo sine efficacia) scilicet simpliciter sine omni efficacia. Sed iam dixi eos non amittere omnia bona: Et illud arcanum frenum, quo retinentur, ne prorsus uel Epicureo contemptu, uel desperatione à DEO deficiant, non est nullius effectus. Non sinit nos tentari ultra id quod possumus ferre. (Dictum de Petro manifesta iniuria torquet: Non defecisse fidem eius finaliter.) At Christus dicit, non defecturum eo tempore, quo cribratus erat à Satana. Et nota est significatio uerbi ἐκλείπειν, quod est sic interrumpi, ut nihil maneat eius, quod ante adfuerat. Sequitur igitur non simpliciter extinguendam esse fidem. Discrimen est inter negationem Petri & Iudæ: non solum quoad propositum & uoluntatem Dei erga utrumque: sed etiam quoad gradus peccati. Iudas est simpliciter impius, nullo serio pietatis affectu tangitur: etiam quando sanctissimus uidebatur, nedum quando prodit hypocrisin: In Petro manebat memoria seu notitia habitualis (ut scholasticè loquar) Voluntatis Dei erga se, & sui officij & uoluntatis erga Deum: etsi ad tempus, Deo subtrahente manum, eius obliuiscebatur.

manebat

manebat item διάθεσις & inclinatio in voluntate & corde ad cre=
dendum & obtemperandum DEO, & fidem promissam Dno seruan=
tam, etsi actus aliquandiu eam non sequebatur. Sed ea cum Gal=
licinio & aspectu Dni, in memoriam ei reuocata essent Verba Dni,
rursus erant efficacia. Addo quod filius in aeternum manet in
domo, seruus ejicitur. Filius prodigus etiam fugiens manet fi=
lius, manet affectus pris erga ipsum: & ipsius erga patrem: in
illo iugens: in hoc sepultus, sed non prorsus emortuus. Dauid pe=
tit non auferri à se Sp̄m, Ergo, non in uniuersum amiserat. 1.
Quod enim non auferri petimus, habemus. 2. Nisi mansissent
aliq̃ affectus Sp̄i = cor emollitum ad obsequendum DEO, non habu=
isset locum apud eum sermo Natanis. Fuit ergo discrimen inter
peccantem Dauidem & Pharaonem. Iste videt: Dauidem petere
conseruationem & edere istos nouos fructus fidei denuo accensae.
Id concedo de actu. Quò ad actum pnt sancti amittere fidem ad
tempus: sed non quò ad oem notitiam & affectum, seu qualitatem
= propensionem in uoluntate & corde ad credendum & obtempe=
randum DEO. Hoc est illud semen, illa scintilla, quam seruat
DEVS ex immensa misericordia in ijs, q̃s sibi in filios adopta=
uit, ex qua denuò ignis fidei suscitatur. Ideo Dauid S.S.m à se
non auferri, & se non projici à facie Dni, quod impijs contingit.
Laetitiam uerò quam amiserat, sibi reddi petit. Probo autem
hanc sntiam his etiam rationib. 1. Regeneratio tm̄ una est, se=
mel in uita regeneramur: sicut semel nascimur: ideoq̃ semel
tm̄ baptizamur. Haec regeneratio non iteratur: sed continua=
tur & pficitur p oem uitam. Ergo, sti labentes, non planè à
DEO deficiunt: Alioq̃ enim fierent unius hois multae regene=
rationes. Qui autem lotus est, non indiget, nisi ut pedes lauet.
II. Qui planè & simpliciter siue in uniuersum, toto affectu cordis
à DEO deficiunt, peccant in S.S.m, & irremissibiliter, ut hypo=
critae

critæ, q̃do prolabuntur. Scti non peccant in SSm. Quia peccata illis remittuntur: Ergo, non simpliciter à Deo deficiunt. III. Epla ad Hebr. docet, eos q̃ simpliciter deficiunt à Deo post eum agnitum, non conuerti rursus. Sancti oẽs rursus conuertuntur. Ergo non simpliciter defecerunt. Adde huc illud Psl: Si filij eius peccauerint: Visitabo in uirga iniqtates eorum: Miam autem meam non aufferam ab eo, sicut abstuli eam à Saule. Dicitur non tm̃ de Chro, sed etiam de filijs ⁊ membris eius. Item illud apertissimum: In ira recordabitur misericordiæ: Item, quæ iam sup praedixi, & alia q̃ non uacat colligere. Quod autem de amissione Gratiæ dnt: respondeo uerum esse, non quo ad voluntatem saluandi in Deo immutabilem: sed quò ad eius certitudinem in nobis, quæ elabitur nobis in mala conscientia. Peccatis autem semper irascitur in omnibus hominibus Deus: interea tn̄ personas suorum amore æterno complectitur, licet alius occultius, alius magis alius minus manifestus est, non tm̃ alijs: sed etiam nobis ipsis. Nondum igr uideo, quare hic nr̃ ante uictoriam cecinerit ἐπινίκια. Arrodit dnam de Electione & libero arbitrio. Nodos ait nos inextricabiles nectere. Fortassis malè habet uirum. Si falsa dnr, quare non refutat? Si fatentur se non posse, quare allatrat? Scimus nr̃os nodos esse illis insolubiles: sunt n. à uerbo diuino astricti. Pelagianismus autem insulsis & puerilibus sophismatibus defenditur, quæ diluere non est difficile. Nr̃os autem nodos non sine necessitate nectimus: sed ut dna nr̃a cum uoce diuina congruat: ut Deo tribuatur sua gloria integrè: ut hoies ad sui agnitionem, & alias pietatis partes excitentur: ut pij consolatione necessaria non fraudentur: ut refutentur mendacia, quæ cordis humani supbia contra Deum efflare solet: ut terror & stimulus

Nihil absonum admiscimus dum Deum nos mutare & firmum stare fundamentum Dei dicimus etiamsi renati non omnibus temporibus sancta dona retineant

incutia-

nicitatur omnibus, dum cogitant, ne forte & ipsi sint uiter hypocri-
tas & reprobos: Ideò impiorum & sanctorum lapsus discernimus.
Aliam solutionem addit: Electi placent semper finaliter. Rx, quò
ad approbationem: sed semper quò ad amorem: Amat pr filium, e-
tiam quando minimè ei placet, & ab eo approbatur, ob scelera quæ
admisit. In ira misericordiæ: Item, non eludet illud: Dilexit nos
dum adhuc essemus inimici: quod dr etiam de nondum conuer-
sis: quantò magis de lapsis: Nam nondum conuersi non habent
SSm. Lapsi autem amittunt eum, quòad dona, quæ abijciunt.
Quatenus enim peccant, non reguntur à SSo: sed à Diabolo:
quatenus autem tunc etiam retinent aliqua dona, à quibus nō
desciscunt, à SSo gubernantur. Et si om̄ium Virtutum actiones ces-
sassent, tn̄ qualitates manent in mente, Voluntate & corde,
& ædificati sunt etiam tunc super petram; quando euersi esse
uidentur. Item, alias oues habeo, dr de nondum conuersis.
Item, ouis pdita, non tantum manet ouis, sed etiam qritur à
pastore. (Resurgunt non quia semen fidei sua sponte se exerat)
Quis unquam dixit, nā aut ui illius seminis fidem se exerere?
Scimus hoc: Imò ne quidem ipsius ntā fit uel robore, ut maneat
in nobis: sed misericordia Dei, & conseruatur & rursus excitatur:
non autem ui liberi arbitrij, ut illi imaginantur. (Aliam litē
mouet: Posse Smta rectè administrari in priuatis ædibus)
quasi quis unquam dixerit: Referre in publicis aut priuatis æ-
dibus Eccta conueniat: & ubiq; uel habita fuerint, uel habeant
templa. Non de ædibus est qstio, ut iste inuidiosè recitat: Sed publi-
cè an priuatim administranda sint: à quouis an à ministris?
Dicimus hic, ministerium uelle Deum, ut sit publicum, quod non
de ædibus intelligitur: sed congressu, in quo tota Eccta alicuius
loci uel conuenit, uel conuenire potest: ut geratur à ministris.

Ceremo-

Ceremonias Sanctorum esse seruandas in Ecclesijs, sicut institutae sunt. Coena uerò est instituta, ut sit uinculum congressuum publicorum ~ ad quos aditus pateat omnib. membris Ecclesiae in aliquo loco. (Saepè hoc inculcauit D. quod isti strenuè dissimulant, cum alioqui sint ualdè attenti, ut se quibusdam illius plumis ornent, ut illo, Adest propter hominem: pani non facta promissio) Ideo dicitur: cum conuenitis. Item, diuidite inter uos. Et Paulus grauissimè improbat priuatas cenas. De maiori efficacia antea dixi. Donemus ei hoc: Tamen non sequitur debere morituris priuatas cenas institui: quia aduersatur Verbo. Et ortus est abusus ille ex idolatricis opinionibus de corporali praesentia, & opere operato, & ab ijs hodie fouetur, & eas fouet. Usus Sancti praecepti ad omnem uitam extenditur. Etsi igitur uerum esset, maiorem esse efficaciam Sacramentorum, quam Verbi: tamen non necesse esset propterea mutari ordinem diuinum ab hominibus: sed admonendos esse morituros de Sancto percepto, hoc sequitur, & summa uoluntate recipimus. (Citat dictum: Ubi duo uel tres &c.) magna inscitia. Quia etiam ubi unus est pius, Christus adest illi. Promissio illa est exauditionis precum, quae debent esse & publicae & priuatae. Alia uerò est ministerij, quod publicum est. Si igitur ex hoc dicto sequerentur priuatae coenae, sequerentur etiam priuata conuenticula. (Est ibi κοινωνία Christi & membrorum) At haec κοινωνία manet, etiam quando unus solus est in aliquo loco. Ergo etiam unus, non tantum duo potest sibi coenam instruere: Sicut etiam reuera singulis tantum morituris administrant: etiamsi duos uel tres praetexant. Non est autem satis haec κοινωνία ad celebrationem coenae quia requirit Ceremonia etiam Ecclesiae congressum publicum. Repugnant igitur priuatae coenae institutioni, & expressae Pauli

dna. De Baptismo priuato & inordinario supra satis dictum est. Nulla est necessitas etiam ipsius confessione. Et uerum est dictum Bernhardi, contemptum, non priuationem Sacramenti damnare. Item, Augustini: Quandoque sanctificationem esse sine uisibili signo, & econtra: Et Omnia Sacramenta esse necessaria, tanquam signa, cum haberi possunt. Nulla est tanta necessitas, quæ præceptum Dei uiolare iubeat, aut mutare. Cum iuxta institutionem Sacramentis uti possumus, omnino utendum est: Cum non possumus, non est causa, cur nobis noua Sacramenta instituamus mutantes institutionem diuinam. siquidem res nihilominus habemus. (Non est aliud signum, quo inserantur Ecclesiæ) Nonne necesse est omnes inseri signo, quando non potest fieri legitime. Insertos esse per gratiam & Spiritum Sanctum testimonio morientibus piorum infantibus, si baptismo priuantur, promissio. Tantum de his, in quibus apparet studium istorum hominum, quod quærant aliquid quod rodant in ijs quos retinendæ gratiæ hominum, & suæ sapientiæ existimationem tuendi causa uolunt opprimere. Protrahunt igitur uel de quibus, si ipsi diuersum uolunt sentire, nemo ipsis mouerit bellum, uel quæ sciunt esse humanis ingenijs odiosa: nodos in scirpo quærunt festucas in oculo fratrum exaggerant, trabes in suis non sentiunt. Ich hett nicht die dem menschen were bessers versehen. Nisi diceres alterius esse, credidissem esse Adami: Ist alles seine Kunst: Wols solt den einer unter den Hypocritis begehren zu leben. Tu uero audi Ferinari, ne post hac à me postules tales responsiones. Nihil agis. Ich darff die zeitt anders brauchen. Sæpè decreui nihil amplius scriptitare de coena: Noch ploget man mich immer darmit. Sed post hac manebo in sententia. Nihil certè est in istis nugis, ad quod non ipse potueris respondere. Scripsi autem hæc tibi; non ut disputationes cum

istis

Ne expectes a me aliquid noui. Weil ihr den Leuten [illegible] tausenderlei dissentiste. stultitia velle omnes scrupulos curare, postquam fundamenta uera tenemus.

istis moueas, quibus nihil proficias. Faciamus propria. Ich sehe wie mirs gehett. Quando gratificari uolens amicis aliqd scribo, mouentur ambitiosa certamina: die man dornoch mir will vf den halß schieben. Sed ero cautior. Non meum est me ingerere negotijs, ad quæ Deus me non uocauit, Dz gedenckett auch, werdt Ihr ad officia kommen, und den viell streitten können, werdt villeicht woll bedörffen. Discamus interea & oremus & spectemus certantes alios, dum nos ad certandum Deus nondum uocauit. Martyr & Bullingerus & Gesnerus te resalutant: præsertim Lælius. Item iuniores Bullingeri. Si non acceperimus tuas lras, quas Pnittenis te dedisse scribis, molestissimum erit. Nullas cupidius quam tuas expectaui. Nam Maternus nimis parum sit scribere. D. Crato solus sua diligentia me solatur. Habet autem, ut scis, affectus ardentiores: Ideoq; tuas considerationes cum illius subiectionibus coniunctas habere cupio. De mea reuocatione etiam Cratonem, qui maxime urgebat me, cum animum meum aperuissem, fere uidetur iam desperare. Wen Matern der Capittell nicht kan uberhaben sein, wie würde man mit mir zue frieden bleiben? Undt wen er wolt mit Capitteln umb sich werffen, so würde Ich nichts darumb geben: sondern denselben nur mehr verdienen, undt Ihm die sagen desto redlicher sagen, drumb ists am besten, man lass es also wenden. Et ego sane optarim cum aliquo ex uobis amicis, quos paucos habeo, coniunctim alicubi uiuere. Sed hæc non sunt in nra manu: neq; ego, neq; tu scimus, quo Dns nos cogitet conijcere. Tm igitur de his, quæ in præsentia sunt agenda, solicitus sum. Leiber noch eins. Narra-

tum

tum est mihi D. Lutherum, cum esset moriturus, dixisse: Allmechtiger Gott, habe Ich wider die Sacramentarios zuuiell gethan, so verzeihe mirs. Et hoc multis notum esse. Hett mich demnach wunder, dz wir nichts solten daruon gehört han. Si potes alicubi, quæso inquiras, an aliquis certo hoc sciat, nec ne. Wiewoll nicht viell dran gelegen, doch möcht ich woll grund daruon wissen, non tam propter me, quam propter alios. Tinnitum Curetum uideo ex manu te ab Abrahamo accepisse. Saluta eum ex me, cum scribes ad eum. Saluta matrem & Stephanum. Vale. 21. April. die. An. 61.

J. Zach.

¶ Nobiliss.o Heroi D Francisco à Billerbeg, pro Christiana Rep. & Imperio Romano militanti in inclyto regno Vngariæ. d. & am. col.

Filium DEI seruatorem nostrum Jesum Christum, a cuius Genesi[?] lijs, qua æternæ salutis nræ exordium fuerunt; anni etia[m] noui principium in Ecclesia recens duximus; toto pectore precor, ut annum felicem, tranquillum & salutarem, Tibi ac toti Reipub. Christianæ tribuat, & nos omnes doceat ac gubernet. Epistolam tuam, nobilissime Heros, Cal. Augusti Castomiæ datam, postridie Martini Pannonij Equi, tis, cui Christus amor, Christus timor, omnia Christus erat, accepi, non tam verbis & historiarum cognitu dignis. comme, moratione prolixam & copiosam, quam sapientissimis

sententijs & cogitationibus sublimibus, ac viro Heroico
maxime convenientibus ac dignis, de præcipuis in Europa
regnis Polonico, Ungarico, Germanico, Belgico, Turcico
et externi belli exercitio purgandis intestinis nostræ Reip.
morbis & civilibus bellis avertendis; similibusq. argumen-
tis stipatam & plenam, quæ non solum benevolentiæ & a-
moris erga me singularis, verumetiam heroicæ magnani-
mitatis, sapientiæ & virtutis tuæ μνημόσυνον apud me
perpetuum futura est. Gratissimum etiam fuit, quod
de Walachiæ utriusq. Principibus & Croatia, vicinisq.
ad Savum provincijs, polliceris. Delineavi quantum
pervestigare tum quidem potui, qualis anno Christi 1500
regionum illarum status, qui Principes fuerint. quæ
tibi adiuncta mitto. Hæc contexi ad nostra usq. tem-
pora, vel summas rerum accurate notari optarim. Fi-
nes etiam Bulgariæ, Rasciæ, Serviæ, Bosnæ, Croatiæ
certius describi posse velim. Quod de Persico bello
& provincijs Imperij Turcici meum commentare digna-
tus es, typis describi curavi, ut compluribus amicis com-
mune esset. ἔστι γὰρ κοινωνικὸν ἑαυτοῦ τὸ καλόν.
In Catalogo Provinciarum emendabis, si quid in accen-
tib. vel alias erratum est, & ad me remittes. Miletio
Protosingelo respondi, & ad Monachum nrm literas

ulterius curandas misi. Comparationem Imperij Turcici cum nostro Germanico ut absoluas & quamprimum nobis impertias, oro. Excudi, si voles, optima fide, si nuam, curabo. Benedicto Aleueldio literas inscriptas misi, & has ipsas, D. Paulonio, Brunsonio, Ienschio, salute tuo nomine nunciata, exhibui. Pestilentis luis contagia isthic inter milites in summa omnium rerum terra na-scentium abundantia grassari nihil miror cum apud nos post Epidemiam illam anni 1580 luem, tres iam autumnos continuos serpserint, nec tamen ex Academi-a plures duobus decerpserint. Joannis Ruberi gene-ralis in superiore Ungaria belli ducis, heroicam vir-tutem ac fortitudinem bellicam cum singulari bonitate, clementia & pietate coniunctam, plurimos iam annos honorificentissimis omnium bonorum iudicijs & voce celebrari audiui. Itaque laudatissimi illius Herois ami-citiam & familiaritatem tibi gratulor, ac ut utriusque vestrum ad posteritatem quoque gloriosa & Reip. Chri-stianae salutaris sit, toto pectore precor, Et Deum oro ut vos incolumes & florentes perpetuo seruet. Hactenus praecipuis Epistolae tuae Capitibus ordine respondi. Nunc pauca de nostris rebus adiungam. In Pomerania tua & toto hoc littore Balthico mediocris Dei beneficio

tranquillitas est. Nostris ciuibus commercia in regno
Daniae omnia interdicta sunt, donec cum Principe suo
Megapoli. Vlrico, Regis socero de capitibus controuersis
transegerint. Ea tractatio die 4 decembr. Gustrouiae
inchoata & propter ferias instantes usque ad 28 Jan. sus-
pensa est. Daniae regnum beata pace & quiete frui-
tur. Suecus triennij inducias cum Moscho habet.
Sed a Polono Rigam nunc redeunte nihil amicum expe-
ctat. Catharina Sueciae Regina die 17 Sept. Hol-
miae obijt. Stephanus Poloniae Rex a Julio duce Brun-
sviccense, cuius nouerca fuit Sophia Catharinae Sueciae
& Annae Poloniae Reginae soror, aliquot auri Tonnas
ratione dotis & Mundi muliebris repetiuit. Sed
mense Nouemb. Magdeburgae coram institutis a Caesare
Commissarijs, Elect. Saxone & Brandenb. ita transactum
est ut centum millia Joach. Julius certa die soluat,
Si Polonus vicissim Cautionem praestabit, se coram ijs-
dem Commissarijs Julij reconuentionibus iure respondere
& iudicato stare velle. Nam in pactis sponsalibus anno
1556 literae Henrico duci Bruns. a Polono datae sunt
quibus Hedwigis sororis Julij ducis Brunsuicensis he-
reditas & in hac comitatus Sepusiensis & Transsyluania
ut audio promissa est.

Joannes Galeacius D. Med.

BONA altera Uxor — Sigismundus primus Rex Poloniæ — BARBARA prima Uxor

Stephanus Cepusiensis

JOHANNES Rex Ungariæ

Sigismundus II Rex Pol.

Anna Uxor Stephani Regis Pol.

SOPHIA Uxor Henrici Brunsv. noverca Julij f.

Hedwigis Uxor Joachim II Electoris Brandeburg.

Hedwigis Uxor Julij ducis Brunsv.

De eo ut de Comitatu Cepusiensi an hæreditarius sit etc. et quis nunc eum & quo titulo teneat etc. significes. Heri ad prandium me vocabat Albertus a Lasky Palatinus Syradiensis in cuius ditione esse oppidum vocis vicinum Keesmarck & domicilium in eo habere Secretarium Lascj, Emericum Sartagium Virum eruditum & humaniss. quem tibi etiam notum esse velim, intellexi. Epistolam adiunctam Joanni Placotomo Medico Keesmarcensi velim fideliter reddi. De Ulineribus non in patriæ defensione sed improbam cuiusdam provocationem acceptis audivi, sed hæc lætralia non fuisse lætor. Epistolas Bysantinas, & in his tuam quoque unam recens a Wechelis æditas spero te sine molestia perlustraturum esse. Adiunxi etiam de Carolo V Orationem, quæ nunc multis dictibus historicis & apophthegmatis illius aucta una cum Oratio,

mibus de Ferdinando I. & Maximiliano II a me delinea-
tis coniuncta paulo ut spero ornatior prodibit. Regulas
vitae recens a Wechelo recusas ad Milesium misi, cuius
quod amicitiam mihi conciliasti, reverenter gratias ago
Et DEVM oro ut tibi ac tuis uberrime benefaciat. Bene
ac feliciter Vale. Rhodopoli postridie Cal. Jan. Anno
1584.

David Chytraeus

WALACHIA.

Finitima Regno Pol. ad Tyram fl. est Walachia: ab ortu
Ponto Euxino; versus Austrum Istro: ad Occasum fl. in Istrum
se exonerante & Transsylvaniae montibus, terminata, cui in
duas partes divisae, superiori ad Tyram, quae Moldavia a fl.
perlabente appellatur, anno 1500 Stephanus vir acer
& bellicosus (Bogdani filius) multis adversus Turcas & Polo-
nos clarissimis rebus celeberrimus praefuit, cui paulo post ex-
stincto Bogdanus Filius successit: huic Stephanus anno Christi
1526, huic Petrus ille cuius ingenium acre & atrox &
fortunae vices mirandas; qui post caesum a Transsylvanis auxi-
lio ipsius Andream Grittum & cladem a Sigismundo Poloniae

Rege acceptam, à Turcis pulsus, & à Joanne Ungariæ Rege captus & Constantinopolim missus at Peram relegatus, iterum a Solymanno in patrium Walachiæ Regnum restitutus est: lib. 40 Historiarum sui temporis Jovius luculenter describit.

ALiorem WALACHIAM Transalpinam à nris à Turcis Carabogdanam Minorem dictam, ab Hierasij, quem Prud Jovii nominant & Istri Confluente usque ad Alutæ ostium, & ulterius Ungariam versus pertinentem peculiaris Princeps, Radul, Turcæ tributarius regebat, annis ante 110 annos antecessor à Sigismundo Rege deficiens, Turcarum arma adversus Sigismundum irritavit: Quod primum Exitij religionis libertatisque Christianæ in Walachia & Ungaria à Turcis oppressæ initium fuit. Postea duo cognati Walachorum Principes, Daan & Merches de dominatu inter se discordantes, cum Daan alterius potentia & viribus se superari cerneret, ad Turcarum in Bulgaria vicinorum auxilia confugit: alter à Sigismundo opem flagitans à Turcis vincitur, qui ea occasione tributariam sibi Transalpinam Walachiam primum fecerunt. Cætera ad Meridionalem Istri ripam linguæ Henetæ seu Sclavonicæ gentes. Bulgari, Rascij, Servij, Bosnenses, quas paulo ante annum Christi 600 Istro traiecto, Mysiam utramque & Illyricum totum usque ad mare Adriaticum occupasse,

ex Procopij lib. 3 & Blondi lib. 8 & alijs constat: hoc anno 1500. Turcicis armis plæroq; defatigatæ, Baiazeti II. Turcarum Imperatori maxima ex parte parebant.

BVLGARI. à Bolga seu Wolga Russiæ fl. dicti inter danubium, Pontum Euxinum, & Hemi montes in Mysia inferiore considentes, & in extrema versus Occidentem ora, SOPHIAM & Nicopolin Vrbes celebres olim tenentes; à Turcis per Walachos Transalpinos à Sigism. Rege Vngar. deficientes, primum evocatis, capta Nicopoli, & postea ad eam Vrbem Sigismundi exercitu caeso, subacti, regem propri- um nullum amplius habebant, et iam Bellerbegi Græciæ seu Europæ in Europa Turcici Imperij Militum præfecti sedes, SO- PHIAM in extremis Bulgariæ & Serviæ, à danubio in Me- diterranea magis recedentis collocata erat.

A. C. 1396.

RASCII, quorum ut lingua, sic nomen Russis cogna- tum est, utramq; danubij ripam, à Walachiæ & Bulgariæ finibus, usq; ad Tibisci & Sawi ostia incolentes, paulo ante adhuc Regem seu despoten proprium, GEORGIVM, regni Vngariæ socium & amicum habuerant. Qui regni sui Vrbem præcipuam Albam Græcam ad Sawi & danubij confl. Sigis- mundo Regi Vngariæ, receptis ab eo alijs in Vngaria oppi- dis & Castellis tradiderat.

Sed accensis in Vngaria post Alberti Cæsaris mortem dissidijs

de successione & bellis Intestinis Amurathes occasionem obser-

1439 vans, tota Rascia direpta & occupatis auri metallis, Sindero-
viam ad Danubium Rasciae caput, expugnaverat: & duos Geor-
gij filios, Stephanum & Georgium captos excaecarat, Quos
tamen paulo post, invadentib: provincias illius in Asia Cara-

1443 mannis, facto cum Ungaris foedere, dimissos, in regnum re-
stituit. Sed tertij fratris Lazarj filiam postea Stephanus
Bossenae Rex duxit, qui mortuo Sorero, Rasciam quoq;

1464 occupans a Mahomete II Turcarum Imp. excoriatus est.

Primum autem Turcj in Bossena levi & ridenda occasione
ab Hervoia quodam Spalethj Duce, circa Concilij Constanti-
ensis tempora attracti erant. Nam in aula Sigismundj Her-
voia ille, vultu moribusq; bovinus, ludibrij causa aliquando
per mugitum salutatus erat, a Paulo Chupore Provinciae illius
Praeconsule. Id cum in Regia, ut fit, statim sparsum, ri-
sibus & iocis materiam in omnibus convivijs & ipsa Sigis-
mundi Regis mensa praebuisset: Hervoia Contumeliae im-
patiens cum Regem ipsum una ridere & delectarj ipsius igno-
minia intelligeret: Vindictae cupiditate ardens, a Sigismun-
do ad Mahometum I defecit, a quo acceptis Equitum &
Peditum Turcicorum copijs, traiecto Savo, caedibus & incen-
dijs in Ungaria grassatur. Et Proceres quibus Reipub. cura
Rege in Concilio absente, commissa erat, ac in his Paulum

Chusperj, cum exercitu sibi occurrentes profligat, multos cæ-
dit, quosdam viuos in potestatem redigit. In his Pantum Chuspo-
rium homine tergo insuit, at misero insultans iubet, ut qui hu-
mana specie homina quadam voce utebatur, hominam quoque
nunc cum voce formam induat. His dictis eum in profluen-
tem Sauum demergit; Hic primus Turcarum in Bossenam
aditus fuit, de quo vere exclamare possis: Eheu quam
leuibus pereunt ingentia causis. Nam ea occasione Ma-
hometh primum in Bossena superiore præfectum Isaacum
constituit, quem ubi auspiciis Sigismundi Nicolaus Macedo
interfecit, Rex Stephanus Lazari Rasciani gener, Bo-
snam usque ad Mahometh II tempora, tenuit, a quo blan-
de euocatus et dolose circumuentus et tandem pelle detra-
cta necatus, vitam et regnum amisit.

Sic Bossena quoque uniuersa (cuius limites sunt ad Bo-
ream Sauus, ad occasum Croatia: ad Meridiem Macedonia
ad Ortum Seruia a Danubio et Rascia in Mediterranea
magis recedens, ubi Dardani olim sedes habuerunt,) in
Turcarum potestatem venit. Jaitzam tamen medio inter
superiorem et inferiorem Bossenam loco, ad Plenam
fl. sitam, a Matthia Huniade statim recuperatam
anno 1500 Ungari adhuc tenuerunt. Quo ipso anno
Turcæ a Ludouico Sfortia aduersus Venetos euocati ex
Bossena per Croatiam, usque ad Colapin fl. porrectam

& Vitinam Windariam Marchiam progressi ad Mare Adriaticum & littora Urbi Venetæ vicina excurrerunt & longe lateq; omnia populati sunt. Sedem tamen in interiore illo sinu Adriatici recessu stabilem & Satrapiam seu Præfecturam certam nondum Turci fixerunt.

CROATIAM autem septennio ante á Joanne Frange Panno comite adversus Emericum Drenænum provinciæ præsidem evocati horribiliter vastarunt, incolis regni illius plurimis in Austriam & Ungariam Dravo finitimam emigrantibus at sequentib. annis aliquoties per Croatiam in Carinthiam & Stiriam usq; progressi multa hominum Castiuorum millia in servitutem perpetuam abduxerunt, donec anno 1501 pacem Veneti cum Turcis relicta illis Methone corona fecerunt.

Interamnem vero Pannoniam, Savo & Dravo fluminibus in danubium exeuntib. conclusam, quæ olim Valeria Savia, Bubalia & Sirmiensis hodie generali appellatione Das Windisch Landt appellatur, Ungariæ Reges Sclavoniam & amicam, anno 1500 Vladislaus Ungariæ Rex integram adhuc tenebat.

Reliquas ad fontem Savi & Dravum Regiones Slavonicas, Corvatiam seu Carnorum sedem vetustam cuius Labacum á fl. allabente nomen habens, metropolis est

et Carinthiam ac Ciliciam & sinus Tergestini ac Istriæ partem ad mare Adriaticum, Maximilianus Archidux Austriæ & Rom. Imp. adversus Turcas & Venetos defendit, cuius posteri adhuc ea loca, DEI beneficio, una cum toto Boemiæ cis danubium regno, & coniunctis illi, Moraviæ, Silesiæ & utriusque Lusatiæ Albi finitimæ provinciis, quas iam ab annis fere mille populi Venedi seu Sclavi passim incolunt, cum imperio possident.

Magnifico & Clarissimo Viro, Sapientia, Virtute, doctrina & dignitate præstanti D. Petro Codicillo Academiæ Pragensis Cancellario Dño & amico reverenter colendo.

Filium DEI Servatorem nostrum Iesum Christum, a cuius Genethliis quæ æternæ salutis nostræ exordium fuerunt: annum etiam novi principium in Ecclesia revenus ducimus: toto pectore precor, ut annum felicem tranquillum & salutarem Tibi ac toti Reipub. Christianæ tribuat, & nos omnes doceat & gubernet. Tibi pro Epistola gravissima, præsentem Ecclesiarum Boiemiæ Statum diserte explicante, pro Munere Antigones Sophocleæ eruditissimo, quæ nostri temporis Controversiarum de reli-

gione imago est: reverenter gratias ago, & exiguum ἀντί-
δωρον mitto, quod animi grati testimonium apud te exta-
re patieris. In extremis hisce ad mare Balthicum Ger-
maniæ finibus, duodecim Urbes maritimæ sunt, Ut olim in
littore minoris Asiæ duodecim Ionicæ & Caricæ, frequen-
tia populi, splendore ædificiorum, commercijs multarum gen-
tium maritimis, potentia & munitionibus bellicis ornatæ, &
liberæ, in quibus ut in reliqua Saxonia fere universa
eadem consentiens veræ de deo doctrinæ vox in templis &
scholis sonat. Appulerunt autem his diebus ad Visurgis
ostium Henrici Regis Navarræ Legati, ad Electores
& Principes Conf. Aug. adiunctos missi, ut Synodum
de Concordia Ecclesiarum in tota Europa reformatarum
flagitent: Quibus sane meus Princeps, si me audiet, cle-
menter assentietur. Quid enim optare ardentius sin-
guli debemus, quam ut tandem intestini huius belli fi-
nis sit, & adversus externos hostes Copiæ nostræ coniun-
gantur. Verum [simultas?] Pontificijs quietem concedunt, adversus
solos Lutheranos, eos etiam, à quibus ne verbo quidem un-
quam læsi sunt, vim ingenij, doctrinæ, & Eloquentiæ suæ
omnem convertunt. Quis igitur finis certaminum quæ
spes concordiæ esse poterit? Mitto Epistolas Byzanti-
nas, circiter 30 recens à Wechelis æditas, quas spero

te non sine voluptate perlustraturum esse. Bene & feli,
citer Vale. & CLL. V. V. D. Thadeum Nemicium
& Thomam Stritem ex me saluta. Rhodopoli pridie
Pauli Conversi 1584.

David Chytræus.

MELETIO PROSYNGE,
LO Ecclesiæ Alexandrinæ magnæ David
Chytræus Catecheta Academiæ, quæ est Rho,
dopoli ad extremum Germaniæ limitem
Boreum in littore maris Balthici
S. P. D.

Nullum ad coniungendos piorum animos vinculum arcti,
us est communi Spiritu Christi ac eiusdem de DEO, fidei
& Confessionis societate. Quibus solidis ac firmissimis
amicitiæ Christianæ vinculis, cum corda nra in DEO co,
pulata & vinita iamdudum fuisse confidam: gratissimum
mihi beneficium, vir genere ac ingenio & omni virtute
nobilis Franciscus à Billerbeg isthac transiens præstitit,
quod literarum etiam colloquij & aliorum inter nos of,
ficiorum vicissitudinis inchoandæ autor fuit. Quod .x.
in Solonis historia Anacharsis opinor, hospitem amici,
tiæ illius cupidum adducens inquit: Δῶρον μέγιστον

ἥκω ἄγων, ἄνδρα ξένον, ὁδηγίας δεόμενον: Vere
maximum donum, Dei concessu & munere mecum communica-
tum sentio, quod Meletium tali bonitate, sapientia, virtu-
te, doctrina & autoritate virum, amicum mihi adiunxit.
Omni igitur pietate & reverentia, ut Dei dona decet, ami-
citiam tuam mutua benevolentia ac fide, & quibuscunque
possum officiis, tueri & confirmare studebo. Te quoque
oro, ut inchoatam a te scribendi consuetudinem perte-
xas, & Enchiridion Christianismi tuum, quod polliceris, ex
quo sententiam Ecclesiae Orientalis de tota fide Catholi-
ca cognoscam, magno desiderio a me hactenus expeti-
tum, mihi impertias. Ego vicissim κατήχησιν seu
ἐπιτομὴν doctrinae Christianae in hac Schola a me tradi-
tam mitto. De qua, pietatis & sapientiae tuae iudicium
ac censuram reverenter expecto. Addidi etiam
Regulas vitae, quibus doctrinam de bonis operibus, in
Scholis nostrarum Ecclesiarum sonantem, copiosius expli-
cavi. Te oro ut seriem Archiepiscoporum Alexandriae a The-
ophilo & CYRILLO, priores enim ex veteribus histo-
riis noti sunt, usque ad praesentem Ioachimum deductam, anno-
tatis annis quibus singuli praeesse coeperunt, si extant &
historiolis insignioribus, mecum communices, & de nu-
mero ac statu Ecclesiarum Alexandrini Patriarchae

inspectioni subiectarum, quae scire amico licet, significes. Mea tibi studia & officia cum omni observantia Vicissim constabunt. Bene vale, Idibus Novembris, Anno 1582.

Magnifico & Ornatissimo Dno Petro Monamo, artis medicae doctori & aulae Caesareae Archyatro, Domino colendo

S. D. Magnifice & Clarissime Domine, Quas mense Augusto ad me dedisti literas accepi, in quibus cum multa alia me delectarunt, tum vero imprimis, quod de anno פרוים in Paralipomenis philosopharis, de quo primum Joannis Mathesii Concionibus Sareptanis admonitus sum. Goropii nostri Beccoselana, Hieroglyphica Hermathena, Gallica &c. non sine eximia voluptate & fructu & ingenii illius admiratione legi. Quod Joannis Mylneri amicitiam mihi conciliasti; τιμιώτατον κτημάτων, ut ille apud Herodotum ἄνδρα φίλον, ξυνετόν τε καὶ εὔνοον appellat; tributum a te esse examino confiteor, quem tueri & conservare omni reverentia & fide studebo. Te quoque oro, ut adiunctas ipsi literas & libellos exhiberi: Adiunctos vero fasciculos alterum Franci,

seo Billerbego Caßoniæ, si adhuc ibi militat, alterum Melet[io]
Protosyngelo Alexandriæ in Ægypto reddi cures. Quod cum
absq; molestia & fortaße etiam incommodo fieri nequeat,
amanter oro, ut audaciæ meæ, quam natura tuæ Heroica
bonitas & humanitas confirmat, veniam des. Et à me
vicißim omnia, quæ proficisci à mea tenuitate poßunt, officia
paratißima, expectes. Bene & feliciter vale. Idibus Jan.
anno 1584.

David Chytræus.

Generoso & Magnifico Domino Andreæ
Duditio, Horchwitz Domino, Cæsareæ Maie-
statis Consiliario. &c. Domino meo obseruan-
dissimo.

Generose et Magnifice Domine. Paullo Vitichio, istuc ad uos
hinc redeunti, prætermittere non potui, quin aliquid ego litterarum
darem: ut intelligeres, me tui memoriam animo retinere. Etsi enim
uerbis exprimere poterit, quanta diligentia te colam, ex multis quos
de te sermones habuimus: mea tamen manu testari debeo; nihil
plane eorum, quæ Londini apud Cardinalem Polum in Anglia, à
tot annis egimus, aut etiam collocuti sumus, mihi quidem excidisse.
Licet me magnæ calamitates ab eo tempore hactenus, iacturaq; rei
familiaris, impetierint. Gaudeo itaq; ac plurimum lætor, te re-
cte ualere. et temet, aduersus fortunæ casus ita composuisse;
ut, quemadmodum palma quo grauius premitur, eo se magis e-
rigat;

rigat; sic etiam animo ipse magis adsurgas, atque constantia uitamque, in optimis artibus doctrinae transigas. et philosophiae praecepta, in usum uertas tuum. Multa enim Vitichius, de raris tuis uirtutibus rettulit; multa de tuis actionibus. Quarum, dum te coram uidi, iacta in te semina, et actas firmas radices, plane perspexi. Gratulor ergo tibi; abs te tanti fieri studia litterarum; ut eas filio tuo, tamquam praecipuas opes, relinquendas esse duxeris. Audio enim, te duos praeceptores ei addidisse, ueluti comites, ac duces. illum; singulis diebus, tuo iussu, declamare solitum, utraque lingua. poetam porro esse; in Mathematicis disciplinis exerceri, et Aristotelicam philosophiam didicisse. nec annum tamen septimum decimum superaße. Sed; te monstrante uiam, quid non potuit adsequi? te patre, qui es longe doctissimus, atque prudentissimus; quidnam adgredi non audeat? quid non denique perficere? Haec scribo; quoniam me non latet; Germanicam Nobilitatem sic odisse doctrinae cultum; ut amitti generis splendorem putent, si eas norint. Et aliqui eo stoliditatis inducuntur; ut, cum per litteras inclaruerint; eas demum, quo nobiliores uulgo uideantur, abijciant. nonnulli etiam, in Aulis uestris, Doctoris gradum; per quem tamen Magistratus sunt consecuti, et potiores dignitates; non solum odio persequantur; sed eum etiam, tamquam haeresim, abiurent. Quales, quidam in Germania, nominantur. In Italia, tres noui; Claudium Ptolomaeum, uirum alioqui praeclarum, Senensem; et Caesanum Pisanum. Tertio, parcam. Hi, solemni quodam ab se commento instituto; se eo gradu Doctorum Iuris Ciuilis ac Pontificij, degradarunt; ac miris ceremonijs de-

dolarunt

dolarunt. At, Italia tota, eorum summam leuitatem risit. Tu uero, qui penitius Philosophiam perscrutatus es; amitti nobilitatem doctrina, non censes; sed eam retineri. quin etiam, multo magis illustrari. Hi uero gradus; quid sunt aliud, quam testimonia et praemia, in litteris exantlati laboris? Si dantur indoctis; culpa eorum est, qui eos indignis contulerunt; non uero doctrinae uitium. Credo equidem; nobilitatem generis, impolitam eam esse; quae nullis sit instructa litteris. Nam uideo; superioribus saeculis, etiam Principes uiros; inprimis eos, qui se sacris mancipararat; ab his titulis non abhorruisse. Veluti Burgundiae Ducum, et aliquot aliorum, filij. Id quod constat; ex historia Ecclesiae Leodiensis. Quapropter; Philippus Hispaniae tantus Rex, hoc nomine merito laudatur: quod neminem, ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus, maioresue Ecclesiae dignitates, euehit; nisi qui Doctoris gradu ac titulo, fuerit insignitus; quantacumque nobilitate generis, excellat. Quo fit: ut nunc; omnes Ducum, Comitum, Procerumque, filij, litteris operam nauent; eum titulum adepturi. Quid, obsecro? Nonne Albertus Austrius, Cardinalis, sororis eius filius; quem ei successurum in regnum, minime uanus est rumor; cui etiam desponsurum natu maiorem filiam, non pauci adfirmant; solenni more, de Theologicis Articulis, in Academia Salmantica, ni fallor, iubente Rege; uti Doctor Theologus, disputauit? ac demum; Doctoris laurea, publice donatus est? post, denique, factus Archiepiscopi Toletani, Coadiutor? Et ut huius Regis, erga studia propensam uoluntatem, propius noscas; referam, quid ille, proximo superiore Ianuario.

Caesar-

Cæsaraugustam; Allobrogum Ducem, ea in urbe excepturus; quo ei Catarinam natu minorem filiam nuptui tradat; uenit. eamque secum, et maiorem natu, filiam, Philippumque filium, Madritio duxit. Cum peruenisset Complutum; ubi est Academia percelebris; Vniuersitatis, quam uocant, Rector, unà cum omnibus Gymnasij illius professoribus, atq. studiosis; ei, ante urbis portam, occurrit. Ille; ex rheda, in qua cum liberis, descendit; equumq. conscendit; ut orantē eum, audiret. Vbi perorasset, ei respondit: se narrata, et quæ proponeret, diligenter auscultasse; ac notasse. Iussitque, illum, filias, ac Principem filium, salutare. Perendie; una cum liberis; in Academiam iuit. eamque lustrauit, totam; picturas omnes examinauit; Academiæque templum; et Theatrum. Ad quod theatrum; omnes Doctores accersiuit. ac sedit, ad eius fenestras. omnesq. eos Doctores, operire pileo caput, ac sedere, iussit. quo, nullus illi, in Hispania, maior honos exhiberi potest. Ac tum demum, unus, in Magistrum, ex Academiæ more, fuit creatus. Arcula dein, ut fit, aperta. ex qua, depromptæ fuerunt chirothecæ; Regi, filiabus, et Philippo Principi; ac toti quod aderat gynecæo. Tertio post die, unà cum liberis, in eam Academiam est reuersus. et in Aulam Pontificij iuris, cum ijs est ingressus. in qua; Ignigum Doctorem docentem, audiuit. eiq. prælectio, placuit. Inde, ad Theatrum se contulit; in quo, Magistri creantur. et sedens, uti ceteri Magistri, accepit duos sesquiregales; totidem enim, singulis distribui solent; et chirothecas.

filiæ

filiæ etiam, ac princeps. Virgines Gynecæi, chirotecas tantum habuere. inter quas fuerunt, quæ earum paria quinque, sumerent. Ascanius dein Columna M. Antonij, ni fallor, filius; qui operam litteris adolescens nauat; orationem latine habuit, et Hispanice. Cui Rex; Rectè, inquit, quemadmodum etiam te facturum speraui. His peractis; quoniam aduesperabat, in Theologorum aulam non introijt; sed in Medicinæ auditorium. in quo, Doctorem Ioannem Gomezium audijt. Regem salutauit, uir quidam pius, nomine frater Franciscus, in Regia, Compluti. Quem, in sella sedere iussit. Eleemosinam Franciscus ille, ad opera pia, peragenda, petijt. et, ut unà cum eo hymnum caneret, de puero IESV. præiuit Franciscus, uoce. Rex, Religioni adeo est deditus, subsecutus fuit, ac Princeps; respondendo. Eum Rex, quodam pietatis adfectu, plurimi facit, ita ut, cum eo nonnunquam deambulet. Prædicatur Regis, ea in urbe, summa certè humanitas. In ea fuit, octiduum. at; quinque diebus, se uidendum exhibuit. ac filiæ bis; non in rheda, sed pedites; illic pia loca uiserunt. Nunc autē, est Cæsaraugustæ. ubi, nuptiæ fient. Hæc ut tibi perscriberem, hortatus est Vitichius noster; ut hoc exemplo, nobilitatem ad amplectendum bonas artes, et litteras, excitares. Magis enim exemplis, quam rationibus, moueri solet. principum præsertim uirorum. Erit saltem argumentum filio tuo, ad declamandum. In quo Vitichio, admiror incredibilem diligentiam; in perscrutandis naturæ potissimis arcanis. Gerardus Mercator, ei tribuit, inter omnes qui uiuant, primas, in Mathema-

ticis

tiris disciplinis. quas idem Mercator, optime callet. idque, quod sentit, liberè profert. Cum eo enim contulit, de emendata tẽporum ratione. eiq. cedit. Et quoniam mihi rettulit; te, ex nescio quibus hausisse; Buchananum, a Scotiæ Rege sublatum; referam, quidnam hic mihi eade re, interrogatus a me se-dulo, illius fratris filius, responderit; qui morienti adfuit. Patruus, inquit, meus; erat natura salsus, et mire urbanus. Cum uideret Regem, omnia omnibus quæ peterent concedere: ut Regem, cuius erat Præceptor, hac parte emendaret; Regem adijt, cum duobus libellis supplicibus; in quibus, quæ statuerat, petijt. In quorum uno, supplex poscebat; Regem se, permissu Regis, Scotiæ; cum libera regni administratione; ad quinderim dies, fore. Rex; cum ille uerbis non exponeret; sed, quæ in libellis continebantur, posceret; petenti annuit, & utrique libello propria manu subscripsit. Buchananus egressus; cum a quodam Procerum, nomine solito salutaretur; faciem ab eo auertit. Sum Rex, ait. magnamq. ac Regiam Maiestatem, præ se tulit. Idem, toto quinderim dierum tempore, se Regem esse; contestans; omnibus adfirmanit. Quo exacto; ad Regem adijt. et se quoque Regem esse, confirmauit. Rex, admiratus. Tu; inquit; mihi, regnũ Scotiæ, donasti. Rex, eum magis admiratus; cum hoc negaret; ac forte illum putaret esse mente mota; En, inquit, litteras manu tua, de regno mihi abs te donato, subscriptas. Eumque cœpit, tanquam discipulum præceptor, grauiter reprahendere: quod, quæ peterentur, non perpensa concede-

ret

ret. tum; quanta inde ei damna euenirent. in posterum igitur; ne quid cuiquam indulgeret; nisi prius illud quidnam esset, probe nosset; et, cui beneficium conferret. Hinc nata occasio aduersarÿs; ut spargerent, illum fuisse insanum; et arcessitum læsæ Maiestatis. Non multo uero post, obÿt. sed morbo senectutis. Excesserat enim annum, octogesimum. De Belgÿ statu, multa scriberem. sed, istic omnia, varÿs ex locis, nota puto. Scaldis fluuius, transuerso ponte, et ad ripam utrã que structis operibus, ad quæ is pertingit, sic est a Parmensi interceptus Ordinibus; ut omni nauigatione prohibeantur, et commeatu. Sic euenturum existimant Regÿ; ut se ultro deditura sit Antuerpia. Illa tamen animos extollit; licet capta sit Bruxella, et obsideatur Mechlinia. In Gelria quoque, res feliciter Regÿs cedunt. Neomagum enim, recens uenit, in Regis potestatem. Metuitur nihilominus, Francus. qui exercitum habet, in Lotaringiæ et Luxemburgi finibus. Quorsum, omnibus est perobscurum. Regem; uelle Nauarræu sibi succedere, aiunt. Catholicos obsistere; quod non sit ipsorum Religionis. et ipsis est constitutus Dux, Guisius. Itaque; monstri nonnihil alitur. Angla autem; quia controuersiã, quæ ipsi erat cum Scotiæ Rege, composuit; ad eamq́; is Rex, in Angliam, proximo Maio uenturus creditur; minus iam; quo minus ab Ordinibus auxilio ferendo absterreatur; Hispanũ metuit. Utrorumque fœderatorum occulta consilia, dies tandẽ, exitusque, deteget. Edita est, anno proximo superiore, nomine Ciceronis, de obitu filiæ consolatio. Antiqui Declamatoris

eam

eam esse, opinor. Cur enim falso Ciceroni tribui videatur, ratio-
nes adferrem; nisi epistola nimium excreuisset. Sententiam
ea de re tuam, qui es Ciceronianus, et caussas, audire cupio.
Vale. Quarto Iduum Aprilis. ∞ D XXCV. Ex
Agrippinensi Romanorum Colonia.

Generosae Tuae Magnificentiae,

Deditissimus

Io. Matalius Metellus,

Sequanus.

Clarissimo Viro D. Iohanni Hermanno

Artis medicae Doctori, Domino colendo.

S. D. Clarissime Vir, amice & patrone colende. Gratiam tibi
habeo, quod operam studij nostri, in colligendis & uno uolumine con-
iunctim edendis Philippi Praeceptoris nostri orationibus, animi uo-
luntate propensa, & consilio tuo iuuare dignaris. Quod autem pe-
tis, ut paulo familiarius te colloquentem mecum de illo negocio
patienter audiam: idem te quoque amanter rogo, ut ueram &
iustam responsionem, ad tam graues & uehementes nonnul-
lorum accusationes, quorum iudicia & sermones ad me perscri-
bere tibi licuit; uicissim benigne accipias. Existimare illos,
scribis, praeposteram esse diligentiam nostram, minima tan-
tum & copiae praestantissimae arboris Philippeae poma, summo
studio, summo labore conquirere. Interim autem πέπονα
& aurea mala, h. e. sanctissime & accuratissime elaborata

illius

illius scripta, in corpore doctrinæ exposita, abjicere, contemnere, & manibus studiosorum excutere. Magnum profecto & atrox crimen, & non uno supplicio dignum esse fateor. Me verò, (qui tanti facinoris nequaquam mihi conscius sum, cum meo loco in hac Academia totos iam 34. annos aurea illa Philippi scripta, & hodierno die adhuc Locos Theologicos auditoribus prælegam, commendem, omnibus aliorum libris anteferam) sub alterius persona, per te insimulari, & in capitis discrimen adduci, non arbitror. Id n. à candore tuo & naturæ bonitate, quam olim, cum senem socerum & parentem tuum, conterraneum meum, Lutheri doctrinæ studiosum, à te ἀκλητελαγχήμενον sæpè cernerem, perspexisse mihi videor, alienissimum esset. Sed tu ut habeas, quod nonnullis illis, quibus ista in mentem venire scribis, referas: disertè adfirmo, eum, qui scripta præstantissimæ illius autoris [illegible], in Corpore doctrinæ collecta, contemni à me, abjici, negligi, ex scholis & manibus studiosorum excuti suspicatur aut scribit, manifesta & atroci injuriâ me afficere, ne dicam impudenter ac sceleratè mentiri. Egon' scripta illa abjiciam, negligam, contemnam? qui quotidie ea, in publicis scholis interpretor, laudo, commendo, à discentib. reposco, ad eorum lectionem, amorem & admirationem omnes invito & adhortor, non viva solum voce, verum publicis etiam laudationibus & cohortationibus, quæ toties in qualibuscunque pagellis meis publicè editis repetuntur, & in orationum proœmiis copiosius & accuratius fuerunt illustratæ, neque enim [illegible] tantum, ventis fortè aut in aliqua de caussa præstantissimæ

tissimæ arboris poma esse, Præceptoris Philippi orationes; sed p̄ci-
cipua & maxime elaborata & admiranda sapientiæ & eloquē-
tiæ illius opera, plærasq́ iudicio. quas quanto studio elucubrarit,
ter quaterue stylum uertens sæpe, & texta retexens, donec q̄d
optimum iudicabat, tandem eligeret: ipse testis sum αὐτόπτης:
nec philosophicas tantum & physicas materias in ijs tractari, sed
nucleum ipsum & medullam Theologiæ, de uera Dei agnitione
& inuocatione, & mirando duarum in Christo naturarum fœdere
& Verbi diuini efficacia, usu applicatione, ac ut summatim
complectar, omnia ad studium Theologiæ formantium & Euā-
gelij ministerium ꝑtinentia, in uitis Theologorum, Ambrosij,
Augustini &c. & synodicis Georgij Anhaldini orationibus,
comprehendi sentio. Non igitur præposterum & furiosum
hoc amici mei orationum editionem apparantis institutum
est, nec furiosam illam uocem (de scriptis Philippi, ut philoso-
phicis, non ut Theologicis legendis) si tamen unquam ea edi-
ta est, comprobat: multo minus dira illa, elaborata illa &
Ecclæ propria contemnit & abijcit. Sunt memora illa & Ec-
clesiæ propria, Peuceri studio, in quatuor prioribus operum
Philippi tomis collecta. Cum autem cætera uix illius aurea
scripta, aurea perpetua semper dignissima uita, nondum,
quod ego sciam, in Tomos digesta sint: Quintum uel sextū
Tomum Orationibus Philippi, non crudis, sed prorsus matu-
ris & uere aureis: septimum physicis & Ethicis libellis, Octa-

uum

uum, Intimationibus; Nonum, dicendi artibus. Decimum, cæte-
ris miscellaneis tribuere decreueramus. Ea uero, si adeo præpo-
stera & furiosa diligentia est, quæ colligendis minutioribus istis, Phi-
lippum philosophum modo fuisse ostendat: meliora uero & elabo-
rata illa in Corpore doctrinæ negligat, abijciat, contemnat: opta-
rim sane nec me nec amicum illum, cuius nomine ad te scripsi,
ullam de his editionib. cogitationem unquam suscepisse, ac tu-
tissimum esse uideo, nihil in publico moliri aut exequi, cum quic-
quid agit, in iudicia uere præpostera, & reprehensiones nimium
malignas incurrat. Quales antea quoque multas istinc accepi,
cum alius Historiam Confes: Aug: eo tantum consilio, ut Philip-
pus aliud agendo deformaretur, a me editam esse pronunciarit;
alius hoc etiam impietatis erga Præceptorem argumentum exagge-
rauit, quod in libello de uita & morte, ubi obitus Lutheri, Mat-
thesij, & aliorum subiti mentionem facio: Philippi quoque εὐθανα-
σίαν non celebrassem: cum eo in loco apoplexia extinctorum
liberos & amicos consoler. At unus tamen fuisti ex ijs iu-
dicibus, qui congregati fuerunt ad capitalem sententiam de Philip-
po & ipsius opere ferendam. Ego uero ad nullum unquam
iudicium, in quo capitalis de illo sententia ferretur, adhibitus
sum, multo minus suffragio & uoce mea tibi, approbaui uel
adiuui. Sed capitales hostes meos esse uideo, & in capitis
periculum me arcessere, qui criminationibus adeo malitiosis &
uirulentis caput & iugulum meum petunt. Ab Electore Sa-
xoniæ Augusto, cum alijs uiginti, Torgam anno 1576. ad

deliberatio-

deliberationem Theologicam euocatus fui, in qua de controuer-
sis in Ecclesijs Confess: Aug: dogmatum articulis, ac inprimis
de præsentia Christi corporali in cœna à se instituta, iussi
sumus, quæ communis Ecclesiarum nostrarum tempore exhibitæ
Confessionis Augustanæ doctrina, atque adeò ipsius confessio-
nis sententia fuisset, explicare. Id bona & syncera fide, Electo-
ri scripto exposuimus, quod utinam eam formam, qua tunc
delineata & subscripta, & ad Ecclesias Conf: Aug: ad iudicandum
missa fuit, deinceps retinuisset. Cum autem triumuiri, ne-
gocio illi præpositi, me absente, ex Ecclesiarum censuris, ut aie-
bant, multa Lutheri dicta, ac inprimis de fundamentis præ-
sentiæ, & diversis præsentiæ corporalis modis, & alia, Bergæ
inseruissent: quæ sola ferè nunc in Concordia illa odiosissime
exagitantur (quæ tamen ante & post oblatam Augustæ con-
fessionem, communis docentium in his Ecclesijs doctrina fue-
runt, à nemine confessionis Augustanæ socio, ac ne à Philip-
po quidem ipso unquam, quod sciam, publice præsertim repræ-
hensa) fateor me, cum post aliquot menses demum aduocarer,
una subscripsisse, non Samaritanum idolum, sed repetitio-
nem communis ante & post oblatam Augustæ confessionē
Ecclesiarum nostrarum doctrinæ, quod non solum ex Lutheri &
Philippi circa illud ipsum tempus editis, uerumetiam Colle-
garum omnium, Ioannis Brentij, Erhardi Sneppij, Fride-
rici Myconij, Iusti Menij, Ioannis Mathesij, Georgij Anhal-
tini &c. scriptis, liquidò potest demonstrari. Nemo enim in Ecclesijs

Augu:

Augustanae confessionis eo tempore sensit aut somniavit, corpus
& sanguinem Christi tanto intervallo à symbolis panis & vi-
ni & ore sumentis, quanto altissimi caeli à terris distant, abesse.
Quam si Augustanae confessionis veram & genuinam sntam,
de qua tunc ab Electore Saxoniae interrogati eramus, fuisse
dixissem, ut nunc multi contendunt; vanissimi mendacij con-
tra propriam & multorum aliorum conscientiam, reum me fe-
cissem. Ego sanè deliberationib. & colloqijs nostris omnibus te
interfuisse, & qd qsq; sensisset, dixisset, contendisset, defen-
disset, audivisse optarim. Me sanè, aeqs & sapientibus ac non
diris iudicibus consilia & sntias meas probaturum confido. ac
etiamsi in re tanta lapsus alicubi aliqs fuisset: tamen aeqtatis
& candoris talium censorum erat, emendanti se, & in viam
redeunti veniam potius benignè dare, quàm rectè & tolera-
biliter, vel certè non sceleratè facta, detorsionib. adeò viru-
lentis exagitare. Quibus me sanè ad urgendum hoc edi-
tionis orationum institutum languidiorem redditum fateor:
ac expressionem, Bibliopolarum se mutuo impetientium ma-
litia inhiberi, vel planè omitti, minus sollicitè deploro. Qd
verò nihil qbusdam fuisse prius, nec hodie esse, quàm ut Phi-
lippi scripta deleantur, affirmas: & Nicolaum nominatim
inter eos recenses: existimo, quod venia tua dicere liceat,
longè secus rem totam habere. Hoc potius actum ab alijs
Witebergae antea fuisse, ut Lutheri confessio & scripta con-
tempta, spreta abiecta, ex manibus horum excuterentur,
literae ex Academia illa in aulam, cui aliquantisper seruisti,
expli-

explicatè scriptæ, & reliqua illorum consilia & actiones pa-
lam testatæ sunt. Nunc verò in Academia Witebergensi,
cuius vastitatem acerbè deploras, (cum adhuc quidem omnium
in tota Germania sit frequentissima & celeberrima) sicut
& Lipsiæ à Nicolao ipso Examen ordinandorum & alios
Præceptoris ex corpore doctrinæ libellos, non minus quàm ante
hanc mutationem, publicè auditoribus proponi omnes sciunt.
Qua fronte igitur scriptorum Philippi deletionem ab his quæ-
ri aut quæsitam esse, tanta cum acerbitate declamitatur. Cum
in ipso etiam Concordiæ libro, tres eorum illa & accuratè ela-
borata Philippi scripta, ex doctrinæ illius corpore, Confess: & apo-
logia, Philippi ipsius nomine adscripto, inter doctrinæ normas
collocentur. At doctrinam aureis Philippi scriptis aliam
affingi, quàm ipse tenuerit, & doctrinam illius oppugnari dices?
Cum autem toties ille ad Lutheri confessionem & Catechis-
mum se in omnib. doctrinæ partibus retulerit: nec aliam doctrinam,
nisi quæ in Lutheri scriptis tradita esset, se in locis suis col-
legisse & propagare professus sit: nec usquam contraria
Luthero de præsentia Christi corporali in Eucharistia &
maiestate hominis Christi, se sentire aut docere publicis
scriptis, vivente Luthero & postea ostenderit: Ecclesiis etiam in
hoc Ducatu ordinationem Ecclesiasticam præscribens, nominatim Lu-
theri confessionem & Catechismum & doctrinam in vicinis Ecclesiis Lu-
becæ, Hamburgi (ubi eo ipso tempore Westphalus docebat) & Lu-
neburgæ sonantem, normæ loco proposuerit. Ego quidem publica

hæc

hæc ipsius testimonia ipso uiuente edita, priuatis Epistolis post ipsius
mortem demum sparsis, quarum ingentes aceruj, prioribus illis contesta-
tionibus planè contradicentes quotidiè proferuntur, anteponere malim:
nec talem ei duplicitatem aut peruersitatem tribuere, ut aliud de tan-
tis rebus, ad DEI gloriam & Ecclesiæ salutem pertinentibus publicè:
Contrariam uerò sententiam in corde absconditam apud amicos clan-
destinè professus sit, ut post mortem demum nominis illius authorita-
te, Lutheri de his articulis doctrina & scripta, uelut teterrimæ
& abominandæ hæreses ita passim traducerentur. Vtrunque, Lu-
therum & Philippum, Præceptorem θεοδίδακτον καὶ ὀρθόδοξον
agnosco: sicut utrique cum primum Witebergam uenirem, Ioannis
Brentij literis commendatus sum, à Philippo plura me priua-
tim & publicè beneficia accepisse fateor: Lutherum uerò in
Theologia Philippus ipse Præceptorem suum semper professus
est, & honorificè celebrauit. Prorsus igitur impiè, & contra
Hippocratis tui iuramentum facerem, si Lutheri Præceptoris
de me & tota Ecclesia Christi optimè meriti doctrinam, nefari-
arum hæreseon, Eutychianæ, Nestorianæ, Marcioniticæ, Mo-
notheleticæ & abominandæ Idolatriæ Pontificiæ & parricidio-
rum teterrimorum ream peragerem, nec me Præceptori Philip-
po pietatem & gratitudinem debitam præstare posse existima-
rem, nisi Lutherus cum sua doctrina & scriptis extremè deforma-
tus, & ex Ecclesijs & scholis nostris explosus esset, quam lupi-
nam gratitudinem personatus ille scriptor, qui Wolfij nomine
toties in theatrum prodijt, palam optimo Præceptori declarat.

Verum

Verum διογμῶν haec abrumpo, & DEUM oro, ut tristia Ecclesiarum nostrarum uulnera sanet, & nos doceat & gubernet. Te etiā oro, ut uicissim mihi familiarius & liberius tecum collocuto ueniam des, & me beneuolentia tua deinceps quoq; complecti non dedigneris. Etsi enim aliqua fortassè inter nos opinio-num dissimilitudo est: tamen quod doctissimus Vir Simon Grynaeus de hac ipsa controuersia olim scripsit, tibi etiam probari opinor. Non eadem sentire bonos de rebus ijsdem Incolumi licuit semper amicitia. Benè & feliciter Vale. Mense Maio. 1585.

David Chytraeus.

Eruditissimo & humanissimo Juueni Georgio Michaëli Lingelshemio, amico suo charissimo: S. P. D.

Dedisti ad me Norimberga & Praga elegantissimas aliquot epistolas, quae mihi fuerunt gratissimae. Quod hactenus ad eas nihil responderim, fuerunt in caussa uariae meae occupationes & morbi, cum quibus satis diu per hyemem sum conflictatus: nec etiam, si maximè cupiamus, facile est nobis hinc in Germaniam literas mittere; ita enim infestae sunt latrocinijs uiae omnes, quae eò ducunt, ut nemo se audeat ijs committere. Ij sunt fructus, quos diuturna bella nobis pariunt. Caue autem, ne ex meo silentio conij-cias, te à me minus amari. Clarissimus Vir Doctor Lob-betius, cum quo mihi intercedit singularis amicitia, & cuius, ut prudentissimi Viri, iudicio plurimum tribuo, ea

ante

ante aliquot annos ad me scripsit de ingenij tui elegantia, & tua eruditione, ut me tui amantem reddiderit, antequam mihi esses uisus. Postquam uerò mihi innotuisti Argentorati, & animaduerti, quanta in te esset modestia & morum suaui-tas, uisus est mihi parcior fuisse noster Lobbetius in prædi-candis istis animi tui dotibus, multumque meo erga te amori tunc accessit. Libenter quidem te tunc adiunxissem Illu-stri Dño Sydnæo, sed quia nondum ipsi innotueras, metue-bam ne ex ætate potius, quam ex eruditione tua de te iudi-cium faceret, & te non tanti faceret, quanti te ab eo fieri cuperemus, & eruditio tua mereretur. Postquam uerò mihi significatum est, te ipsi factum esse familiarem, existimaui, cum iudicio plurimum ualeat, uix fieri posse, quin te magni faceret, & propterea dedimus operam Doct. Lobbetius & ego, ut te tanquam in studijs socium atque etiam monstratorem ad se reciperet, iudicantes id ipsi fore utile & tibi honorificum. Nā non dubitauimus, quin te liberaliter esset habiturus, & in ijs reb. tua opera usurus, quæ te ab omni contemptu uindicarent: quod ipsum facere & magis posthac facturum spero. Vide ergo, mi Lingelshemi, ut erga ipsum ita sis officiosus, ut etiamsi multa in te beneficia conferat, se tamen plura tibi debere iudicet, & persuade tibi ipsum fore memorem officiorum quæ ipsi præstabis, ac etiam gratum: nequaquam enim à su-orum Virtute degenerabit, quorum erga se beneficentiam quoti-diè plurimi experiuntur, nec quicquam magis metuunt, quàm ne non uideantur eam quam decet rationem habuisse eorum,

cum

cum quibus conuersantur, & quos non esse alienos à Virtute
experiuntur. Bene Vale, & hortare Illustrem Dn. Sydnæum, ut in lingua Germanica se diligenter exerceat,
quod si intermiserit, peribit ipsi quicquid laboris & operæ in eam rem antea impendit. Delphis Batauorum
28. die Januarij. 1581.

Tui amantissimus
Hubertus Languetus.

Eidem

Ea mihi de tua indole ante aliquot annos scripsit Clarissimus Vir Doctor Lobbetius, ut te amauerim & fuerim cupidus tibi gratificandi antequam te uiderem: nam existimaui, esse aliquid eximium in indole adolescentis, qui Doctori Lobbetio uiro bono & sapienti ualdè placeret. Superiori anno animaduerti tuos mores & tuam eruditionem respondere opinioni, quam ex literis Lobbetij de te conceperam. Cœpi itaque esse cupidior tibi gratificandi quàm antea, & nisi ætas tua obstitisset, adiunxissem te generoso Dno Roberto Sydnæo: sed metui iudicium parentum & fratris eius, quos sciebam cupere uirum maturioris ætatis ei adiungi, quod me facturum discedens ex Anglia ipsis promiseram. Delegi ei tunc præceptorem non qualem optabam, sed magis idoneus non se offerebat: de quo licet non magnam spem concepissem, illi tamen exiguæ spei, quam de eo conceperam, nequaquam respondit. Vbi ipsum à Dno Sydnæo discessisse audiui,

Scripsi

scripsi in Angliam, de alio ipsi esse prospiciendum, & eam quam debuj in meis literis tui mentionem feci. Idem etiã se fecisse nuper ad me scripsit Doct. Lobbetius. Iam ad me ex Anglia scribit Illustris frater Dñi Sydnaei, se & parentẽ sequutos esse meum consilium, & dedisse de te mandatum Dño Henrico Witt, qui iam istuc redit. Habebis occasio=nem non solum peragrandi partes Germaniæ tibi igno=tas, sed etiam, ut spero, Galliam & Italiam. Quantum ingenio ualeat Dñs Sydnæus, quibus rebus maximè affi=ciatur, quantum in studijs literarum profecerit, non est necesse, ut ego scribam, tu ista satis nosti. Vides eam esse eius ætatem, ut non passurus sit sibi imperari, præ=sertim ab eo, cuj anni authoritatem nondum addide=runt. Danda igitur erit opera, ut morum facilitate & honestis obsequijs eius beneuolentiam tibi concilies, quò fa=cilius ei persuadere possis, quæ ex eius re esse iudicabis. Cuperem ipsum plurimum operæ impendere in studium linguæ germanicæ & latinæ, & quotidiè aliquid ex germa=nica lingua in latinam conuertere. Oportebit te de ue=stris studijs ad me sæpius scribere & mihi significare, quando uoles ipsum aut eius necessarios de re aliqua admonerj. Scribe iam ad Illustrem eius fratrem (nam Illustriss. eius parentem linguæ latinæ non esse admodum gnarum existimo) Age ipsis gratias, quod te in suam clien=telam receperint, & promitte, te daturum operam, ut eius

rei

rei ipsos nequaquam pœniteat. Saluta officiosè meo nomine clarissimum tuum parentem ad quem scripsissem si uacasset, sed obruor amicorum interpellationibus & alijs occupationibus. Bene uale & tibi persuade, me esse tui amantissimum, nec tibi defutura mea officia. Antuerpiæ. quint. Mart. 1580.

Tui amantissimus

Hubertus Languetus.

Nobili et magnifico Domino, D Joachimo a Berg in Herrental, Sacræ Cæs Mtis Consiliario & Oratori, Domino & patrono reverenter colendo.

S D. Nobilis & Magnifice Domine, patrone colende. Tantus splendor est veræ virtutis & sapientiæ ac doctrinæ excellentis, ut ignotos etiam et longis locorum intervallis dissitos ad sui amorem, admirationemq. rapiat. Etsi igitur nulla inter nos hactenus notitia & familiaritas intercessit: tamen Heroicæ bonitatis, prudentiæ, eruditionis ac humanitatis vestræ prædicatione, omnes istas gentes pervagata, mirifico vestri amore & admiratione accensum me esse fateor. Quum ut testarer, & observantiam meam vobis declarandæ desiderium ostenderem: libenter ingenioso & honesto adolescenti Baldassari Exnero, literas ad vos petenti, gratificatus sum. Hunc primum

primum mihi commendavit, communis, ut dixi, amicus noster, patronus mihi colendus, Jacobus Monavius. Perspexi autem ex aliquot colloquijs & ingenium huius Balthasaris omnium doctrinarum capax & mores honestos ac elegantes esse, & in doctrinarum studijs felices progressus fecisse. Cum igitur ex ipso intelligam, Heroica bonitatis ac benignitatis vestrae munificentia aliquot adolescentes bonis & modestis ingenijs praditos in Academijs ali; veneratur orat hic Baldasarus sibi quoq; cum ex stipendijs vestrae pietatis unum vacabit, inter cateros liberalitatis vestrae alumnos, locum praeberi. Id beneficium optime collocatum iri vere testor. Ne vero mendicis precibus tantum epistolam occuparem, adiunxi pagellas aliquot historicas, inter quas in annotatione eventuum anni superioris, non ingratae vobis, duarum orationum, a legatis ordinum regni Poloniae, & a Carolo regni Sueciae gubernatore habitarum, summa futura sunt. Multa etiam de proximi triennij rebus memoratu dignis ex libello adiuncto, sine molestia, ut spero M^tia V. cognoscet. An fama coronationis Danicae istuc etiam penetravit ignoro. Pagellam tamen de illa mitto, & Deum ut M^tiam V. incolumem & florentem perpetuo tueatur & nos singulos doceat, gubernet ac servet ardentibus votis oro. Bene & feliciter M. V. aeternum valeat. Rostochij die Pauli ad Christum conversi. Anno 1597.

M. V.

Reverenter colens

David Chytraeus.

EIDEM

S. D. Nobilis & Magnifice Domine, patrone colende. Non apibus flores,
nec amoeni grata veris gratior, ut dulcissimis poetae Siculi versibus utar,
quam humanissimae A.tiae T. literae mihi suaves & jucundae fuerunt: Quae
non modo scribendi officium meum Baldassari Ex.mi precibus tributum, non
improbant: verum etiam deinceps illud continuari, & rerum historiarum
ex Arctoo hoc orbe, communicationem adjungi petebant. Insignis autem his
proximis mensibus mutatio in Regno Sueciae incidit: cuius Gubernator no-
mine Regis in Polonia absentis, Carolus Dux Sudermanniae, post solennem lega-
tionem (cuius acta & libris Antverpiensibus [illegible] ex [illegible] adiectis oratio-
nibus A. T. cognoscet) illi titulo Gubernatoris regni renuntiaverat: tamen
paulo post rursus eum assumsit & invito ac prohibente rege absente, & con-
siliariis regni dissuadentibus, comitia regni, Arbogae, ad 18 Februarii diem
Concordiae & Constantiae indixit, ad quae, cum prohibente Rege, nemo fere
ex consiliariis regni accessisset, ceteris qui convenerant, de religione Con-
fessionis Augustanae constanter retinenda, nec ullis pontificiis abusibus admit-
tendis: deinde de articulis juramenti regii tenendis & Rege per legatos in reg-
num vocando, ac ut perpetuo ibi maneat, vel certum proregem perpetuum
cum plena potestate constituat, regendo proponit. His dimissis, consilia-
rios

vios regni, qui plerique non interfuerant, denuo convocat, &, si non compareant, proditores patriae & regni publice pronunciatum iri minatur. At hi & alii alio ad fines regni sublati, & Regis ex Polonia adventum ardenti desiderio expectant. Mense autem Martio, Carolus iuramentum fidelitatis sibi praestitum, donec Rex in regnum redeat, a Rusticis & provincialibus plerisque accipit, & Stockholmium regni metropolim, sine recusatione ipsi parentem, ac Elsburgum, arcem regni ad mare occidentale extremam occupat. Arcis praefectus, Ericus Gustavi, improviso Caroli adventu consternatus, cum milites Regii arcem Regio vicario claudere nollent, navicula Nilosiensi forte oblata, Marstrandum, Warnburgam & inde navigio Dantiscum, & in Poloniam ad Regem discessit. Ericus Sparre, Regni Cancellarius cum coniuge & liberis in Scaniam secessit Swanholmium, ubi vivit nobilis Gabrielis Sparre, agnati sui hospitio usus, vir optimus & de rege ac regno optime meritus, ac ut honorificentissime eum praedicem, Dtis T. simillimus. Daniae Regnum sub Christiano IIII Rege nuper coronato qui proxima die XII Aprilis vicesimum aetatis annum complevit, plane tranquillum, mediocriter floret. Huius quoque litoris Balthici politiae principum & civitatum augusta pace fruuntur: Quam ut Hungaricae etiam vobis vicinae clementer Deus restituat toto cum pectore precor. Adiungi libet scholasticas aliquot pagellas quarum inspectionem spero Dtiae Tuae

non

non ingratam nec insalutatam fore. Deum aeternum auctorem & custodem superiorum, et horum ac gubernatorum imperiis salutaribus ardenter vobis precor, ut M. T. incolumem & florentem perpetuo servet, & nos singulari dexterâ gubernet et servet. Datum Dominica Trinitatis Anno 1597

M. T.

reverenter colens David Chytraeus.

EIDEM

S. Nobilissime Heros, patrone colende: Literas M^tis V. Cal. Aug. datas IIII Cal. Nov. postridie Simonis et Judae accepi, ex quibus non ingratum vobis meum scribendi officium & communicationem recentium huius orbis Arctoi historiarum, superiori aestate fuisse, summa cum voluptate intellexi. Cum autem pergere me in contexendis narrationibus inchoatis iubeatis, ne parergis vos detineam, mitto primum, quae in Arctoo Sueciae regno ἀξιόλογα hoc anno acciderunt prolixe exposita, quibus Belgica de victoriis Mauritii ad Turnhautum & oppidum Berk, & de Ambiano adiecta sunt. Adiunxi autem Caroli IX Galliae Regis vitam, scite & affabre summa brevitate expositam: Quae si nondum M^ti V. visa ~~sunt~~, non sine voluptate cum perlustrabitis. Reginae Angliae responsum Polonico legato Paulo Dialinsky datum

datum. Qui cum ad Hollandos etiam profectus, pacem cum Hispaniæ Rege suaderet: hi allegatis superiorum annorum perfidiæ & crudelitatis Hispanicæ exemplis, simpliciter eam repudierunt. Regni Sueciæ Status præsens, literis ex aula polonica Warsoviæ datis. Sevalienses litteræ Livoniæ statum tristem sane & miserabilem deplorant. Historia obsidionis & occupationis oppidi Berk ad Rhenum, à Mauritio comite Nassaviæ ~~mense Augusto suscepta~~ susceptæ. Veterum nova, quæ tempore S. Galli Helvetiorum Doctoris, in Gallia sane non minus quam nostra ætate tragica evenerunt. Eodem fere tempore, in Oriente Actum, cum Heraclius crucem Christi à Persis reciperet. Hæc ~~sibi~~ non recentia, sed ante mille fere annos gesta, cum in scholasticis programmatis publice his diebus proposuerim: recognitionem illorum vobis quoque non ingratam fore sperabam. Addidi similes etiam pagellas scholasticas, eadem æstate proxima, officii ratione propositas, quas cum vacabit inspici à vobis sine molestia optarim. Postremo periucunda mihi ea ingrui ius vestræ epistolæ clausula fuit: Ego perge, sicut amas, scibi iucunda scribere. Habebitur à me tui tuorumque ratio, ubi ubi potero. Cum enim fratrem meum Nathanum, filii sui studia Nha V in hac tem

porum

perum difficultate, commendatas intelligam: quicquid in illum conferetis be-
neficij, perinde accipiam, ac si mihi ipsi tributum esset. Bene & feli-
ter M. V. valeat. Rhostochi. prid. Cal. Mar. Anno 1597.

M. tiam V.

venerantur colens. David Chytraeus.

EIDEM

S. D. Nobilis & Magnifice Domine, patrone colende. Literae M. V. 10
Februarij datae, singulari me voluptate affecerunt. nam & officium scribendi
meum vobis non ingratum accidisse docebant: & prolixam amoris & benignitatis
erga meum fratrem vestrae significationem continebant, cuj tamen superstitj &
vivo frui V. M. beneficio non licuit. Etsi enim XIIII annis post me,
hanc lucem vitalem ingressus est, tamen Deo placuit, eum ante me, proxime
praeterita die 27 februarij, placidissima morte, ex his terris evocare. Mihi
vero iamdudum hoc affert longius vitae spacium, ut plura mala tum videam,
tum audiam, tum etiam ipse perpetrem. sed πάντα μοι δοκεῖ θεῶν ἐν γούνασι
κεῖται. Submitto igitur me potenti Dei manui, quae non modo ad deprimen-
dum & affligendum miseros, verum etiam ad erigendos & liberandos afflictos
potens est. Nunc ad tantopere flagitatum à M. V. communicationis recen-
tium historiarum officium redeo. ac primum de Cardinalis Alberti Austriaci

cum

cum Eugenia clara Isabella Hispaniæ Regis filia, matrimonio, etsi iamdudum
vos cognovisse scio: tamen orationes ea de re inter Cardinalem & ordines Brabantiæ
ultro citroq. habitas, si istic nondum pervenerunt, sine molestia vos lecturos arbitror.
Literas reginæ Angliæ, ad Imperatorem Rudolphum, Expostulatorias de prohibitis
publico mandato Anglorum & Hanseaticorum commercijs, in illo aulæ fastigio
haud dubie jamdudum habuistis. Polonica etiam, in illa vicinia, vobis
notiora esse scio. Et capita propositionis præsentium Comitiorum, jam ad finem
decurrentium, vos vidisse non dubito. Edita est autem proximis superiori-
bus comitijs Livoniæ supplicantis oratio, sane miserabilis, ad quam Responsum
a Rege Poloniæ Sigismundo datum mitto. Sigismundus Poloniæ
Rex, initio huius anni, ad Christianum IIII Daniæ Regem, legatum
misit, Ericum Sparre, Cancellarium regni Sueciæ, qui hanc urbem, die 7
Januarij transiens, me ex arthritide decumbentem humaniter invisit. alte-
rum etiam legatum Samuelem Lasky, ad Ducem Carolum & regni
ordines in Sueciam misit, qui captivos ante omnia dimitti: tormenta
bellica, ex finoribus avecta, in suum locum restitui: Regi adventuro clas-
sem Suecicam ad Vistulæ ostium, mense Maio mitti, & alia flagitavit.
Cupiunt autem Dux Carolus et Sueci, antequam classem emittant, doceri,
cum quantis copijs Rex in Sueciam venire, & quo loco appellere decreverit.

Daniæ Rex, cum nova Augusta Anna Catharina, Ioachimi Friderici Adminis-
tratoris tum Magdeburgensis, nunc Electoris Brandeburgensis filiâ, procul
à negotijs & bellis, tranquillum & beatum otium agit. De Turcico bel-
lo aut pace, rectissime ex M V literis cognoscere cupio. Bene & feliciter
Magnificentia vestra æternum valeat. die Concepti Christi in alvo
Mariæ virginis. 1598. Cuius nomen & manum nosti

Cogitationes meæ sunt. primo ut nullo modo concedamus
de nobis dici, quod neutri neutros antea intellexerint.
Nam isto pharmaco non medebimur tanto vulneri. Cum
nec ipsi credamus utrinque verum hoc esse, et alii
putabant à nobis hoc fingi, et ita magis suspectam
redderemus caussam, vel potius per totum dubium faceremus,
cum sit communis omnium in tantis animorum
turbis et scrupulis non expediet hoc nomine addere
offendiculum

Secundo, cum hactenus dissenserimus, quod
illi signum, nos corpus christi adseruerimus, plane
contrarii in sacramento, nihil minus mihi videbitur
utile, quam ut mediam et novam sententiam statuamus
quâ et illi concedant corpus christi adesse vere, et nos
concedamus panem solum manducari. ut enim consi-
[illegible], considerandum est certe, quantam hic
fenestram aperiemus in re omnibus communi cogitandi,
et orientur hic fontes quaestionum et opinionum, ut
tutius multo sit illos simpliciter manere in suo signo,
cum nec ipsi suam, nec nos nostram partem, multo
minus utrique totum orbem pertrahemus in eam
sententiam, sed potius irritabimus ad varias cogitationes

D. Burnettus C. magis

quos vellem potius ut describerem manere dissidium in duabus istis sententiis, quam ut occasio daretur infinitis quaestionibus ad Epicurismum profutuxis.

Tertio, cum stant hic pro nostra sententia, 1° verba ipsa apertissima Evangelii, qui non sine caussa movet omnes homines, non solum prot.. 2° patrum dicta quam plurima, quae non tam facile possunt solvi, nec tuta conscientia aliter quam sonant intelligi; cum voce grammatica textui fortiter consentiant.. 3°; quia periculosum est statuere Ecclesiam tot annis per totum orbem caruisse vero sensu sacramenti; cum nos fateamur etc, mansisse sacramenta et verbum, — et si obruta multis abominationibus.

Quarto dicta S. Augustini de signo quae contraria nostra sententia videntur non sic firma satis contra illa jam tria dicta; maxime cum ex Augustini scriptis clare possit ostendi, et convinci eum loqui de signo praesentis corporis, ut illud contra ... non dubitavit Dominus appellare corpus suum cum daret signum corporis sui; vel de signo corporis mystici, quo valde multus e, praesertim in Johanne, ubi copiose docet manducare carnem Christi, esse in corpore mystico, seu ut ipse dicit in societate, unitate, charitate Ecclesiae, istis enim verbis utitur.

Quinto, omnium est fortissimum Augustini quod dicit: non hoc corpus, quod videtis, manducaturi estis etc et tamen conscientia memor apertorum verborum Xi (hoc est corpus meum) hoc dictum S. Augustini sic exponit, quod de visibili corpore loquatur Augustinus, sicut sonant verba (quod videtis) ita nihil pugnat Augustinus cum claris verbis Christi, et Augustinus infirmior est, quod ut hoc uno dicto, tam incerto, immo satis consono nos moveat ... in contrarium sensum

Sexto Ego S. Augustinum non intelligo aliter, (sic et ipse ante se patres intellexit) quam quod

quam quod contra Judaeos et gentes docendum fuit, apud Christianos non concedi corpus Christi visibiliter, sed non corporali. Hac ratione fidem sacramenti defenderunt. Versus contra hypocritas Christianorum docendum fuit, quod sacramentum non esset salutare accipientibus, nisi spiritualiter manducarent, q. e. Ecclesiae essent uniti et incorporati, et hac ratione charitatem in sacramento exegerunt, ut ex Augustino clare accipi potest, qui absque dubio ex prioribus patribus et sui saeculi usu ista accepit.

Septimo + istis salvis nihil est, quod a me peti possit, nam et Ego hoc dissidium vellem (testis est mihi Christus meus) redemtum non uno corpore et sanguine meo, sed quid faciam? ipsi forte conscientia bona capti sunt, liberabit eos Christus dominus. Ego contra captus sum bona certe conscientia (nisi ipse mihi sim ignotus) in meam sententiam ferant et me si o possunt mihi accedere. si vero illi sententiam suam servent de praesentia Corporis Christi cum pane tenere velint et petierint nos invicem tamen tolerari, Ego plane libenter tolerabo in spe futurae communionis. nam pulerem communicare illis in fide et sensu non possum: deinde si politica concordia quaeratur, ea non impeditur diversitate religionis. sicut novimus posse conjugia, commercia, aliaque politica constare inter diversae religionis homines. 1. cor. c. 7. Christus JESUS faciat ut perfecte conteratur Satan sub nostris pedibus. amen

+ hic incipit Burnettus

Nostra autem sententia est corpus ita cum pane seu in pane esse ut revera cum pane manducetur et quemcunque motum vel actionem panis habet Eundem et corpus Christi, ut corpus Christi dicatur ferri, dari, accipi, manducari, quando panis fertur, datur, accipitur, manducatur, i. e. hoc est corpus meum.

Descripsi — Literas hasce Doctoris Lutheri ad Bucerum ex autographo quod asservatur Cantabrigiae in bibliotheca coll. Corp. Christi dedit mutilas, et licet nimis truncatas Dr. Burnettus in historia reformationis Ecclesiae Anglicanae p. 166. part. IIda lib. 1. numero XXXIV.


BIBLIOTHÈQUE SAINTE GENEVIÈVE
SG



